sabado coscura
alcorão — iiij R
ap.º mm — iij
quando se fizeram — ij
ladebemtxi — ij
p. x menes — j

Ldo Armallones

ENARRATIONES EVANGELIORVM, PER SACRVM QVADRAGEsimæ tempus occurrentium, authore fratre Nicolao Herborn, ordinis Minorum, regularis obseruantiæ Generali Commissario Cismontano, apud Coloniam Agrippinam declamatæ.

Adiunctus est elenchus, breuissimus quidem ille, sed paucis minimisque verbis, in marginalibus perstringens spatus, quicquid in vniuerso opere vel vtilius vel iucundius esse, iudicatum est.

PARISIIS.

Apud Viuentium Gauterot.

Anno. M.D.XLIII

A

SPECTATISSIMO SIMVL ET PRVDENTISSMO DOMINO D. Roderico Feruando, Serenissimi, potentissimique regis Lusitaniæ, ac Portugaliæ negociatori fidelissimo. Frater Nicolaus Herborn, ordinis Minorũ regularis obseruãtiæ Cũmisari⁹ generalis Cismontanus .S.P.D.

EXiguũ est quod mitto munusculũ spectatissime simul & ornatissime Roderice, quãquam si intus perspicias nõ minus exosculaberis scio. quã Crœsi aut Darii diuitias. Siquidẽ pręstãtius cũ sit quibuslibet rebus, quas admirari solet hic mũdus, non existimo tibi ingratum futurũ si aliquando vel per transcursum hisce in enarrationibus Euangeliorum animum oblecteris tuum. Nosti enim, animam pluris esse, quam corpus iam & corpus. Christo authore, multo est præstantius, quibusuis rebus externis, erit igitur non minor sed multo maior opera circa illam, quam circa hoc nauanda, erit anima quoq; suis delicis, pascenda. Atqui deliciæ animæ

ſapientia eſt,Dei verbum eſt, quo ſaginatur, quo augmentum roburq; accipit,vt durare vt ſubſiſtere non modo in ſeipſa, ſed etiamnum aduerſus hoſtes,quibus cum illi perdius atque pernox eſt conflictandum poſſit. Cibum hunc quouis melle dulciorem, quanquam Moſes, quanquam prophetæ ſuppeditare ſoleant, mul to tamen maxime,Euangelium Chriſti ſuppeditabit,ſi modo intus ſuſcipiatur, ſi coquatur ſi exactius & digeratur,& ita demum in ſubſtantiam rei alitæ cõuertatur. Id quod ex Chriſti verbis licet animaduertere. Caro. inqt, mea vere eſt cibus,& ſanguis meus vere eſt potus. Carnis nomine, nõ modo corpus ſuum & ſanguinem verum, ſed etiamnum, omne verbum quod ex ore Dei,maxime vero,quod ex Euangelica hiſtoria proderit,ſignificans,Vere enim Dei verbum cibus eſt, quo dum viuimus anima ſubſiſtit. Nõ enim in ſolo pane,inquit Chriſtus,ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei viuit homo. Vixit Moſes, vixit Helias, durauit & Ioannes Baptiſta vſque ad diem oſtenſionis ſuæ in eremo hoc verbo, hocq; viuifico cibo. Ita Chriſtns,ſic Franciſcus vir ſacer, ita illi de quibus PAVLVS errauerũt in ſolitudine, circuierunt in melotis,non alio quam hoc ipſo cibo vitam tranſiere ſuam. Non ſecus Hilario, Paulus, Antonius, & alii item innumeri, qui eremi ſqualentis incoluere antra. Quorum ſi vitam,ſi viuendi modum introſpicias comperies,nulla alia re vitam ſuſtentaſſe ſuam quam eis deliciis,quæ ſpiritum non corpus ſuffarcina

re solent. Itaque tuo nomine, imo tuis vsibus mitto harum deliciarum gustum quendam & prælibationem, quo intelligas, quem ingens sit harum copia, quam varia, quam iucunda si totas scripturas sacras expenderimus, quando sub tam paucis verbis euangelicis, tam multa mysteria abdita sint. Solum enim euangelia ea tracto, quæ patrum placitis in Quadragesimæ sacro sanctę tempus incidunt, interim ne attingens quidem reliqua Ita autem tracto, vt a me dum Colonię agrippinæ verbi diuini ministrũ agerem, publicitus declamata sunt. Confero enim scripturam scripturis, locos locis, id quod hactenus obseruare studui, vt inter conciones raro doctorum nomen claturã citauerim, quos tamen pro virili mea imitatus sum. Id quod facile deprehendet, quisquis vel veteres, quos ecclesiasticos vel recentiores & nuper natos, quos scholasticos appellitãt, legerit. Non tamen malitia a citãdo nomine abstinui, sed consilio, quo videlicet & tempori seruirem pręsenti, & auditoribus quoque satisfacerem, quibus aliud nihil gratius erat, quam scripturam scripturis interprætari Quãquam hac lege, vix Momos & impostores quosdam euaserim. Inuidere enim plæriqȝ, mordere clanculum, alii alia suspicari Interim tamen pro me veritate sententiam ferente. Vicit enim veritas adeo, vt pudore suffusi, quotquot erãnt Sycophantæ ipsi sibijpsis silentium ĩperauere, digitoq; mordacia labra conpressere. Abeant igitur eæ nostræ orationes in lucem, vt totus orbis rescifcat quampie, seu im-

pie, quam ſynceriter ſeu corrupte, quam fideliter, ſeu infideliter, hactenus & ſcripſerim & docuerim. Nam ſcio, quendam cuius nomen, ob familiæ gloriam & dignitatem prudens taceo, multas nugas, ſycophantias, calumnioſa quoque mendacia æditis libellis aduerſus. Nicolaum Herboneum iactaſſe, multiſque & principes, & illuſtres viros irritaſſe, inſtigaſſe, ne me ſinerent paſſim verbũ dei adminiſtrare. Quandoquidem impoſtor eſſem, refractarius veritatis, & omnino talis, qui inſcribẽdus eſſem Pſeudapoſtolorum albo, Nulla alia ratione permotus, id quod omnes auditores teſtãtur, teſtãtur & impii & ſpurciſſimi libri ab homine æditi, quã quod mihi probe cum eccleſia Chriſti, cũ verbo dei, cum ſacramentis eccleſiaſticis, cum diuorum inuocatione conueniebat, illi vero improbe, & omnino peſſime. Id eſt ego Chriſtianus, Chriſtum in ſanctis defendi, ipſe Antichriſtianus omnia diſſipauit, omnia confudit, euertit, contaminauit, interim tum pius & religioſus, & ſtrenuus fidei & eccleſię propugnator videri voluit. Impoſuit autem homini, quod alienis vidit oculis. alienis inceſſit pedibus, & omnino uihil potuit, niſi aliena ope præſtare, Ne Latine enim ſapuit, & tamẽ interim & a Latinos, & Græcos, & iuris quoque placita citauit, Atqui ego ſatis me declaraui, veritate ſubnixũ, eaque & publicitus aggreſſus ſum hominis dogma ſubuertere, etiamſi nomen ſupreſſerim per modeſtiam Chriſtianã, Itaque vt ſemel finiam, nulla ratione adductus ſum vt has meas enar-

ratiões, quas successiuis horis hinc inde corrasi, poti⁹ quam exacte digessi, ire in orbem permitterem, vt non solum Germania, nec solum Colonia agrippina, sed etiam Gallia, sed Hispania, sed Lusitania potissimum agnosceret, quā prope ad veritatem dixerim Tuæ itaque prudētię erit, hanc nostram qualemcunque opellam, in tuum patrociniū suscipere. Scio enim quāti te Antuerpienses, scio quāti potentissimus Lusitaniæ rex, quanti Hispania tota faciat, quam prudentiam tuam admirentur negotiatores omnes, qui Europem totam inhabitant, apud quos ita & authoritate, & opinione & æstimatione vales, vt facile sit tibi quiduis vel impetrare, vel efficere apud eosdem. Proinde ego aliud nihil abs tua præstantia impetratum iri cupio, quam vt officium meū, negocia mea, fratres quoque omnes, denique familiā totam Minoritanam regię maiestati Portugalēsi, quā officiosissime commendes. Quem Deus opt. max. seruet lōgum, incolumen, teque verū faciat sua misericordia Euangelici thesauri negociatorem. Valeat prę stātia tua. Ex Yprensi Cœnobio. Anno. 1532 die 10, mensis Octobris.

ENARRATIONES EVANGELIORVM,

PER SACRVM QVADRAgesimæ tempus occurrentiū authore fratre Nicolao Herborn. ordinis Minorum, regularis obſeruantiæ Generali Commiſſario Ciſmontano, apud Coloniam Agrippinam declamatæ.

Feria quarta Cinerum, Euangeli. MATTH. VI.

IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Cum ieiunatis Nolite fieri ſicut hypocrytæ triſtes, exterminant enim facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, recæperunt, mercedem ſuam, &c.

Exordium ſacræ Quadrageſimæ celebraturi chariſſimi auditores, principio rationem huius diei, quam Maiores noſtri feriam cinerum æquiſſimo iure vocarunt, volo perueſtigemus. Nequæ enim abs re factum eſt, vt hic dies toti ſequuturo tempori initium fecerit. Conſecrantur enim in eo

¶ Cur prima dies q̄dragesimę dicta ſit dies cinerū.

cineres, sparguntur iis homines, interim lugubri voce chorus Ecclesiasticus decantat. Immutemur habitu, in cinere & cilicio ieiunemus & ploremus ante dominum, quia multum misericors est dimittere peccata nostra. Et iterum: Emendemus in melius quæ ignoranter peccauimus, ne subito præoccupati die mortis, quæramus spatium pœnitentiæ, & inuenire non possumus. Dumque hæc sacra carmina hoccinit chorus, is qui sacris adstat altarib' sacerdos, hiice verbis nostris capitibus sacratos ac religiosos illos cineres imponit. Memento homo quia puluis es, & in puluere reuerteris. Quæ vniuersa, vt sunt diuinis literis consona, ita & mystice nobis declarant, vt meminerimus quonam pacto pœnitentia illa sacra, a nobis agenda sit. Nimirum in cinere & cilicio, qui mox futuri sumus cineres, cilicioque mortis induendi. Et vide quam hæc respondeant ad Adami nostri omnium parentis primi calamitosum illum statum, cui vt admiratum sibi numē reconciliaret, non iam delitiis affluendum erat, non otio malo torpendum, sed supremi labores tolerandi. In sudore vultus tui vesceris pane toto, donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Genesis tertio. Eadem ferre SYDRACH ille Ecclesiasticus decimo. Quid superbis terra & cinis? Hinc igitur sumamus exordium Quadragesimæ sanctæ, vt meminerimus nos esse puluerem terræ abiectissimum, & si quid abiectius excogitari potest, id est nihili homines, & plane pedibus calcandi, vtpote, qui nos aduersus dominum nostrum ereximus, & malum inexcelso locuti sumus. Quanto satius foret nos, è terra (quatenus ad corpus attinet) æditos, nostram conditionem ob oculos posuisse, nosque intus examinasse, idque præstitisse quod tam sedulo Ecclesia, (quæ est mater nostra) inculcat. Memento homo quod puluis es & in puluerem reuerteris. Id meminisse oportuit, dum nos aliis præferimus, dum alios præ nobis contemnimus, dūq; nobis iustitiæ opera, perinde atq; ex nobis arrogantius deputamus, interim etiā dum per varias voluptates nostras volūtates expleamus, a tergo habentes cōditionē nostram miseriam nostram ac caducam, fluxāq; huma-

Gene. 3.

næ fœlicitatis gloriam, mox ignominiæ exponendam, ac omnibus hominibus ridendam Igitur, si sanctæ, si religiose ieiuniis sacris nostra corpora macerare volumus, si iis diuinam placare iram, si deprecari impendentem vindictam, non tam hoc, quod mater nostra Ecclesia quam merito audire conuenit hortatur, immutemur habitu in cinere (quando quidem iam cineres sumus ventorum turbinibus obiecti) sed etiam quod Iohel præcidit præstare enitamur. Conuertimini ad me in toto corde vestrō. Quid enim aliud est conuerti ad dominum, quam animo, voluntate, affectuq; immutari rursusque adire eum desideriis (a quo auersus est animus) DEVM optimum maximum, omnis boni largitorem, vt videlicet tanto studiose ab alienet, auertatque a peccatis, ad misericordem illum & benignitatis plenissimum DEVM, quanto paulo ante peccatis erat addictus? Proinde vt perfecta sit conuersio. & quantum in deliciis fuit, tantum sibi ipsi tribuat tormentorum & plagarum, non sat fuerit corde fingere se conuersum, Deoque reconciliatum, factis hanc ipsam suam pœnitudinem resipiscentiamque testetur oportet, addit igitur Propheta in ieiunio, & planctu & fletu, & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, pauloque inferius, Canite tuba in SION, sanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate populum, sanctificate Ecclesiam, coadunate senes, congregate paruulos, & sugentes vbera. Egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes Ministri Domini & dicent: Parce domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, v dominentur ei nationes. Audis faciendi dignos pœnitentiæ fructus, audis quo ad DEVM conuertaris modum. Iam si tibi DEVM propitium velis habere, non secus atque præcipit Propheta auspicare tuum ieiunium. Canite inquit tuba in Sion, id est, personate, Euangelii voce, in Ecclesia, adeoque in cœtu fidelium, vt sese omnes ad dominum precandum conferant. Hac enim ratione, adunare senes, congregari populum, sanctificare Ecclesiam, ablegari lactentes a matrum vberibus voluit. Vides hic quanta cura, diligentiaque, epi-

Iohel 2.

Cõuerti ad dñm quid.

tendum est, vt redeamus in gratiam eius, a quo peccatis nostris sceleribus que nostra propria sponte diuulsi sumus Conuertimini, inquit, ad dominum deum vestrum, qui benignus est, & misericors, patiens, & multæ misericordiæ: & præstabilis super malitia. Patitur enim nos diu diuina clæmentia, atque nostram inertiam sustinet, & ita sustinet, vt malit nos reuerti ad se perpetuam vitam, quam æternum perire. Quoniam inquit, benignus est & misericors. Hac sua misericordia viuificat nos, reducitque ab inferis, neque id solum, sed præstabilis super malitia nostra, id est nullo habito respectu ad offensionem, præstat sua nobis dona, misericordiam scilicet, & gratiam & culpæ condãnationem. Quid hoc patre clementius? Quid dici potest benignius? Nos huius iram, vindictam, animaduersionem quoque seuerissimum commeriti sumus. Est, si resipiscamus, si errata corrigamus, si dignos pœnitentiæ fructus agamus. Age igitur vt digne ieiunes, egredere affectus turpitudinis, egredere thalamum peccati, funde preces, eiice e cordis arcellis latentes ac putridas criminum fœces, & ira demum, addito Euangelii bonum nuntium de ieiunio, de oratione, de eleemosinarum largitione, deque corporis maceratione. Antea enim quam teipsum egrediaris, id est, affectus illos a te proscribas, quibus hactenus in perniciem propriam obsequutus es, neque ieiunium, neque oratio, neque vllum opus bonum placebit, neque animo tuo arridebit. Et quidem quomodo ieiunandum sit, quaque ratione & exercitatione placandus Deus, Euangelium huius diei paucis delineat verbis, & veluti ob oculos describit. **Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes.** Totum hoc Euangelium circa duo versatur. Alterum est, quo religiosi & sancti ieiunii præscribitur norma, haud procul ab initio. Altero vero inanis illa temporalium rerum solicitudo proscinditur. Nolite inquit, thesaurizare vobis thesauros, & cætera. Quatenus ad primum attinet, obserua, CHRISTVM hoc loci ieiunia minime damnare, vt homines luxui gulæque dediti falso autumant, sed maxime roborare, certamque legem, vt erat legislator, qua reddenda essent, præscribere.

¶ Ieiunii a Xpo prescriptio normaq;.

Ea autem est, ne ad ostentationem perinde atque Pharisæi, qui hinc sibi, opinionem eximiæ cuiusdam sanctimoniæ apud homines vendicabant, ieiunemus, sed ita, vt nostro ieiunio Deus placetur. Id fiet, siquidem ad hunc ipsum, id ipsum regeramus, Neque enim sat est, opera multa præstare, carnem maceratione, abstinentia, vigiliisque affligere sed quo animo quaue intentione id agas, pensitandum Alioqui CHRISTVS non diceret, Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Hypocritæ, pseudo CHRISTIANI sunt, qui omnia opera sua faciunt vt videantur ab hominibus, Matthei. vicessimotertio Hypochrisis enim, a quo hypocrita, simulatio est, & falsa vel rerum vel verborum ostentatio, vt pote, dum aliud in animo gerimus, aliud foris exhibemus. In animo gloriæ cupido, hominum applausus, exterius aliud nihil quem splendida quædam & egregia opera relucent. Sic sunt qui multa, eaque præclara facinora externis illis laruis exhibent, ieiunant, prædicant, illachrymãtur, suspiria, singultus ædunt. Verum si interiora eorum ac cordis penetralia expendas, deum immortalem, qualia stercora hinc exhalant quam fœda omnia, quam abominanda omnia eructant, similes enim sunt sepulchris dealbatis, quæ foris parent hominibus admodum magnifica, splendida, perpulchra, at vbi. Silenum (quod dici solet) explicueris intolerabilis inde resultat & expromitur fœtor, fœtet enim quicquid est simulatum, id est, quicquid speciem quidem præ se fert sanctimoniæ, re autem ipsa, nihil minus est, quam sanctitate ac iustitia præditum, Tales noluit nos esse CHRISTVS, talibus non oblectetur ieiuniis CHRISTVS. Itaque dicit: Cum ieiunatis, nolite fieri tristes, vt pharisæi faciunt. Ad hoc tristitiam & pallorem præ se ferunt, vt hoc fuco hominibus imponant, magis quæ contendant dici quam esse iusti. Verum, nos qui CHRISTO inauthoritati sumus, omnem simulationem a nobis excutiamus, nostraque ieiunia alacriter exoluamus, non quasi necessitate acti ad ieiunandum, sed virtutis amore, sed libertatis spiritu. Nam qui filii dei sunt, ii spiritu dei aguntur. Roma 8. Sic CHRISTVS actus est in desertũ, se-

Matt. 23
¶ Hypocrisis quid

que ipſum, non neceſſitate, neque vt carnis reprimeret incendium, ſed nobis noſtraque ſalute, macerauit. Eſt autem duplex ieiunium. Alterum religioſum ac ſanctum, de quo pleraque multa in Prophetis, Pſalmis, & hyſtoriis. Inquit enim DAVID: Humiliabam in ieiunio animam meam. Et item: Operui in ieiunio animam meam. Pſalmus. 68. Ad idem hortatur IOHEL. primo. Sanctificate ieiunium. Ad idem & CHRITVS præmonet ſuos, MATTHAEI nono, & Lucæ quinto. Auferetur ab eis ſponſus tunc ieiunabunt. Huius ieiunii modus hoc loci depingitur a CHRISTO. Cum ieiunatis nolite fieri, &c. Perinde atque diceret: Non tollo ieiunium corporis caſtigandi cauſa ſanctum, ſed quo pacto ac lege præſtandum ſit, præſcribo. Alterum ieiunium huic quaſi oppoſitum eſt. Nam irreligioſum eſt, ac minime ſanctum, quod caret intentione pia, affectuque ſyncero, Sunt enim qui ſuo ieiunio hominum gratiam captant, ſimulatores potius, quam ieiunatores, alii neceſſitate ac inedia cibi & potus ducti, ieiunant quidem, ſed inuiti, ſed nolentes. Verum, hilarem datorem diligit DEVS. Nonnulli, ad hoc abſtinent cibo ac potu, ne cenſus imminuatur, ne frumentum, oleum, vinum, & id genus alia, decreſcant. Item ieiunant plærique, ſed ita, vt interim nihilo ſecus infinitis peccatis implicentur, veteremque vitam minime corrigant. Qui, quanquam hoc præſtent quod præceptum eſt, non tamen ſatis faciunt legiſlatori CHRISTO. Quin videtur hos damnare & Eſaiæ. 58. In die ieiunii veſtri inuenitur voluntas veſtra. Nunquid ad lites & contentiones ieiunatis, & reliqua, quæ principio corrigi vult, deinde corpus macerari ieiunio & fletu. Alioqui audient: Cum ieiunauerint non exaudiam preces eorum. Hieremiæ decimoquarto Cur ita? Nam manus eorum plenæ ſunt ſanguine, vt alibi teſtatur. Itaque quicquid ieiunio obeſſe poteſt, ſeu intentionis peruerſitas, ſeu vitæ perditæ perdita conſuetudo, id tollit hic Chriſtus, vno verbo, dum nos ſecus ieiunare vult, quam hypocritas.

[Margin: Duplex ieiunium. — Pſal. 34. — Pſal. 68. — ¶ Diuerſi ieiunatores. — 2. Co. 9.]

Exterminant enim facies ſuas, vt pareant hominibus ieiunantes, id eſt, In hoc pallorum & ma-

ciem quandam ostentant,quo vel corporis habitu conspecuum fit omnibus eos ieiunare. Quo subinde colligimus eos data opera,ac malitia hypocritas esse. Nam duo genenera hypocritarum sunt , vt testis est Gregorius . Alterum ;quod infirmatæ , vel certe negligentia peccat , id quod multis non semel contingit. Sunt enim multi qui neque viam corrigunt , neque affectus prauitatem ob truncant,eoque hypocritarum in ordinem relegandi. Tales sunt hi , qui psalmorum aliquot Chiliades sine sensu personant,aduersus quos PAVLVS Ephesios quinto Cantantes & psallentes in cordibus vestris. Eadem in male ieiunantes competere possim,id est, qui corpore quidem ieiunant,interim tamen ab aliis peccatis non abstinent, illecti videlicet,& abstracti a seipsis .Alterum hypocritarum genus plane pharisaicum est, quod non ignoratione,sed malicia tale est.Itaque hoc detestatur CHRISTVS hoc loco & MATHAEI vicesimo tertio. Ve vobis hypocritæ,quia similes estis sepulchris dealbatis.Itemq; Qui comeditis domos viduarum,orationes longas orantes,propter hoc amplius accipietis iudicium.Non quia orant, sumpturi sunt pœnas seuerioris iudicii,sed,quod peruerso effectu,id quod iustum est , non iuste exequuntur.Igitur,quo pacto noster affectus & corrigendus sit & formandus,vt intelligas, huc perpetuo intendas animum,dum operis quippiam auspicaturus es,ne videlicet alio spectet,quam ad vnicum illum scopũ CHRISTVM,huc se recolligat,omnesq; vires in ipsum reiicias. Quandoquidem si alio spectet, si ad hominum laudes ad commoda propria,a deoq; ad caduca illa & trãseuntia mundi bona,audiet sic aduersus se pronunciantem CRISTVM, Amen dico vobis. receperunt mercedem suam, Id omnibus vsu venit qui a CHRISTO animum in agendo deflectunt. Nihil enim ex hoc pro benefactis mercedis, nihil præmii accepturi sunt,qui ad hunc sua studia,conatusq; non contulerunt. Sic & stultæ illæ virgines, quæ oleum in vasis suis propriis non habuerunt,repulsam passæ sunt. Amen dico vobis nescio vos Mat.25.Ignorantur enim a CHRISTO ac nesciun-

Quo pacto affect⁹ nr̃ sit corrigẽd⁹ & formãdus.

¶ Oĩa nostra studia ĩ Xp̃m sint dirigenda Math.25 Gol.1.

tur, quicunque hominibus placere contendunt, ergo Paulus: Si adhuc hominibus placerem. Christi seruus non essem. Tantum abest, vt mercedem reportent. quandoquidem nec seruorum nomine censentur, adeo enim obest eis propria ipsorum conscientia aliud spectans, quam Dei gloriam. Hac ratione dixit Iob octauo, & vicesimo: Spes hypocritæ peribit. Et item: Hoc nescio a principio, ex quo positus est, homo super terram, quod laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti. Recte quidem eorum laus, qui applausum captant inertis vulgi, & gloria, & gaudium interibit, quandoquidem nihil æternum meditati sunt, nihil aliud spectarunt, quam quod caducum est, quod fluxum est. Hoc est videri, laudari, admirari, ac suspici ab hominibus, in hoc omne studium eorum versatum est, huc omnes animi viriculas intenderunt, vt sibiipsis placerent, seque ipsos pro diis excolerent. Itaque raptores sunt, idolatræ sunt, quicunque sint tandem, qui sibi laudem arrogant, quam Deo tribuere satius fuisset. Ego gloriam meam alteri non dabo, inquit dominus. Et item: Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Hoc est, quo miseri Pharisæi & Scribæ destituti sunt: in se transferre, videlicet, quod in deum oportuit relatum. Hinc a deo nesciuntur inter Dei ministros censentur, vtpote, qui præter spem sanctitatis, nihil habuerunt cum deo commune, nihil quod CHRISTIANISSIMVM spiraret. Proinde multos tenet hæc pestis occupatos, maxime vero, qui habitu, qui cuculla, qui raro vertice, qui abstinentia cibi, ac potus gloriantur, si vero hos explices, Deum immortalem, quantus fœtor libidinis, quantus accidiæ torpor, quantus iræ ardor, denique quanta vitiorum omnium hinc portenta exhalant. Metiatur seipsum quisque, animique sui intentionem introspiciat, in agendis potissimũ, tum deinde pergat ieiunare, pergat orare, largiatur eleemosynas. Atque hic obseruandum, CHRISTVM non damnare ieiunium quo Ecclesia catholica vtitur, sed magis præscribere sancti ieiunii modum, eoq; maxime indicare, ieiuniis carnem macerandam rebellem, id quod suo loco dicemus. Modus itaq; quo Christiani ieiunare debent, his verbis exprimitur.

¶ Contra inanẽ vulgi applausum

Esa. 48.

Psal. 113.

Ecclęsię ieiunium Xp̃s nõ dãnat. Imo ieiunãdi modũ ipse p̃scribit.

Tu autem cum ieiunas vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, ſed patri tuo, qui eſt in abſcondito, & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi.

Hic cardo eſt, a regula qua noſtrum ieiunium dirigere, atque formare debemus. Quemadmodum enim ſagittatores (vt ſimilitudine Ariſtotelis vtar) ſignum habent, quo ſpiculum, ſagittamque dirigunt, ita & nobis amuſſis quædam a CHRISTO ducta eſt ac linea, extra quam, animi intentionem ducere non oportet. Hæc autem eſt, Tu autem cum ieiunas, id eſt cum vel tua ſponte, vel eccleſiæ catholicæ (cui æquiſſimo iure parendum) iuſſu, tibi ieiunandum eſt, atque a carnibus vinoque, cæteriſque exquiſitioribus abſtinendum cibis, principio tibi caput vngendum eſt, dehinc facies lauanda, lætitiaque, & alacritas quædam, omnibus coram exhibenda, perinde atque belliſſimis ac electiſſimis cibis teipſum expleuiſſes. Saginatur enim animus noſter ſancto illo ieiunio, etiamſi corpus in macie & pallore ſit. Atqui dum animus ſanus eſt, dum is valet, qui interius latet interior homo, non ita magni refert, ſi exterior de die in diem, iuxta PAVLVM, deſtruatur. Quo enim magis maceratus fuerit, eo minus animæ faceſſet negotiorum, minuſque reluctabitur. Quo vero, obeſior fuerit, vino, meroque æſtuantior, eo robuſtior euadet, magiſque inſaniet, faciliuſque ſpiritum a ſuo imperio deiiciet. Frangatur igitur ieiunio, emaceretur inedia, vt diſcat cui obſequi debeat, Id quod commodius fiat, vngendum eſt caput noſtrum, id eſt mens noſtra, oleo lætitiæ ſpiritualis deliniendа eſt, atque tingenda. Pſalmo quadrageſimoquarto, Propterea vnxit te deus deus tuus, oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Et item, Impinguaſti in oleo caput meum. Et rurſus in alio. Vt exilaret faciem eius in oleo, & panis cor hominis confirmet. Hinc ſecundum Auguſtini ſententiam, oleo lætitiam puræ conſcientiæ, & directi in

Deum cordis vim significari puto, Interius enim gaudium, ex puro affectu in Deum relato, oritur Hic lenitur id quod in nobis est precipuum, id est mens, & ratio, hoc est quod PAVLVS dicit secundo Corinthios primo: Gloria nostra haec est testimonium conscientiae nostrae, Ipse enim spiritus reddis testimonium spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Romanorum octauo: Iam si filii Dei sumus, non aliud quã patris nostri gloriam spectabimus. Cupiunt enim legitimi filii patris regnum esse Augustinum, sicque patrem regnare, vt nihil huius imperio decrescat, sed accrescant omnia q̃ ad regni magnificentiam pertinent. Hoc est oleum illud exultationis & laetitiae quo Christus sic delibutus erat, vt omnia sua merita omnem mundi gloriam, ipsi patri dedicaret.

Ioan. 8. Sed honorifico (inquit) patrem meum Id si Christus fecit, qui tamen vnus cum patre, perpetuo nobis collaudandus, maxime nostrum est omnem animi intentionem, in hunc ipsum coelestem patrem referre. Nam secundum Augustinũ: Manifestum est iis praeceptis omnem nostram intentionem in interiora gaudia dirigi, ne foris quaerentes mercedem huic saeculo conformemur, & amittamus promissionem tan

Rom. 8. to solidioris, atque firmioris quanto interioris beatitudinis, qua nos elegit Deus conformes fieri imagini filii sui. Eo tendit, quod Bernardus & aliorum complusculi, hunc locum, vnge caput sic interpretantur vt nomine capitis, CHRISTVM intelligant. Caput enim nostrum Christus est, primo Corinthio. vndecimo. Ephesios quinto. Colossences primo. Hoc vngit, quisquis hoc spectat, in operando. Quemadmodum enim is non seipsum (quanquã aequissimo iure, vt filius Dei natura erat, id ipsum potuisset) glorificauit, sed omnibus in factis ad patris gloriã spectauit. Ita & nos vt praefati sumus, hunc coelestem patrem, omnis boni agnoscamus verum authorem, & vt DIONISII verbis vtar, fontale principium. Igitur, vt omne bonum nostrum aut Deus est, aut a Deo, ita conuenit omnia opera nostra omnes cogitatus, actus, otia, & negotia in hunc referre, eumque authorem predicare, laudibusque attollere, hinc gestire gaudio, laetari, affici voluptate, Non vt hypo-

critæ qui foris hominum laudes expetunt, eoque mire gestiunt, gaudioque inani afficiuntur. Sed nos non ita, quin potius caput nostrum & mentem nostram vngamus Si gaudium interius sit perpetua lætitia, qua animus, non mundus gloriari possit, tum proderunt nobis ieiunia, augentur & præmia, condonabuntur peccata. Secũdo est & facies lauanda, authore CHRISTO: facies exterior esto conuersatio nostra multis aliquando lita mentis, multis inquinata sordibus, contrahimus enim plerunque sordes quasdam, alias quidem incogitantia, alias naturæ corruptæ propensione in malum, nonnullas etiamnum malorum consuetudine, adeo vt verum sit quod Iob exclamat: Nemo mundus a sorde, nec infans cuius est vnius diei vita super terram, sic enim Septuaginta legunt. Quanquam hypocritæ has sordes, non intelligant neque expurgare, neque extergere desiderent, eoq; turpiori facie apud DEVM, quem fallere nequeunt, parent. Prouerbiorum tricesimo. Generatio quæ sibi munda videtur, tamen non est lota a sordibus eius, id est, quæ se iustam, innocentem, & porro mundam existimat, ea maxime fœda est generatio. Cuiusmodi est eorum hominum: quorum & mens, & conscientia deinde & vita, multis est peccatis inquinata. Sordes eius inquit Hieremias Treñ. 1. in pedibus eius. Talis fuit illa, quæ se omnibus in vicis prostituit, omnibus ad libidinem, adeoque ad omne flagitium perpetrandum exposita. Hieremiæ tertio. Leua oculos tuos in directum, & vide prostrata sis, In viis sedebas expectans eos, quasi latro in solitudine, & polluisti terram in fornicationibus & malitiis tuis. Ab iis igitur sordibus lauamini mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum. Ab iis Dauid petiit abstergi, ac mundari, Psalmista quinquagesimo. Lauabis me, & super niuẽ dealbabor. Lauat ipse nos sanguine suo CHRISTVS adeoque abstergit omnes conscientiæ nostræ labeculas.

¶ Quid facies significet in scripture

Neque tamẽ sic lauat vt nos cooperari nolit, imo maxime exigit & a nobis nostram operam, nostrum studium, ac liberi arbitrii conatum, siquidem mundi perfecte esse cupiamus. Id est, quod primo ad Timotheum præcipit Paulus secundo. Si quis emundauerit se ab istis, erit vas in hono-

rem ſanctificatum,& vtile domino, ad omne opus bonum paratum. Si igitur ieiunium tibi in ſalutem cedere debet, munda non tam intus eſt quanquam illud maxime,ſed etiam quod deforis eſt paropſidis. Laua inquam & cor,& vitam,& mores in vniuerſum omnes,a vitiorum mendis, tumque adito deum ieiunio carnis,Hoc enim eſt faciem lauare, hoc eſt manus, id eſt opera,& caput,id eſt mentem expurgare atque extergere eſt,Id vbi feceris,quid iam præmii,quid laudis reportaturus ſis,audi.(Ne videaris hominibus ieiunans,ſed patri tuo qui eſt in abſcondito,& pater tuus qui videt in abſcondito reddet tibi.) Quid eſt ne videaris hominibus,ſed in abſcondito patri,tua ieiunia reponas? Nonne paulo ante,eodem ſermone præcipit, Luceat lux veſtra coram hominibus,vt videant bona opera veſtra & glorificent patrem veſtrum,qui in cœlis eſt? Qui conſonant iſta,ne videaris,& videant opera veſtra? Verum non vetat,opera noſtra ne videantur palam omnibus,neue vllos ieiunii noſtri conſcios habeamus,ſed ne hoc animo ieiunemus vt nos admirentur, probent,collaudent homines.
2.Cor.1 Videat deus ipſe animum, videat & ieiunantes, nos interim a nullis mortalibus videri deſideremus, ieiunaturi libenter, etiamſi iudex homo adſit. Teſtimonium ſufficiat
Iob.15 nobis conſcientiæ noſtræ,& quod Iob decimoquinto ait:
Rom.8 in cœlo ſit teſtis noſter, Reddeat ſpiritus dei teſtimonium ſpiritui noſtro, quod noſtra in lumine facta ſunt, quod a lumine colluſtrata ſunt,quod luminis ardore ſuc-
Ephe 5 cenſa ſunt. Omnia enim in lumine manifeſtantur. Epheſios quinto.Igitur & ieiunium,& vigiliæ,& deuotio,pietaſq; in deum,iam ſi a lumine ſpiritus illuſtrantur,licebit ea palam agere,nec diuerticula, nec latebras quærere, ſed & palam orare & ieiunare,& quælibet alia agere,quæ honeſta ſunt & iuxta. Verum quid inde premii,quid mercedis reportabimus? Pater inquit qui videt in abſcondito reddet tibi, At vero,quid reddet? hoc ipſum,quod Abrahæ pollicitus eſt, Ego ero merces tua magna nimis. Gen.15. Maxima retributio,exiguum laborem committatur, At nos miſeri totos dies deſideremus in otio malo,abhorremus abſtinentiæ acrimoniam,ſicq; nobis noſter hic aſinus curæ eſt,

vt nihil pendamus, quæ pater ille cœlestis largiturus est præmia, visibilia quædam apud homines præmiola venamur, sed frustra, atq; inaniter. Neq; enim, quæ spectantur nobis, qui Dei imagine insigniti sumus, reposita sunt, sed quæ a sensibus sunt remotissima. Ea autem sunt bona illa æterna quæ nec oculus vidit nec auris audiuit, neque in cor hominis ascenderunt. Hæc si nostris adhererent affectibus si nostros ab oculos posita essent, iam neque ieiunia, neque preces vllæ, Charitas enim omnia suffert, omnia potest, non tã, illa, quæ dicta sunt, quã alia quę iis sunt multo grauiora. **Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur.** Aggreditur hic aliam pestem CHRISTVS, inanem illam & auxiam, qua sibi condunt & congerunt opes, easque ne perdant defodiunt in terra, solicitudinem, qua peste quid potest esse nocentius? Vtpote eas res, defodere, quæ nec nobis, nec vilis hominibus vsui, sed solis tineis & blattis, & furibus, esse possunt. Quid enim hinc ad nos redit nihil præter calamitosam parandi seruandique curam. Quid vero abit ad alios vtilitatis? hoc solum quod auari prædicabimur oĩbus in angulis, Igitur CHRISTVS eximit hunc anxiæ solitudinis affectũ penitus, dicẽs Nolite thesaurizare vobis &c. Id est, ne inanis rerum temporaliũ solicitudo vestros aĩos sic occupet, sicq; mergat, vt cœlestium non recordemini. Eadẽ est illa sententia, quæ paulo post sequitur: Nemo potest duobus dominis seruire Et: Nolite soliciti esse corpori vestro, quo induamini, & animæ vestræ quid manducetis. Eadem & Paulus præcipit, Diuitibus huius sæculi præcipue nõ sublime sapere nequæ sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum, bene agere, diuites fieri in operibus bonis, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonũ in futurũ, vt apprehendãt veram vitã, ob id subdit CHRISTVS: **Sed thesaurizate vobis thesauros in cœlo, vbi nec ærugo nec tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt nec furantur.** Ecce charissimi ad quem locum re[illegible]

¶ Solicitudo superflua.

1. Tim. 6

atq; recondere debemus temporales illas diuitias & opes citoq; casuras, id est ad pauperum manus, adeoq; omnem nostram substantiam ad horum inopiam leuandam prodigere debemus, id vbi facimus, in tuto res nostræ positæ sunt eoq; loco repositæ, quo perpetuo erunt stabiles & firmæ, animaduertit hoc Dauid, quando testatur: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi, cornu eius exaltabitur in gloria. Quem locum ad Corinthios Paulus in collationem eleemosynarum accommodat, eoq; colligere intendit, nostris operibus maxima præmia reposita, neq; prorsus inania, vt impiorum opera quibus nihil laudis nihil premii debetur. Quanquam, si ad præcedentia referamus dogmata, quæ hoc loci de tinea, ture... deq; fodiendo in terram thesauro, dicuntur. Tinea ærugoq; bona opera nostra demoliens, pestis est, quam obtrūcari iussit Christus: hypocrisis scilicet, & fauor, lausq; humana, quæ perinde atq; ærugo ferro, tineæq; vestimentis adhærent, sic præclare gestis & bonis operibus laus humane insidiatur, Sed quid Christus? Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Matth. 6. Furile, obseruator est itinerum nostrorum, diabolus, quo incentore pleraq; agimus ad humano captandos, & aucupandos fauores. Verum huic fide resistamus oportet, & ne qua parte domum conscientiæ ingrediatur, sedulo aduigilemus Si enim, inquit Christus, paterfamilias sciret, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. Matth. 24. Vigilandum igitur ne nos incautos ad inanem operum nostrorum ostentationem rapiat. Quin eo condendi sunt operum thesauri, & merita, & præmia, vbi pater videt in abscondito seruabit pater ille cœlestis, depositas apud se opes, seruabit integras suo tempore redditurus cum fœnore, coronam videlicet iustitiæ, non nostros adfectus, nostraq; desideria ad ipsum dirigamus, tunc concludit (Vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum erit) Eo enim homines sua studia conferunt, vbi diligunt. Trahit enim amor ipse, & propensus affectus. vel ad sublimia illa bona, si menti insederint, vel ad caduca & quæ breui interitura sunt, Iam qui diuitiis aceruandis

Psal. 111
2 Corin. 9

¶ Laus humana.

inhiant, eo & viuunt & agunt, vbi eæ collatæ sunt, sin virgo has seu inutiles & superuacaneas, longo interualo, atergo relinquant, vel iis sic vtantur, quasi non vtentes sint, sic possideant quasi non possidentes, inq; pauperum vsus conuertant in tutissimo loco versātur, nempe in eo loco, vbi quies & tranquilitas est cordis nostri, Sit igitur ibi mens, & hic erit requies. In me inquit Christus, habebitis, requiem in mundo pressuram. (Feria quinta. Mathei octauo.

CVm introisset Iesus Capharnaum accessit ad eum Centurio rogans eum & dicens Domine puer meus iacet in domo paralyticus & male torquetur. Totis scripturis receptum est, eos quibus raram quandam & supra humanam æstimationem doctrinam, ac legem, præscribere volumus, partim authoritate, partim beneficiis inducendos ad credendum. Et quidem vtrumq; adfuit Christo: authoritate equidem potuit iure multis persuadere, vtpote eterni patris vnigenitus filius, ars ac imago expressissima, candor enim in lucis æternæ & speculum sine macula. Proinde & splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansq; omnia verbo virtutis suæ. Ea propter quod maior adhibeatur fides Christo, comprobatur eius authoritas, & dignitas a patre. Hic est filius meus dilectus ere. Alterum quo sibi hominum admirationem conciliauit, beneficiorum corporalium exhibitio fuit Erant enim beneficiis alliciendi ad studium rerum cœlestium qui hactenus in Dei amore frigerunt, hic debiles, claudos, cæcos, & quolibet ægrotos sanitati pristinæ restituit, Nec secus Moyses fecit, dum legatione ad pharaonem, pro populi eductione, potiretur. Ex authoritate Dei dicentis. Ego sum qui sum Et Deus Hebræorum misit me, opinionem sibi maximam consciuit · Miraculorum vero portentis, fidem & amorem, Haud secus facere innumeri alii. Itaque vt pondus haberet Christi oratio, duobus præcipue stupendis miraculis hanc astruit, Mūdat leprosum, & Centurionis puerum sanat, idq; post sublimem illam in monte propositam doctrinam. Rursusque & hæc euangelii lectio fidem in altero commendat: nempe in Centurione ho-

Ioan. 6.

Duabus rebus sibi Christus authoritatem cōciliauit.

Matth. 3.

mine alioqui gentili, in alteris vero, id est Iudæis, incredulitatem damnat.

Principio quod omnibus constat ex Paulo, cum fides sit substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium, id est earum rerum quæ sunt supra naturam supra rationem, supraq; hominum æstimationem, oportuit hanc certis quibusdam indiciis obsignari, ac asserere. Rara enim quædam docuit nouus hic legislator, seu potius enarrator CHRISTVS, & quæ a Moyse videbātur auocare homines. Deinde & mundi statum, prudentiam, adinuentiones, deniq; strepitus euellere Operæ precium igitur erat adhibere miranda quædam opera, quibus stupidi homines, adducerentur ad credendum verbis, tam sublimibus. Erat enim Iudæorum genus miraculorum admodum auidum: erat assuetum vt Paulus dicit Iudæi signa petunt. Primo. Corinthios.1. & Greci sapientiam, satisfecit CHRISTVS vtrisq; Erat enim vir propheta, potēs in opere & sermone, coram Deo & omni populo. Vt igitur in monte doctrinæ & verbi potentia, ita in planicie miraculorum portanta declarent hunc esse, vere mundi seruatorem. Hinc adit eum Centurio homo gentilis: publicoq; officio præfectus. Adit autem non tam corpore quam animam, & fidei constantia, idq; in Caphernao. Id oppidum est teste Hieronymo, non procul a stagno. Genezareth, in confinio Zabulon & Neptalim, Et quidem, quatenus ad historiam attinet, nihil est, quod nos moretur, omnia enim exposita sunt sin vero allegoriam spectes, mira est in hoc facto vtilitas. Puer ille infirmitate satis molesta laborabat, ita vt non facile cederet arti curæq; medicorum. Sic, siquidem sensetis te morbo discruciari in curabili, hoc est affectibus iræ, cupiditatis, voluptatis, aut certæ vanitatis, adeas medicum, qui medendi artem callet. Christum. Habetis varia & ea quidem optima pharmaca, quibus animæ nostræ languoribus mederi potest. Lucæ decimo. Samaritanus quidem iter faciens, venit circa eum, & videns eum, misericordia motus est, & appropians alligauit vulnera eius, imponens vinum & oleum, Id est, iustitiæ ac pœnitentiæ acrimoniam oleo misericordiæ miscuit. At inquies, paratus est ne medi-

Hebr.11.

Cur christus miracula fecerit.

1.Cor.1.

Luc 14

cus omnibus ex æquo? Est sane omnibus expositus. Nam omnes homines saluos fieri vult & ad agnitionem veritatis venire. 1. Thimo. 2. Quanquam interim non omnes sanitatem assequantur. Si enim a paralisi liberari vis, si sanitati pristine restitui, id age, quod Centurio, Accessitis primo Christum fide. Nam oportet accedentem credere quia est, id est quia est seruator, medicus, salus, ac redemptio nostra. Oportet quidem adhibere arbitrium nostrum, assentiri ablatæ gratiæ, Accedite inquit Dauid, ad eum, & illuminemini & facies vestræ non confundentur. Et Iac. 1. Siquis vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, postulet autem in fide nihil hæsitans, siquidem sic acresseris, dabitur affluenter, ac abunde satis, non tam sapientia, quam robur animi, vt integritati vires tuæ restituantur, vt nullus te morbus, nulla cupiditas, nulla deniq; paralysis eneruet, demergat in profundum inferni. Secũdo, agnoscendus tibi morbus est quo laboras. Sunt enim qui se vegetos existimãt sunt, qui medicum spernunt sunt qui omnem medicinam abiiciunt, homines videlicet iustitiari illi, & Pharisæi & hypocritæ & quotquot tandem seipsos fallũt vanis salutis promissionibus, quales fuere Pharisæi, contra quos Christus: non est opus valentibus medico, sed male habentibus Euntes autem discite, quid est misericordiam volo, & non sacrificiũ, id est discite quam miseri quam imbecilles sitis quam proni ad malum, & difficiles tardiq; ad bonum, Et vnde hæc pronitas prouitasq; ad malum? ex carnis corrupta scaturrigine, quam qui sentit, satis se infirmum intelligit. Agnoscit Centurio idipsum dicens: Male torquetur, & iacet domi puer. Nulla potest esse maior tortura, nulla crudelior pestis, quam dum animus peccatorum aculeis torquetur, dum in cœno peccatorum iacet. Sit & Dauid Psalmus. 6. Miserere mei domine. quoniam infirmus sum, sana me domine quoniam conturbata sunt omnia ossa mea & apertius. 37. exclamat. Non est sanitas in carne mea, a facie iræ tuæ, nõ est pax ossibus meis a facie peccatorũ meorũ. Intellexit morbũ, intellexit & animę cruciatũ, & punctiones, quas inflixerãt precedẽtia peccata experitur, & animi inquietudinẽ & confusionẽ, atq; ob id mĩam implorat, ob

Heb. 11.

Psal. 33.

¶ Infirmũ oportet suum agnoscere morbũ

Matth. 9.

ad irā depcatur cupitq; se in pristinū libertatis regnū restitui. Idem & Hic. Infirmata est virtus mea, qua hacten' hostib' restiti carni & sāguini, ac mūdi illecebris, Dedit mihi dominus in manū de qua nō potero surgere, id est permisit me labi in eū statū, quo resurgere erit difficile, nisi eius adsit gratia, erigens & suppetias ferens Sic. & Eezechies dū ægrotaret ad mortē vsq;, intelligens quidē morbū esse īcurabilē. exclamat: Obsecro domine memento quæso, quomodo ambulauerim coram te in veritate & corde perfecto, & qd bonū est in oculis tuis feci, Lachrymis obtinet, qd precatur, additiq; sunt anni quindecim ad dies vitæ suæ. Esa. 38. agnouit quidē morbū & adiit medicū, plenaq; fiducia obsecro dñe, inquit memēto &c, Et Ceturio: dñe puer meus iacet in domo, & hoc erit. Tertiū in ordine quo instructum oportet eū, qui sanitate potiri velit, confitearis infirmitatē aperi eādē medico non tam Christo, qui hanc cognitā habet, quā ecclesiæ, id est iis, q pro Christo legatione fūgūtur Qui absconderit scelera sua, non dirigetur, qui vero ea cōfessus fuerit mīam cōsequetur, Ita profecto Hieremias vulnus suū ac infirmitatē aperuit. 10. Væ mihi super cōtritiōe mea, pessima plaga mea. Ego aūt dixi i. confessus sum, & nō negaui, nec peri:omatis abscondi. Hæc plane infirmitas est & portabo eam. Sic & Dauid: Dixi confiteor aduersus me iniustitiam meam domino & tu remisisti iniquitatem peccati mei. Aperi igitur vulnus, retege iniquitatis, ac scelera, si quidem sanari velis, audi quid hortatur Ioann. Si diximus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus & veritas in nobis non est. Si autem confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, vt nobis remittat peccata nostra Atqui de confessione sacramentali opportuniore loco dicemus, Iam quid superest? **Et ait illi Iesus ego veniam & curabo eum.** Pollicetur atque adeo se voti annuere declarat petentis & morbum agnoscentis, vt etiam ipse venire paratus sit insignis fuit hominis gentilis fiducia, insignis & CHRISTI beneuolentia. Ille fideli ac humili animo adit CHRISTVM hic non auersatur quem Iudæi duplici nomine abominabantur vtpote quia incircuncisus a lege Mosi alienus, deinde quo-

Esa. 38.
Prou. 28.
Psal. 31.
1. Ioan 1.

vitæ gen⁹ infame vulgo fuerit. Hic vides quã demitat ſeſe o-
ptim⁹ dñs, nemine nõ ſuſcipiẽs. q mõ plena fiducia acceſſe-
rit, Adeamus ergo cũ fiducia ad thronũ generę ei⁹ vt miam
cõſequan ur, & gratiã inueniamus in auxilio opportuno.
Hebr.4. Offert ſe Xps nobis tãquã optimus pater optimis Heb.4
filiis ſi mõ nos illi aĩm contrariũ & humiliatũ pie nũq; ſi-
de offeramus: quod maxime Cẽturioni, ad Chriſti fauorẽ
conciliandum, parauit iter igitur reſpondens Centurio ait:
Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum
meum, ſed tãtũ dic verbo, & ſanabitur puer me⁹
Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitu-
tus, domin⁹ ſub me milites, & dico huic, vade, &
vadit, & alio veni, & venit, & ſeruo meo fac hoc
& facit Perinde atq; diceret, Ego qui canis ſum Iudæis,
Cẽturio ſub hac & publico officio deputatus, & ob id indi
gn⁹ cõmercio tuo, ac familiari cõtubernio. Sed ĩtelligo ſatis
quã potẽs ſis ĩ verbo, quã valeas oratiõe, ac factis, quã oẽs
ad nutũ tuũ ſeu Angeli ſeu diſcipuli tui pẽdeãt. Nihil igitur
opus corporali pñtia, tm̃ præcipe, ac tuis id mãdatis demãda,
& factũ erit. Nam ſi meis iuſſis, qui alterius ſub ptãte cõſti-
tutus ſũ, ſic milites mei obtẽperẽt, vt impaſſe ſufficiat quãto
magis, tui morã geſturi ſũt, edictis tuos, q oĩm dñs es & prĩ
ceps & magiſter: Deũ mortalẽ, q̃ hũilis aĩus acceſſit ſũmæ fi
dei. Acceſſit aũ paulo fide, acceſſit iã hũilitate, ſe plenis ver-
bis ĩdignũ cõſortio, deĩn cõteſtãs, dñe inqt, nõ ſũ dign⁹ .i.
ĩdign⁹ ſũ, te digniſſimũ dñm hoſpitio recipe Nõ tã ob hoc
ꝙ ex Iudæis regia ſtirpe nat⁹, ꝙ propheta tãt⁹, tã iuſt⁹ tãq;
omni ex parte abſolutiſſim⁹, quã ꝙ ego qdẽ ĩ gẽtilitate nat⁹
hacten⁹ gẽtilitios mores, religioneq; ethnicã expreſſi. Hac
cõfeſſione ita meruit Chriſtũ hoſpitio nõ tã cœnaculo quã
cordis ſuſcipere. Neq; enim magnæ fœlicitatis eſſet intra
parietes ſolũ CHRSTVM recipere, ſi nõ etiam eius gratiã, Duo hoĩ genera ſuſcipiunt Chriſt
intus ſentiret p inhabitãtem ſp ñ ſctm̃ Duo ğña hominum
ſuſcipiũt Chriſtũ. alterũ Phariſæũ illum Simonem imitatur,
ꝗ præ ſe alios cõtamni, alios iudicat, dãna. ſed in hoc totis
phalãgis a Chriſto alienum. Nihil eĩn huic gñi cõe cũ pie-
tate, nihil cũ humilitate, totum arrogans eſt, glorioſum. Ad-

versus hoc genus Paulus Ro.10. Volentes suam iustitiam constituere, iustitiæ DEI non sunt subiecti. Non inuenit hic Christus vbi caput reclinet, nemo est qui hunc in oculo charitatis suscipiat, nemo qui pauperum pedes lauet, pietatis oleo vngat. In hos competit, quod in Apocal dicitur. Qui in sordibus est, sordescat adhuic. Alterum genus imitatur Zacchæum, Matthæum, Martham, & hunc nostrum Centurionem. Qui ad hoc pertinet, sic segerit, vt omnibus inferior esse cupiat neminem non sanctiorem, neminem non iustiorem se existimat. Horum speciem gessit Cēturio: Domine non sum dignus inquiens. Quo enim quisq; indigniorē sese DEI beneficio reputat, eo & gratior & dignior & acceptior Deo erit. Horum typum & PETRVS alicubi expressit dicens: Discedite a me domine, quia homo peccator sum, Luc, 5 Sic & DAVID: Afflictus sum animo scilicet ob peccati aculeum, & humiliatus sum nimis, Hunc animū in duas oportet, si quidem sancte, si rite, si digne, calicē domini participare voles. Est enim vel sola humilitate ad dignissimum dominum accedendum, Excelsus enim dominus & humilia respicit, Mestis est IACOBVS. DEVS superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Exemplo didicit id MARIA Exaltauit humiles. Esuriētes inquit, impleuit bonis. Esurientes humiles, & abiectissimi quiq; sunt, sese prorsus inanes reputentes & vacuos gratia hos implet spiritu domini, horum in habitat corda & animas. Spiritus sanctus enim disciplinæ effugiet fictum. Transfigurat autem se in animas sanctas inquis Sapiens, Sanctæ animæ certissimum indicium, sui humiliatio est, Commeruit hic laudem præ omnibus Iudæis, hac sua humili confessione, a CHRIsto, ergo infit Euangelista: **Audiens IESVS miratus est & sequentibus se dixit Amen dico vobis non inueni tantum fidem in Israel.** Cur ita? Israel secundum carnem in præsentissimum dominum credere noluit quin huius stupenda facta calumniabatur, alia magicis artibus, alia demonum præstigiis, deputabat. In beelzebub inquit: principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Hic vero adeo in CHRISTVM credidit, vt etiā absēti fūderet

Apo.22 | Aumilitas. | Luc.5 | Psal.37 | Psal.137 | Iacob.4 | Luc.1 | Matt.12

maiestati, ac potestati, idque sui ipsius exemplo cólligẽs In trauit rursus hic alius Israel.i.videns Deum secundum spiritum, in hæreditatem domini, tulit primogenita, particeps fit testamentorũ, & promissionũ, non illarum carnaliũ sed spũalium Viderint qui se sanctiores aliis iudicant, ex solis cæremoniis, ex raso vertice aut dignitatis titulo, aut sanctitatis cognomine. Neq; enim dignitas officii non honos sæculi, neq; pompa mundi nostro Deo nos coniungit, sed humilitas, sed aut bona merita, aut certe ardens in Deum zelus. Impletum est quod Esa. ait: Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsæpe domini sui. i. populus gentilis Israel aũt non cognouit me Ita fit plerũque vt publicani & meretrices præeãt nos, qui cæteris sanctiores videri volumus, in regnum cœlorum. Non quidem eo in statu quo sunt, sed in quem resipiscunt, perguntq; viam mãdatorum Dei, quod sequens sententia plane confirmat. Dico aũt vobis q veniẽt ab oriẽte, & occidente, & recũbent cum Abraham, & Isaac & Iacob in regno cælorum.

Officii ne q; dignitas neque põpa nos Deo cõiũgit.

Esa. 1.

Matth. 21.

Colligimus ex hoc loco augustissimũ regnũ Xpi, & ecclesiæ. Nã regni noĩe, ecclesia intelligitur, q̃ nõ iam id meridie solũ vt fingebant Donatistæ, requiescit, nec mõ in oriente, sed & occiduũ solẽ, adeoq; vsq; ad extremas partes terræ diffusa est. Neq; etiã medio terræ solũ Iudææ, sed in oĩbus gentibus, q̃ in eius noĩe credũt, operatur salutem suã Deus. Agnouit Xp̃m Asia, & Aphrica olim, agnoscit in hæc vsq; sæcula & Europa. Hoc est quod præsago spiritu testatur Dauid Oẽs gẽtes quascũq; fecisti, veniẽt & adorabũt corã te domine. Et iterum: Laudate dominũ oẽs gentes, & collaudate eũ oẽs populi. Gentes enim q̃ non sectabantur iustitiã, apprehenderunt iustitiã, iustitiã autẽ quæ est ex fide. Ro. 9. Et Esa 15. Gentes autem super misericordia honorare Deum. Atqui hic est huius loci germanus sensus. Pertinet enim hic Centurio ad primitias gentium nouæ gratiæ & Euangelicæ legis Quem quisquis sequutus fuerit fide confessione, humilitate sequatur oportet, id si prestiterit recumbet cum Abraham, Isaac, & Iacob, in regno cœlorum, id est in ecclesia militante, tandem tollendus & euehendus ad triumphan-

Psal. 85.

Psal 110.

tē. Quod vero ecclĩa regnũ dicitur, nõ vno colligi p̃t loco. Mat. 5. Qui soluerit vno de mãdatis istis minimis, minim' vocabitur ĩ regno cælorũ. Quo noĩe ecclĩa significari D... testatur Gre. Regnat aũt per gratiã, per sacramẽtorum perpetuã quãdã administrationẽ, pq; Dei verbũ, quod huius regni regula est, Virga directiõis inquit David, virga regni tui. Deinde etiãnũ per ministrorũ curã, quorũ inter est cohibere lupos, & latrones, ne huius regni pacẽ cõmunẽ ... turbare admoliãtur. Sit ipse dominus regũ rex, & dñs dominantiũ. Sit rex illi gloriæ, cui portæ pateãt æternales. In hac ecclesia nobis pacatissime cõfidendũ est, nec vlla ratione ab hac deficiendũ. Deficere enim ab hac interire est: adhærere huic, viuere est, imo ipsissima vita, vtpote qui Xp̃m vitã ... manã habẽt in suis ipsorum penetralibus. Regnũ enim Dei ... Xp̃s est intra vos: ĩtelligendũ si & nos intra ecclĩæ regnũ perstiterimus, imo erimus & ipsi reges, & sacerdotiũ regale. Qui vero ab hoc fœlicissimo regno exturbãdi sint, qui ... ciendi, insequẽtia cõmõstrant.

Psal. 44.

Ab ecclĩa deficere interire est.

Apo. 1.

Filij aũt regni eijcentur in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dẽtium. Nolo hic existimes veros ecclesiæ filios, legitimas soboles tenebris mergẽdos exterioribus. Quãdoquidẽ, si filii & hæredes, hæredes quidẽ dei, cohæredes ... Ro. 8. Igitur filiorũ noĩe nothi & illegitimi ac degeneres intelligẽdi sunt, quales sunt impii & desertores legis Dei, ... inde & viperea illa hæreticorũ germina, q̃ matris aliũ ... rũt, postremo vniuersi, qui ab ecclesiæ vnitate sũt alieni, ... deoq; a fideliũ cõsortio extorres Iudæi, Theucri, Turcæ, gẽs, maxime vero, literã hic spectemus. Filiorũ noĩe Iudæi qui sibi de regum põtificũq; gloria, dignitate, ac maiestate placebat, significãtur. Patrẽ enim Deũ nõ venerati sunt, ... q; huius filiũ ea qua oportuit fide ac reuerẽtia susceperũt. Sed potius eiiciẽtes extra vineã dixerũt grauis est nobis ... videndum. Et, hic est hæres, venite occidamus eũ, & habemus hæreditatẽ eius. Obprobrat iis filiis incredulitatem ... pertinaces mores Ioannes: Potens est autem Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Et iterum Christus: ... filii Abrahæ estis opera Abrahæ facite. Qui non imitantur fide, rebusque Abraham, Isaac, & Iacob, nullam hæ...

Qui sint filii regni q proiciuntur in tenebras.

Sap. 2.
Matth. 21.
Ibidem. 3
Ioan. 8.

bituri sunt hæreditatē cū eisdē, sed potiꝰ detrudentur in te- Psal. 92
nebras exteriores vulpiū partes futuri. Cōgruit in hos filios, quod Iob 5. dicitur: Lōge fiēt filii eius a salute, & quod Esa. 1. obiicit. Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem sperauerunt in me. Et iterū. Væ filii desertores dicit dominus, vt faceretis consiliū & non ex me, &c. Merito igitur qui legem dei deserūt, qui matrē ecclesiā audire contēnunt, qui indomita ceruice, aduersus ecclesiæ decreta, sese exigunt, in tenebras exteriores detrudetur. Externas tenebras experiētur reprobi, ac diffidētię filii, vt videlicet pœnæ culpa respōdeat. Qui enim lucē meridianā, dū viuerent respectare noluerunt, quoniam cor excæcatū fuit, indigni sunt, vt sedibus pellucētibus cœlestis regni inserātur, imo digni qui cū ipsis tenebris perpetuo apud inferos litescāt: Digni quidē inquit Sapiētia. 18 carere luce, & pati carcerē tenebrarum, qui iclusos custodiebāt filios tuos per quos incipiebat corruptū legis lumē sæculo dari. Rationē huius eiectionis atq; exhæredationis, a vera & æterna atq; iucūdissima hæreditate, alibi apud Ioā. 3. adnotat Xps: Lux venit in mūdū, & dilexerūt hoies magis tenebras quā lucē. Hac ratiōe, hocq; iure, eiiciēdi sunt oēs in externas illas, & quasi palpabiles tenebras, qui DEI gratiā nō suscipiūt, qui huic nō adsunt, qui proinde de regno de filiorū nomine, de vocatione ad precipuū viuēdi genus gloriantur, rebus autē ipsis, se adulteros, de generesq; ostendunt. Faxit deus ne multi nostrū, qui euangeliū ore, qui titulo tenus iactamus, cum iis Iudæis diuinæ legis desertoribꝰ, ad bararhrū detrudamur. **Et dixit IESVS. Cētu rioni, vade, & sicut credidisti fiat tibi. Et sanatꝰ est puer in illa hora.** Antea dixi fide hunc Centurionem adductum ad CHRISTVM: commeruit igitur fides sanitatem puero, commeruit & laudem & commendationem. Quanquam interim sola non sufficerit adfuit enim fidei, animus humilis, & confessio miseriæ salutaris, hinc audit, vt pergat domum, experturus, quid sibi sua fides profuerit, adeo enim illi profuit, vt eodem fere tēpore puer morbo liberatus sit. Id quod neq; natura, neque medicorū arte, fieri subito potuit, quo magis CHRISTI maiestas ac diuinitas mundo innotuit. Quod vero hoc loci

Cur Xp̃s nobis fidẽ cõmẽdat. sic commendat Centurionis fidẽ CHRISTVS, non iniuria existimes esse factũ, Nam vnum hoc erat, quod persuasum vo luit esse mundo, vt in se tanquam verum & naturalem filium hominis crederent, seq; seruatorem agnoscerent, non, Moysen, nec Iosue, nec simulachra gentium Hac ratione sic nobis fidẽ cõmendat, atq; non semel extolit, vt omnia in hãc regerere videãtur, credenti enim omnia sunt possibilia. Neq; tamẽ id contẽdit, vt vel charitatẽ quæ oĩa credit, oĩa sperat vel bona opera, aut merita ex hac prodeuntia excludat, alioqui nõ diceret, Non oĩs qui dicit dñe, dñe introibit in regnũ cælorũ, sed facit voluntatẽ patris, facere aute longo interualo credere differt, si intus perpendas. Proinde alicubi etiam præcipit, Hoc est mandatum meum, vt diligatis vos inuicem. Audis hic dilectionis peculiare mandatum, iam constat aliud esse fidem, aliud dilectionem. Alterũ enim perpetuum est donum, quod nunq̃ excidet, si ad beat tudinem referas aliud tẽporale, & huius seculi ac temporis, nõ futuri. Neq; enim comirabitur nobiscum fides, sed charitas, dũ hinc discedimus: hæc vtinã lutherani obseruassẽt, neq; ita passim, oĩa fidei, sed etiã charitati, quæ ferax operũ est, nõnihil imo primas tribuissent. Potens enim est fides, modo adsit illi moderatrix charitas, hoc est quod Paulus dicit: In Christo valere fidem, per charitatem operantem.

Mat. 9. · Mat. 7 · Ioan. 15 · ¶ Aliud fides ẽ, aliud charitas. · Galat. 5.

Feria sexta. Mat. v. & vi.

Leui. 19. DIxit Iesus discipulis suis. Audistis quia dictum est antiquis. Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Euangeliũ hoc circa duo versatur, moderationẽ videlicet dilectionis & iustitiæ nostræ. In primis dilectiõis præceptũ interpretatur: dicens: Audistis quia dictũ est antiquis: Diliges proximum tuũ, & odio habebis inimicũ tuũ. Sunt qui nõ legũt, antiquis, sed vtcũq; se habeat, nõ variat sententiã etiãsi legas. Præceptũ aũt habetur Leui. 19, quo oẽs perstrĩgũtur, vt ide oĩbus bene mereri studeamus, qui eiusdẽ beatitudinis sunt patticipes. Deiq; imagine insigniti, id enim est, cur diligẽdus sit inimicus, quantumcunq; nocens sit & subacerbus, Vna est sententia Christi. Remittere & remittetur vobis.

Dilectio.

Lucæ.6.& Matth.6. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Condonat dilectio peccata, remittit iram & offensam, & quicquid tandem exacerbare potuit animũ, atq3 ab alienare ab officio charitatis. Fortis ei hic est vt mors dilectio. Can.8. Rũpit moras non moratur personas, non statum, non discunt iniurias, nec retaliat. Hinc Dauid: Latum mandatum tuum nimis. Dilectionis mandatum latissimum est. Nam sese ad omnes qui beatitudinis participes esse aliquando possunt, protendit: etiamsi nobis in dei itinere obsistant. Quanquam hic gradus quidam sint in exequendo, vt in canticis profitetur spõsa, ordinauit im me charitatem. Expressit hos gradus 1. lib. de doctrina Chris Augus. Quatuor inquit sunt diligenda, vnum quod est supra nos, DEVS: alterũ, quod nos sumus, anima tertium, quod est iuxta nos proximum, & quartum, quod infra nos est, corpus scilicet nostrum, quod diligendo odisse oportet. Io.12. Qui amat animam suam perdet eã. Iam certum est inimicos nostros, seu personæ nostræ, seu si dei inimici sint, proximos nostros esse, adeoque dum viuũt beatitudinis eiusdem, & gratiæ participes esse possunt. Sic igitur diligendi sunt, vt illis bene velimus, vt horum salutem, & fœlicitatem ex animo optemus. Id est quod Christus ait diligite inimicos vestros. Quod vero ex Iudæorum opinione adiecit. Et odio habebis inimicum, non est in lege, sed ex Scribarum Pharisæorumq; commentis profectũ est Arguebant enim a contrario sensu inimicum esse odio prosequendum, si amicus diligendus. Hoc suum figmentũ hinc colligere se autumabant, quod in Exo.23. sic scriptum esset. Quod si audieris vocẽ meã, & feceris omnia, quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te. Et idem Leui. 26. Persequimini inimicos vestros & corruent coram vobis Et item: in Deut.7. aduersus Gethæum, Euœũ, Gergesæũ, & alias gentes ex promissionis terra eiectas, si pronuntiat, Non inibis cum eis fœdus, nec misereberis earum, neq3 sociabis cum eis coniugia, Verum iis locis non hoc colligitur, quod falso existimabant Iudæi & Scribæ, nempe vt odio prosequendi essent inimici, sed magis declaratur, quid maxime in hostibus fidei vitandum,

Psal.118.

Cantic. 2.

Quatuor sunt dilectiõis gradus.

¶ Vnde Iudæi inimicos duxerit odio habendos

Quid maxime i hostib⁹ fidei vitãdũ, nẽpe consuetudo.

nempe consortia, ac familiaris consuetudo, qua multi corrumpuntur. Nolebat igitur eos malorum contagione contaminari, hinc vetuit coniugia, & consuetudinem. Deinde quum omnes ex gentes idolis essent dediti, mirisq; modis Iudæis obsisterent, quominus diuinis iussis satisfacerent, hinc extingui, expugnari, ac deuastari precepit. Ex diuino igitur iussu tenebantur horum consortia, vt nocentissimas pestes vitare. Adde, quando Deus pollicetur, inimicus ero inimicis tuis, non existimandus est detestari homines, quos suæ beatitudinis participes fecit, quibus redimẽdis, seruatorem quoque misit, sed magis idolatriæ crimen, & id genus alia abominabatur in hominibus, eaque & durius vindicabit quo grauius deliquerint, maxime vero si Iudæi diuinis iussis obtemperant, si dictis pareant, tum omnibus euasuri hostibus superiores. Sic igitur vitia execranda sunt, natura tamen, & conditio imaginis diuinæ, & spiritualis profectus mire eis fauendus est, & optandus. Sunt enim hac ratione & beneficiis, & amore afficiendi, vt ab improbitate auocentur ad pietatis studium, etiam si ipsi efferati atq; indurati persistant, pergantq; maledictis & malefactis incessere: hoc odio, Dauid exarsit in Dei, hominumq; hostes, dicens.

Psal. 138. Perfecto odio oderam illos Et Paulus: Odientes malum, ad

Rom. 12 hærentes bono. Hoc est quod in suis exigit Christus.

Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros: benefacite iis, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos:

Quo affectu oporteat nos inimicos prosequi.

Soluit hic Christus quæstionũ illarum labyrĩthos, in quos quidam seipsos sua ipsorum curiositate detruserunt. Num inquiunt affectu pari & effectu diligendi sunt amici, ac inimici? Responsio Christi, quatenus ad affectum attinet, diligite inimicos vestros. En hic habes qua animi propensione institutus esse debeas in hostes tuos, nimirum beneuola, siquidem eiusdem patris filii cum sint, si naturam spectes, quãquã procul ab hoc deflexerint, degenerarintq;, eo tamẽ magis diligendi sunt, quo magis indigeant. Optanda est omnibus salus, sed maxime tamen ægrotis, & miseris, & infirmis, & quibus medicus necessarius. Hoc igitur animo

in Turcas, in Iudæos, in hæreticos oportet nos esse propensos, etiam si hostes sint plusquam nocentissimi. Sed quo effectu, qua beneficentia, quove officio ac beneficio, erga inimicos esse debeamus, pergit exprimere. Bene, inquit, facite iis qui oderunt vos. Hoc perfectionis est Euangelicæ, de iis bene mereri, qui nobis male volunt, nostrisque bonis auspiciis male dominantur, maleque precantur. Respondit huic sententiæ in prouerbi. Salomonis vicesimoquarto. Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum, ne forte videat dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam. Et vicesimo quinto. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitierit, da ei aquam bibere prunas enim congregabis super caput eius, & dominus reddet tibi. Idem argumentum ad Roma. 12. tractat Paulus, concludens nulli malum pro malo retaliandum. Prouidentes (inquit) bona non tantum coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Hæc est vera euãgelica, & Christiana perfectio, sic esse in hostes propensum, vt non vitia, sed naturam, & diligamus, & beneficiis afficiamus, quibus affecti resipiscant, adeoq; de propria turpitudine, ac malitia pudescant, interiusq; & doleant, & afficiantur mœrore. Atqui ii sunt carbones in caput hostiũ congesti, quibus adurantur nõ hoĩes, sed peccata, sed improbi mores Iam si his ratiõibus resipiscere nolũt, si iis carbonibus ac facibus ad diuinum amoré accendi nequeũt, si duriores euadũt, sinendi sunt, aut certe a fideliũ cõsortio arcendi, deinde etiã si Rempub. interturbant sectis, seditionibus, per magistratus cohibendi Non enim sine caussa gladium portat, interim tamen nostris precibus iuuãdi, vt se suumq; errorem & intelligãt & corrigãt. Ideo subdit Et orate pro calũniantibus vos, & persequẽtibus. Hoc maxime debemus omnibus, maxime vero inimicis, qui calũniis & mendacius nostrã famã cõmaculare nituntur, qui afficiũt opprobriis, qui maledictis incessunt. Nã si omnibus optãda est beatitudo, orandus & deus, vt omnes in hanc dirigat, collustret, & incendat. Sic Paulus iubet, vt pro regibus, pro iis qui cæteris plati sunt proq; omnibus hominibus preces, supplicationes ac interpellationes, cũ primis faciamus (vt quietam inquit. 1. ad Timo.

Quid effectus ac beneficentiæ impẽdendũ sit inimicis.

Quã sit p inimicis oradum.

2.& tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. Hoc enim bonum est & acceptum coram saluatore nostro DEO, qui omnes homines saluos vult fieri, & ad agnitionem veritatis venire. DEI enim voluntati complacet, si omnibus bene preceris, si pro omnibus apud thronum misericordiæ interpellas, vt resipiscant, vt redeant ad cor, vt DEI erga se beneuolentem voluntatem agnoscant. Id igitur debes omnibus, etiam profanis, etiam pertinacissimis etiam homicidis & sicariis, & patricidis & matricidis, &
Iob.21 omnino omnibus qui dicunt deo, recede a nobis, scientiam tuarum viarum nolumus. Insuper qui tibi in faciem conuitiantur, qui expuunt, qui lacerant, qui etiamnum oderint: Sic CHRISTVS erga suos crucifixores affectus erat, Pater inquit, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Atqui ob id sic infit hoc loci. **Vt sitis filii patris vestri qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos. & pluit super iustos & iniustos.**

Hoc est quod PETRVS in Apostolicis Actis constanti
Act.10. voce profitetur. In veritate comperi, quia apud DEVM non est personarum acceptio. Væ enim nobis, si hic personas hominumque laruas respiciat, si nostra solum opera penset. Quales enim simus, quamlibet etiam boni, quamlibet mũdi, quamlibet innocentes apparemus, si ad iudicis æquissimam libram nostra iustitia trutinata fuerit, si huc examinata, inueniemur minus habentes, iudicabimurque immundi, quasi nocentissimi. Id est quod IOB plenis verbis testatur capite.9. Non iustificatur homo compositus Deo. Si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere vnum pro mille. Et paulopost: Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint quasi mundissimæ manus meæ, tamen sordibus intinges, & abominabuntur me vestimenta mea. Vide Gregori. Hoc loci. Iam si pater ille cœlestis sua clementi bonitate, sic nobis quantumuis immundis, ac contaminatis sua dona impartit, tamque beneficum erga nos miseros, & omnium ingratissimos se exhibet, multo maxime conuenit, nos beneficii eos afficere, qui ad DEI imaginem effecti sunt. Hoc enim dignoscimur patris cœlestis filii, siquidem bene meriti

fuerimus de iis, qui nos probris afficiunt. Allicit enim nos ad patris imitationem Christus, qui memini non benefacit & quod Dauid ait: Qui dat escam omni carni, aperis inquit manũ tuam, & imples omne animal benedictione. Omne dicens, nihil excludit, imo & Iudæos & , impios Teucros ac Christiani nominis inimicos includit. Igitur vt cum Iacobo Christi apostolo dicam: Nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri CHRISTI gloriæ. Si quidem fidẽ charitas, charitatẽ opera comitẽtur, oportet, opera, iis impẽdẽda sunt, qui indigẽt, qui maxime egẽt Indigent maxime, qui suam ipsorũ impietatem cernere nequeunt. Tales sunt qui nos cõuiuiis afficiũt. Sũt igitur beneuolẽtia, ac officiis ab errore suo reuocãdi. Debemus enim nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis ipsis placere. Tũ infirmorũ toleramus imbecillitatem, si iis maxime benefaciamus, seu hostis ille sit seu frater. hoc est eandem fidẽ professus. Quãquam vt cætera sint paria, erga fidei domesticos maiorem & affectũ & officium exhibere debemus, teste ad Gal. 6. PAVLO. Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei

Psal: 13[?]
Psa. 44
Iacobi. 2
Rom. 14

Si diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nõne & publicani hoc faciunt?

id est, si in eos beneuoli fueritis, qui de vobis bene meriti sunt, id naturæ est, imo & gratitudinis est, vt benefacienti benefaciamus, faciunt enim hoc est ethnici & publicani. Imo & latrones, & leones, & vrsi, & lupi, & priores his, ferotioresq;, suos catulos, filiosq; amant. Iam si amantibus vicem reddimus, ab iis bestiis nihil hactenus distare videmur. Si quidem & ethnici & bestiæ, amantes redamare solent, & benemeritis applaudunt, id quod in leone & catulis exploratissimum est. Verum vos, qui spiritum sanctum moderatorem habetis, qui optimi patris filii estis, optimum patrem, & bonitatis spiritum imitari conuenit, qui solem suum oriri facit, id est, omnibus ex æquo offert agnitionem sui, omnibus adest pluuiis doctrinæ cœlestis, modo sese accommodent: hunc sequi oportet, non solum bestias, nec modo a Deo alienos, Eo perti

net illiud quod sequitur. Et si salutaueritis eos, &c. Perinde atq; diceret, vulgaria sunt ista, etiam apud incredulos, erga eos esse comem & affabilem, qui tibi cognatus est, qui familiaritate, vel officio deuinctus est, Proinde euangelica comitas nullo delectu omnibus sui facit copiã. Notantur hoc loci, qui graui odio exusti, familiaria colloquia denegant confratribus, & domesticis fidei: declinant

Eccle.29 vicos & mensas, & consuetudinem, quibus cum euangelica

Ibi.4 affabilitate nihil commune Faciles sunt ad iram, propensissimi ad seruandam inuidiam, difficiles ad reconsiliandam, auersus quos sapiens Homo homini reseruat iram & a DEO quærit medelam sed quid idem . quarto capite testatur. Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram. Igitur si veri, euangelici viri, si CHRISTIANAE legis executores esse, & dici & haberi volumus, non tam eos, qui de nobis

Lucæ.14 bene merentur, amore & officio humanitatis afficiamus, quam eos, qui male precantur, maleque volunt Docet hoc & apud LVCAM CHRITVS: Cũ facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque, vicinos, neque diuites, ne forte te ipsi remittent, & fiat tibi retributio sed cum facis prandium voca pauperes & debiles, claudos & cæcos, & beatus eris Sic enim & pater cœlestis facit. Ob id concludit CHRISTVS Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Certum est hæc verba præcedentibus coherere, eoq; referri, quo argumentum precedentium tendit, id est beneficientiam inimicis exhibendam Id enim omnes debemus omnibus indiscriminatim, si CHRISTI discipuli veri perfecti patris imitatores esse volumus. Est enim pater ille cœlestis in omnes beneficus, etiam in ingratissimos, etiam idolatris, & eos qui omnino desperauerunt semetipsos . Huius exemplo & nos debemus proximis nostris beneficentiam exibere, quanquam non importat consummatam perfectionem, alioqui impossibile fuerit patrem cœlestem imitari Nostra enim qualiscũquæ sit beneficentia, quamlibet absoluta in hostes ẽ, quo tamen imbecillis, est ægra, facileq; in deteriorem partem

flexibilis tum etiam fucis plærumq; plena. At illius omni ex parte beata imo ipsissima, perfectissimaq; beatitudo existit, in quem omnes conatus ac studia reiicere debemus, eoque erimus fœliciores ac beatiores. quo magis eum imitari pro virili nostra contenderimus. Neque enim aliud a nobis, quam nostram operam, nostrumq; exigit, id quod Theologiis verbis explicant, facere quod in se est, id est, vt nos gratiæ Dei accommodemus, quæ omnibus præsto est, maxime vero paratis animis. Nostrum enim aperire est, nostrum assentiri est, surgere, excipere donũ dilectionis, quod de supernis in nos effundit pater, si nulla in nobis vitia, non liuor, non ambitio, nullus denique fucus dissideat. Ob id pergit CHRISTVS, ostendens quid sit vitandum. ¶ Conatus humanus ad salutem exigitur.

Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioqui mercedem non habebitis apud patrẽ qui in cœlis est.

Moderatur hoc capite sexto CHRISTVS iustitiã nostram, quæ operum vocatur apud alios: Quam sic præstare cõuenit, vt absit pestis illæ quæ vere vitiat o[m]ĩa benefacta, inanis gloria. Qua maximæ hypocritæ laborant, venantes auram populi potius, quam bonam coram Deo conscientiam eoque fructantur eo bono, quod solum expetendum. Videamus charissimi quam optimo ordine incedit Christi doctrina. Antea enim ostendit, quibus in rebus excellere oportet scribas, phariseos ac publicanos: ostendit, quid per nos agendum, vt cœlestis patris & filii, & imitatores simus, hoc est, primam indicauit iustitiæ partem. Iam alteram præscribit, quæ est, vt quod iustum est, iuste exequamur, vitemusque mala, & quæ Deo opt. displicent, caueamus, Hoc est quod Dauid præcipit Declina a malo, & fac bonum, inquire pacem, & persequere eam, id enim est verum iustum esse, si quidem non preces non precare vero, est legis præcepta seruare, præcepta legis duobus verbulis complectuntur, fac non facies: fac bonum ne feceris malum aut ne quod bonum est, æquumque, male feceris, id est quod hoc loci decerint Christus. Vbi obseruabimus triplicem esse iustitiam. Dei hanc vocant plæri Psal.33. Triplex iustitia.

q; omnes iustitiam fidei, quæ dei donum est, de qua alias Nostra quam vocant iustitiam operum ex Dei gratia pro manantium, & libero arbitrio. Pharisaica, hæc a libero pro ficiscitur quidē arbitrio, sed exclusa Dei gratia, De prima nolo quicquam prosequi. Nam alias vbi opportunitas & loci & argumēti sese obtulerit, fusius eam tractabimus. Ad hanc enim pertinet impii iustificatio, & animę sanitas, quā si e fide impossibile est præstare aut etiam efficere. Iustus enim ex fide viuit Ro. 1. Secunda est operum & talium operum, quæ elicita sint ex charitate, ac Dei singulari dono, quo voluntas irigitur ac rapitur extra se, & extra omnem creaturam, ita videlicet, quod omnia, seu videant, seu non videant homines, imo si nullus omnino hominum esset, nihilo tamen secus in deum dirigit, illi placet, illi sese probat, huc figit animi sui anchoram, huic vni adheret, rectaq; tendit, neque ad dextram, neque ad sinistram deflectens. Agit enim voluntas, atque DEI spiritu agitur, sed non nisi in CHRISTVM, hunc solū respicit, etiamsi nemo sit qui spectet Hanc iustitiam latissime describunt sacræ literæ. Reponit enim hæc meritum apud Deum, & laudem & gloriæ coronam immarcessibilem. Psal. 17. Retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam. Prouerb. 11. Seminanti iustitiam, merces fidelis. Et item: Erit enim merces operi vestro, sic dixit Azarias ad Asa 2. Paralipo. 15. Proinde hac iustitia, subleuamus aliorum inopiam, administramus Rempu. strenue, ac religiose decertamus aduersus infamē illam triadem vitiorum, carnis, mundi & dæmonis. Ecclesi 4. Vsque ad mortem certa pro iustitia, & deus pro te expugnabit inimicos tuos Et ne quis hanc delitesceret solum existimet interius, nec se aliquando proripere in lucem, audi quid Esa. dicit: Frange esurienti panem tuum, & egenos, vagosque induc in domum tuam, cum videris nudum operi eum, carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & anteibit faciem tuam iustitia tua & gloria domini colliget te Hæc manet perpetuo, duratque æternum etiamsi opus transeat. Testator id post Dauidem ingenue Paulus: Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi. Manet inquam, premium

¶Iustitia operum.

Corin. 9.

& merces magna nimis: Tertia est pharisæorum iustitia, quæ in eo communis est cum secunda, quod opera quidem eadem videtur habere, animus vero inani gloria, peste nocētissima corruptus est, laudari ambit, eoq; agit quidem multa etiam num splendida ac egregia, sed aliud nihil venatur, quam falsam apud homines laudem. Hac coram hominibus quidem splendidi Videbantur Iudæi plærique, cum tamen interim fœterent ac male olerent apud Deum, Omnia enim opera sua faciunt vt videantur ab hominibus inquit CHRISTVS. Et item Esa. 64. Omnes iustitiæ nostræ quasi pannus menstruatæ. Menstruo panno nostra opera adsimilia sunt, si inspergantur inani gloria, si solum hominum laudem, non Dei gloriam spectemus. Hypocritæ sumus, quanquam sanctuli vel iusti, vel religiosi videamur. Quisquis enim hoc vult se videri, quod non est hypocrita est Igitur Ambro. Cauete fratres mendacium, quod non solum in falsis verbis, sed etiam in simularis operibus consistit, hos destruxit ac perdit, in nihilumq; redigit dominus Quoniam inquit per Dauidem qui hominibus placent cōfusi sunt, Deus spreuit eos. Et Psal. 72. Velut somnium surgentum domine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Somniantium similes sunt qui solam hominum laudem quærunt. Vt enim in diuitias non semel putant sese adeptos, eoq; deliciis affluunt cum interim sua spe frustrentur, sic & qui hominibus placere student, se frustratos ac falsos sentiēt, apud Deum Proinde hypocriseos maculam non habere, aut paucorum, aut nullorum est, ergo dominus hic de corde mundando, præcipit. Mundatur vero cor nostrum simplici ac pura in DEVM īnentione deinde puro sapientiæ amore quum sese sola dilecti contemplatione effundit: agit atq; ad opus extimulat. Nequæ enim, si laudem perpetuam apud Deum reportare volumus, mercenarius esse debet amor non aliud quam ipsissimum DEVM, omnium bonorum fontem, exemplar, & finem respicere. Metuo multos ab hac deficere puritate, non tam in externis quam in ipsis penetralibus, delitescentibus operibus Externa opera sunt ieiunia, oratio, literarum studium beneficentia, confessio, miseratio in pauperes, quæ vniuer-

Tertia. Pharisæorum iustitia quæ

Hypocrita quis.

Psal. 52.

Cordis purgatio

ſa & peccatores inquit Sanctus pater Franciſcus, præſta[re] poſſunt. Interna ſunt contemplatio, deploratio peccator[um], dolor anguſtia, amor, & quicunq; tandem affectus, quibu[s] ſua deorſumq; agitatur, modo in deum, modo in proxim[um] mens noſtra. Proinde hic vide ne teipſum fallas, ſi mercena ria ſit contemplatio, id eſt, ne philautia tibi imponat, vt [tu] tui ipſius commodum ſolum hæc agas, alioqui perdidi[sti] mercedem tuam. Quandoquidem eum finem non pſtituiſt[i] operi euangelico, qui præſtituendus maxime eſſet. Tua: nim commoda, tuum ipſius ſolatium, dulcedinem pacē ga[u]dium, non Dei gloriam, ſpectaſti. Atque hic vide quā mu[l]ti noſtrum nihil a Deo reportent, imo ne quid in Deo co gniti ſint. Perinde atque fatuæ virgines vna ſententia co[n] demnandi, Neſcio vos, id eſt, non probo ſtudia veſtra, op[e] ra veſtra, quamlibet hominibus ſplendida videantur. Stat enim Chriſti ſententia contra nos: Receperunt merce dem ſuum. At inquies, nihil aliud præ oculis quam ſu[m] mum bonum, Deus ipſe, ponendum? Reſpondeo, multa[a] lia, ſed hoc ipſum principe loco proponendum, In lina[ui] inquit Dauid, cor meum ad faciendas iuſtificationes tu[as]

Pſal. xix. propter retributionem. Et item Chriſtus: Sic luceant ope[ra]

Matth. 5. veſtra coram hominibus vt videant opera veſtra bona[,] glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Cauſſa ig[itur] cur alio etiam oculum d rigere liceat, Dei glorificatio [est] vt penes hunc ſumma laus, ſumma gloria reſideat, vt o[pus] ſit in publico, intentio vero ad Deum primaria in occul[to].

Cum ergo facis eleemoſynam, noli tuba ca nere ante te. &c. Amen dico vobis, recepe runt mercedem ſuam. &c. Satis hæc præcedent[i] bus inclareſcunt. Externum opus eſt beneficentia, & [e] leemoſinarum diſtributio, quod peſtis illa omnium no centiſſima inanis gloria, qua hypocritæ turgent, comma culat ac inficit. Vrget hæc, vt ſeſe oſtentent, vt prodant [in] viciis hominum. vt laudem aucupentur. Neque enim illa[s] permouet proximorum calamitas, ſed gloriæ auiditas, o[b] id perdunt benefacti ſui mercedem, vt cumq; etiamnum applauſerit illis vulgus. Simile eſt quod in Luca. 21. teſt[a]

tur Christus, Viduam plus obtulisse in æra~ium publicum quam omnes illi diuites, qui munera multa mittebant, Amen, inquit, dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus misit, qui miserunt in gazophilatium. Omnes enim ex eo quod abundabat illis miserunt, hæc vero de penuria sua omnia quę habuit, misit totum victum suum. Cur hæc vidua omnibus præfertur diuitibus? Cur sic laudatur sic extolitur? Certe quod alii applausum captabant & sacerdotum, & vulgi, illa vero studio pietatis adducta, ex sua penuria dedit, totamque substantiam quam domi habebat misit. Spectator cordium eũ Deus, non munerum, Antea enim cordis intentionem, antea pietatis affectum, & commiserationis viscera, quam victimas & munera exigit. Non enim quantum tribuas, sed quo animo, qua fide, qua deuotione tribuas, perpendit. Perdiderũt Pharisæi mercedem, nã operi defuit intentionis synceritas. Iam modicũ fermentum totã massam corrũpit. 1. Cho 5. Fermentũ vero hypocrisis est, Lu. 12. Cauere a ferměto pharisæorũ, quod ẽ hypocrisis. Hypocrisis vero aliud intus est, aliud foris ostentat. Intus ambitio, intus liuor, intus cupiditas humanæ æstimationis est, foris simulata sanctitas splendet, ac porro, nitet. Sed væ duplici corde quod modo Deo, modo hominibus, eodem opere placere intendit. Te enim faciente eleemosynã, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, &c Decernit debitum beneficentiæ modum. Non enim tollit opus piũ, sed quo pacto fieri debeat, præscribit Nesciat inquit, dextera tua, quid faciat sinistra tua Dextra intendit Deum, hunc laudare in suis operibus conatur, hunc spectatorem habere & scrutatorem desiderat. Sinistra vero, aut vanitas est, aut curiositas humanæ & opinionis & æstimationis, hæc applaudit hominibus, hæc ostentat sese, hæc suam iustitiam stabilire nititur, reiecta interim ac repudiata iustitia Dei. Sed qui ad hæc Christus? Nesciat sinistra tua, nesciat mundus, id est, non ad hoc fiat, vt a Christo, qui est in dextris ad sinistram excidatis, vt sit eleemosynam abscondito, id est, intentio sit directa in Deum.

Cordium, non munerũ spectator est de⁹

Et pater tuus qui videt i abscõdito reddet tibi,

Ille scilicet qui est scrutator renum & cordium, reddet tibi iustitiæ coronam, ac perpetuam mercedem. Neque igitur segniter, insudandum alienæ inopiæ lauandæ, sed alacriter sed gnauiter, sed ocyus. Et quidem descripsit hic Christus modum descripsit & intentionis amussim & regulam, addit & præmium, indicat præterea & meritum, præsupponit opus, ac beneficentiam. Hæc omnia ex hoc Euangelio colligere facillimum est. Primo sit animus incorruptus, siquidem tua benefacta placere vis Deo: deinde si adsit facultas, tribue, iuxta consilium Thobiæ. 4. Quomodo potueris ita esto misericors. Si multum tibi fuerit abundanter tribue: si exiguum, etiam exiguum libenter impartiri stude. Neque enim sat fuerit animum esse promptum, si non adsit opus: maxime si facultates suppetant. 1. Ioan 3. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Neque igitur lingua, sed opere & veritate diligere debemus. Tertio, præmium quod pater cœlestis reposuit operi Euangelico, mire enim fructificat opus ex charitate elicitum, potissimum vero eleemosyna. Nam vt cætera sileam, vnus est apud Lucam locus, & argumento & caussæ locupletissime satisfaciens.

Tria necessaria ad bonũ opus.

Eleemosyna

Date inquit eleemosynam, & omnia munda erunt vobis. Quid odio bone Iesu, omnia munda erunt? Num igitur tua passio satis superque mundauit nos? num aspersit, num diluit labeculas nostras? Vtique quod in te est fecisti, interim tamen & nobis, tuis afflictionibus communicandum est, insudandumq; bonis operibus ac violatæ iustitiæ, qua in libertaté nos asseruisti, olim satisfaciendum. Id fiet, siquidem eleemosynis nostra redimamus peccata. Daniel. 4. Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum, forsitan ignoscet Deus delictis tuis. O ingẽs fructus, & incomparabilis cõmutatio. Tribue tua, & ignoscit Deus, adeoq; omnia condonat peccata, omnia enim munda erunt vobis. Et beatus qui intelligit super egenũ & pauperẽ, in die mala liberabit eũ dominus. Dominus conseruet eum & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra. Hanc vtilitatem agnoscit & Thobias: Præmium, inquit

Psal. 40.

bonũ tibi thesaurizas in die necessitatis, quoniam eleemosyna ab omni peccato & a morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Tribuendũ itaq; est alachriter, Hilarẽ enim datorem diligit Deus Proinde quæ relinqua sunt, suo loco reseruamus, mihi satis est cõmonstrasse, beneficentiam erga pauperes primo loco ponendam, adeoq; necessariam CHRISTIANO homini, vt sine hac nomine quidem dign' sit. imo homicida sit, si fame morientem non pauerit. 2. Corit 9

Sabbato post Cineres. Marci. 6.

CVm sero esset factum, erat nauis in medio maris, & Iesus solus in terra. In hoc Euangelio non pauca mysteria aperiuntur, quanquam sub verborum inuolucris: omnia autem huic tempori sacro accommodatissima sunt. Audiuimus enim hactenus, quoniam pacto, quoue animo ieiunandũ sit, & eleemosynæ largiendæ. Docemur hoc in loco, CHRISTI exemplo, quales nos gerere debeamus, dũ diuinã iplorare opem volumus, docemur & fugere mundi gloriã, & spem omnem etiam in mediis fluctibus in CHRISTVM reiicere. Præsto enim est DEVS, & sentissimus iis qui tribulationibus & angustiis afficiuntur. Proinde, quæ hic narrat Marcus. Matthæus habet. c. 14 &. Io. 6. Quos si conferamus inuicem, non modicus nec exiguus ex hoc loco reduin dabit fructus. Collatio enim scripturarum vtilissima, & propemodum necessaria diuini verbi concionatoribus est. Proinde itaque loco caussam disquiramus oportet, cur in montem conscenderit Christus, Tum quod Iob ait: Nihil in terris sine causa, cum etiam, quod tum quodlibet arbitramur scire, cum caussas eius dignoscimus. Concessit itaq; in montem, locum diuinis contemplationibus aptũ, fugiens videlicet carnalis populi gloriam, ac applausum, Id quod antea docuit: Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, exemplo attestabatur sui ipsius. Postquam enim quinq; miliũ hominũ turbam in solitudine satiauit dominus, qui pasti erant, vt rudes & crassi adhuc consultant inter sese, vt Iesum rapiant, sibiq; regem cõstituant. Existimantes in id Messiã venisse, vt rerũ vbertatẽ, annonæ copiã, opes, libertatem

cæteraque huiusmodi commoda, tribuant, Porro qui lōge aliud regnum īstaurare vēerat IESVS, facto declarauit, vt opes, voluptates, mundi pompam, contemneremus Ad regnum igitur vocantibus subduxit se, ad crucem, qua triumphaturus factum sæculi, & huius mundi principem, erat, vltro occurrit Hoc est quod coram Pilato dixit Regnum meum non est de hoc mundo, id, est, non hoc specto quod tu metuis, aliud specto potius, quo perpetuo regnēt mecum homines. Id fiet, siquidem crediderint me esse mundi seruatorem. Euidens exemplar exibuit his, qui vices ipsius essent gesturi. Raro enim qui terrena ambiunt, qui hominum, mundique gloriam amant, synceriter dispensabunt euangelicum sermonem: Quod & apostoli agnoscunt, ac animaduertunt PAVLVS & BARNABAS, dum iners populus hoc coronis ornare vellet, scissis enim tunicis sic inquiunt: Act. 14. Viri quid hæc facitis? & nos mortales sum' similes vobis homines, annūciantes vobis ab his vanis cōuerti ad DEVM viuum, qui fecit, cœlum & terram, mare & oīa quæ in eis sunt. Vide quam superiores omni gloria mūdi euaserunt discipuli CHRISTI, & veri euangelii præcōes, Cōtra miseri hoīes faciunt quū euangeliū quidā in ore sonant, deinde & gloriosis titulis ecclesiastici, spirituales viri, sanctissimi, religiosuli, tument quam procul tamen sint ab hoc Christi exemplo, quā a distēt discipulorū facto, ipsa rerum facies declarat Adeenim inuersa sunt oīa, vt etiā sæculi principes vel æquent vel superent. Regnant quidē, sed extra regnū euangelii potentes sunt, sed a sæculo fugit Christ' regnū, ii ambiunt, proq; virili sua singuli certant, vt alterum altere regno, e principatu, porro e proprio domicilio pellat, extrudat, Hinc venit super nos indignatio, & sæua animaduersio diuinæ vindictæ. Sedet sola GERMANIA, olim domia gētiū, facta est, quasi vidua ecclesia, quæ tot regnis imperitabat. Minima enim portio Europæ illi relicta est, quāquā & hāc ipsam vix quiete possideat, & in habitet. Secūdo fugit Christ', atq; se a turba abduxit ad solitudinē, vt suū laborē, suumq; officiū patri cōmendaret, ac salutē quā operatur' venerat, nō tam toleratione malorū, quā oratione efficeret planeq; patri nūcuparet, quod præstitit populo

Ioan. 18

Raro qui terrena ambiunt Dei verbū syncere dispensant.

Matt. 14

beneficium. Ita enim habet Matthæus. & dimissa turba ascendit in montem solus orare. Orat frequentius in monte, docet vero in templo, significans singula suis temporibus & locis accommodanda & agenda. Quanquam enim Dauid dicat. In omni loco dominationis eius benedic anima mea dominum. est tamen magna loci habenda ratio, maxime iis qui necdum exercitatos habent effectus, qui facile rebus distenduntur futilibus. Fugiant ii turbam, diuertant cum Petro ad superiora, vt orare commodius queant. Act. 10. idq; circa sextam horam, Et Dauid Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Et item. Quoniam ad te orabo domine, mane exaudies vocem meam. Sic & Moses in monte orat & vincit Israel. superatque hostes suos Amalechitas. Quisquis igitur vult esse pontifex, non tam vocabulo quã merito imitetur Mosen, imitetur Aaron, vt inquit Hieron. sicque imitetur, vt adeo discat legendas scripturas diuinas, & sæpius meditandas, tum etiam populum doceat quæ a Deo ipso didicerit, non ex proprio corde & humano sensu, sed quæ spiritus sanctus docet Et item Oret igitur sacerdos ecclesiæ indesinenter, vt vincat populos, qui sub ipso est, hostes inuisibiles Amalechitas qui sunt dæmones impugnantes eos qui volunt pie viuere in Christo. Orauit sic Christus, atque a turba se subduxit, vt populus quem imbuendũ susceperat, vincere mundi pompam, vt intelligerent Dei ergo se beneficam volũtatem, qua omnibus sua dona largissime impendit. Iam & illud potissimum intelligendum ex hoc CHRISTI facto, dum orare volumus, a turba affectuum nos ipsos diuellamus, atque ad interiora deserti, & penetralia cordis nostri adeamus. ibi oremus patrem in abscondito, vt nihil aliud quam huius gloriam, aliorum ædificationem, & omnium salutem desideremus. Intra inquit Christus, intra cubiculum tuum. & clauso ostio, ora patrẽ tuũ & pater tuus qui videt in abscondito, ille reddet tibi. Magna est vis oratiõis, si modo ex intimis cordis latebris proficiscatur, si intus concipiatur, interiusq; radices suas figat, non exterius laudem cum pharisæis & ethnicis & applausum quæriret. Est enim oratio accensus mẽtis in deum Ascẽdit Christus in montẽ, re ipsa docẽs quomodo nobis

Psal. 26. Loci habenda ratio, ac tẽporis. Psal. 102. Psal. 54. Psal. 5. Põtificis officium. Mat. 6. Magna orationis vis.

orandum sit, id est ab infernis ad superna conscendendum est, siquidē exaudiri volumus, si nostras preces in aures domini sabaoth ingredi, si obtinere quæ petimus, si impetrata custodiri volumus. Tertio orat dum sero noxq; esset Christus, dumq; nauis adsultibus iactaretur. Quando ex historia rei gestæ parum commodi ac vtilitatis consequi possumus, tum consulit August. lib. 3. de doctrina christiana, vt ad allegoriam factorum literam exigamus. Christi enim facta, vt credi debent, ita & moribus nostris, fideiq; accommoda ei necessum est, vt sint videlicet proficua ac vtilia: Omnis enim doctrina diuinitus, inspirata, vtilis est ad docendum & arguendum, ad corripiendum, & ad erudiendum in iustitia inquit Paulus. 2. Timot. 3. Euangelica vero doctrina cū & Christo authore tradita sit, & euāgelistis scripta, ac posteris quasi per manus data, ad hoc maxime vtilis est, vt & fidem nostram & vitæ institutum, & ecclesiæ statum graphice, modo aperte, modo tecte, & sub inuolucris deliniat, Id quod hoc loci, satis in confesso est. Cum sero inquit esset noxq; appeteret, periclitatur, ac turbatur, pelliturq; nauis. i. ecclesia, vt testis est Ambro. & id Prouer. 3. Salomon. Facta est quasi nauis institoris, de lōge portās panē suum. Ecclesia enim naui adsimilis, modo huc, modo illuc impellitur, ac periclitatur, potissimum hoc sæculo, quod oīm est turbuletissimū. Foris enim interficit gladius. i Turca totiꝰ Christianæ reipub. hostis ferocissimꝰ, & domi mors similis est, quo nomine hæretici, & scismatici, ac tyranni significantur. Conspirauerunt ii, & quasi iunctis copiis aggrediuntur ecclesiam. At quando inquies sub noctem, & dum abest Iesus, dū dormiunt & graui veterno pastores Ecclesiæ stertunt, neq; aduigilant, neq; oues Christi a luporū morsibus tutantur. Consonat huic quod Matt. 13. dicitur, dū homines dormirēt, venit inimicꝰ hō, & superseminauit zizania, dum vtramuis in aurem stertunt prelati, increscit hæresis, exoriturq; tempestas valida, cōfunduntur sacra & profana, aliū enī rapit auri sacra fames, alium excæcat ambitio, est quē illectat mundus, hic luxu. Venere, inertiaq; defluit, atqui interim oriuntur tragœdiæ, interim bella & seditiones, tēpestatesq; perturbēt pacē ecclesiæ, verū duo inter hos

Prælatorū negligētia taxatur

tumultus sunt quæ nobis spem, fiduciãq; præstant pericula euadendi, alterum est discipulorum inexhaustus labor, & cura & solicitudo. Neq; enim, porro desponderunt animũ sed in remigãdo laborabãt, id quod debẽt inter has tẽpesta tes, & ecclesiæ doctores, & veri discipulorũ successores, instẽt oportune, importune, arguant, increpent, in omni patiẽtia & doctrina. 2. Tim. 4. & Esa. præcipitur. Clama necesses, quasi tuba exalta vocẽ tuã, & annuncia populo meo scelera eorum, & domini Iacob peccata eorum. Neque enim cessandũ est a labore euangelico, dũ tanta vrget necessitas, tantaq; se offert vtilitas & opportunitas, ita vt Paulus, tũ maxime obstitit ac sudauit, qñ maxime pseudapostoli fideliũ synceritati impendebant. instãtia enim inquit quotidiana, solicitudo oĩm ecclesiarũ. 2. Cho. 11. Et itẽ. Necessitas mihi incumbit. Væ enim mihi est, si non euangelizauero. Hunc imitari oportet, veritatis doctorẽ, nec metuere homines nec vereri malorũ tyrannidẽ, nec cedere e palestra. Necessitas enim illi incũbit, ac debitũ, etiã si totus insaniat mũdus etiãsi sæuiat Satanas, hic vigilẽ atq; diligentẽ, ac inperterritum sese exhibeat. i. quod ad Ro. 12. præcipit. Qui præest in sollicitudine, & solicitudine non pigri. O felix & saluberrima solicitudo, qua animabus nõ corporib⁹ prospicitur. Sed proh dolor, multorũ diligẽtia, ac solitudo, nõ nisi coaceruãdis agris, recõdendis thesauris cõquirẽdis sacerdotiis insudat hic ducũt insomnes noctes, perq; enses, perq; ignes, perq; mortẽ ire pergũt, quo suas & voluptates & cupiditates expleãt posterior de ouibus Christi cura insumitur, imo ne semel de ouiũ salute cogitatur, sed væ illis. Non sic fecit Augustin. nõ ita Chrysosto. Cyprianus. Gregor. & alii quotquot tãdẽ verorũ pastorum officio defũcti sunt, aduigilarũt & verbo, & scripto obsistentes hæreticis, ipsisq; initiis hæreseos obuiarunt, sana doctrina. Alterum, quod ecclesiam solatur est Iesus in litore aliquandiu obambulans, neque enim destruet suos in finem, quanquam interim spectatorem solum agere videatur, solet enim ad tempus subducere præsidium, vt nos rebus aduersis exerceat, vt nostra supercilia deliciat, vtq; instruat nos quam nihil sine hoc remige possumus. Nisi enĩ dñs custodierit ciuitatẽ, fru

Duo quæ spẽ pstant periclitantibus.

Isa. 58.

Qñ potissimũ psenctis sudãdum.

1. Cho. 9.

stra vigilat qui custodit eam. Spem nobis faciũt hæc verba
nõ despõdendũ esse animũ neq; desperãdũ in rebus quãtũ-
libet cõmotis. sed & cõmonent nostræ imbecillitatis nos ip
sos, ne nobis quasi victoribus ipsi tribuamus victoriã, sed
Ioan. 14. ei q gubernacula tenet, testatur enĩ se nõ deserturũ suos. nõ
relinquã vos orphanos, hoc est quod hic facto cõprobauit
dũ ei vndiq; fluctib' feri maris valerẽtur discipuli, nemoq;
adesset qui auxiliũ opemq; ferret, adfuit illis xp̃s, astat in lit
tore. **Et vidit discipulos suos laborantes in remi-
gando, erat enim ventus contrarius eis.** audis qui-
bus adest, nimirum laborantibus, & aduigilantibus. i. faciẽ
2. Tim. 2. tibus quod in se est, illis videlicet qui non desunt gratiæ dei
sed omne studium conuertunt in ecclesiæ negotia. Labora
inquit Paulus, sicut bonus miles Christi. Vtcunq; enim vẽ
ti reflantes remorentur successus ac conatus nostros, pergẽ
dum e. t, nec cœpto desistendum, donec tranquillitas reddе-
at. Venti non perpetuo exagitabunt nauim nostram, suo e-
nim tempore imperabit iis, qui hos producit de thesauris
suis. Matth. 8. Imperauit ventis & mari, & facta est tranquil
litas magna. Describit hãc ecclesiæ faciem Dauid in. 2. Psal.
Psal. 3. qui totus huc acommodari potest. Domine inquit, quid
multiplicati sunt qui tribulant me, multi insurgunt aduer-
sum me. Intelligis afflictionem ex parte omni instructam, a
quatuor videlicet ventis terræ exortam, sed interim nõ de-
sperat. Tu autẽ domine susceptor meus es, gloria mea &
exultãs caput meũ. Hoc certo futurũ est, si persisterimus in
fidei vnitate, si noctes atq; dies exclamemus ad dominum
2. Cor. 6. Sic Hieremi. fert Thren. 1. Plorans plorauit in nocte, & la-
&. 7. chrymæ eius in maxillis eius Et Paulus idem ille nulla in-
iuria fractus, nec maledictis cessit, nec periculis, quin per-
petuo sese fidei hostibus obiecit. In omnibus exhibeamus
nosmetipsos sicut dei ministros, in multa patientia, in ieiu-
niis multis, per arma iustitiæ a dextris & a sinistris. Obsti-
tit illi Alexander & Hymenæus, obstitere & alii complures
verum non cessit, nec ad horam quidem. **Et circa quar-
tam vigilam noctis venit ad eos, ambulans su-
per mare, & volebat preterire eos.** Milites noctem

in vigilias distribuere solent, ac excubias quibus aduigilãt, ne hostes ex insidiis quiescẽte excercitu, subito irrumpant, incautosq; iugulẽt. Hunc vigilãdi morẽ sequũtur & sanctæ scripturæ, eoq; nos monẽt, ne vnquã obdormiamus. Beatus inquit Christus seruus ille, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem. Et item: Si in secũda vigilia venerit, & si in tertia vigilia venerit, beati sũnt serui illi, Vigilate itaq; quia nescitis diẽ neq; horã. Nunquã enim exubiæ intermittendæ sunt illis, quibus assidue cũ hoste cõflictãdũ est, qui peruigil circuit castra quærẽs quẽ deuoret. Igitur in quarta noctis vigilia dum aliquãdiu luctati fuissent aduersus vndas & ventos huius mundi, dum iam prope defatigati in desperationem incidissent miseri, sub diluculum venit ad illos IESVS. Adsit oportet, iis qui in se confidunt CHRISTVS. In te domine inquit Dauid speraui, nõ cõfundar in æternũ. Quod vero ambulauit super vndas, significat hũc terræ marisq; dñm esse Agnouerunt enim authore Greg. oĩa elemẽta CHRISTVM, & de cæteris quidẽ suo dicem⁹ loco, vt hoc vero hic & aperto testimoniũ est. Psal 88. Tu dñaris potestati maris, motũ autẽ fluctuũ eius tu mitigas: Et ponã in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius. Vt igitur solidius se præbuit atq; calcabile mare, ita & quæuis quantũlibet sæua, inimicorũ tẽpestas, ad huius ingressum calcabitur. Neq; enim vlla est creatura, quæ illius potentiæ obsistere queat nec vllum vitium tam graue, si modo adsit, & inambulare cœperit CHRISVVS, quod non succurrẽdo sanet & vĩcat. Volebat enĩ præterire eos. Sic & in Emaus euntibus visus est dissimulare ingressum. Patitur enim suos aliquando hærere in malis, patitur affici angustiis, cõtristari ac angi, quasi negligat alioq; respiciat, nunquã tamen illorum curam deponit. Ego inquit, dormio & cor meum vigilat, id est videor vobis dormire, & caussas vestras negociaque, vt homines solent, negligere, nunquam tamen non ago curam vestri, breuiq; adeo vobis, si quidem viri fueritis constantes Expecta igitur dominum viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine dominum. Paululũ enim temporis operiendum est, certo aderit promissis suis, si substineas patieter, si instes, si vrgeas. Nouit ipse non tam

Luc. 12.

1. Pet. 5.

Psal. 30.

Christius sinit suos angie constantibus adest.

Can. 5.

& quid tibi expediat, quam ꝙ tẽpus maxime opportunũ sit; id expectãdũ igitur, ꝙ ipse decreuit, nõ ꝙ tu in votis geris.

At illi vt viderunt eum ambulantem super mare, putauerunt fantasma esse, & exclamauerunt.

Spirituum apparitio

1. Ioã. 4.

Vides hic etiam apud veteres inoleuisse opinionem de spirituum apparitione, quanquam spiritus probandi sint, iuxta Ioannem. Nolite inquit omni spiritui credere, sed probate spiritus, an ex deo sint. Ipse autẽ angel' Satane trãsfigurat se in angelum lucis. Cur ita? vt sensus fidelium corrumpat, & mafis opinionibus dementer, siue autem hac ratione exclamauerint Apostoli, siue metu ducti spectri, quod liquidum elementum ferebat, certum est eos IESV speciem vidisse, non tamen agnouisse per tenebras. Qui in tenebris ambulat, apertis oculis nihil cernere põt, ob id monuit CHRISTVS, ambulate dũ lucẽ habetis, ne tenebræ vos cõprehendant. Qui enim ambulat in tenebris, nescit quo vadit. Io. 12. & Paulus. Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, vt filii lucis ãbulate. Tenebræ peccata sunt carnis ac spiritus, quibus interior obfuscatur oculus mentis, quo excæcato, iam neque CHRISTVM agnoscimus, neque sequimur. Igitur Paulus Romanorum decimotertio. Abiiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sic vt in die honeste ambulemus. Et Dauid: Illumĩa oculos meos ne vnquam obdormiam in morte, nequando dicat inimicus meus præualui aduersus eum. Illuminari petiit, vt quo pergendum esset, cernere posset, cernit vero nemo, nisi sole iustitiæ irradiante & splendescente in cordibus nostris, Illustratur vero cor nostrum, si appropiet CHRISTVS, si sese accommodet nobis, accedet vero propius, si e peccatorum cœno surrexerimus. Surge inquit PAVLVS, qui dormis, & exurge a mortuis, & illumĩabit te CHRISTVS.

2. Cor 11

Ioã. 12

Ephe. 5

Psal. 12

Ephe. 5

Omnes enim eum viderunt & conturbati sunt.

Suspicantes esse inane spectrum, quod oculos vana specie deluderet, hinc etiam turbantur. Qui solo timore arcentur a vetitiis, iis formidabilis est IESVS. Quisquis enim solo metu vel ad virtutes contendit vel a vitiis abstinet. IESVM vt inane spectrum formidat, idemque in tenebris est, nesciens quit agat, aut quo vadat. Perfecta e

Seruilis timor abiiciendus.

nim charitas foras mittit timorem igitur vt IESVM videas, amore iustitiæ ducaris. Esto initium sapientiæ esse possit timor seruilis, non tamen hic satis est ad videndum Iesum, & promerendum coronam iustitiæ, introducat charitatē, quia IESVS vere & cernitur & exprimitur. O quod sunt qui hactenus cum discipulis exturbantur, qui solum vltore non seruatorem agnoscunt, parum vel nihil mercedis apud IESVM reportantes. **Et statim loquutus est cum eis, & dixit illis. Confidite ego sum: nolite timere.** Noluit enim diutius excruciari suos sed protinus voce haud ignota compellauit eos dicens: Nolite excutire metum, ac animi perturbationem, quandoquidem ego seruator adsum. Sic solent & Duces exercitus, suis spē ingerere, dum congrediendum est cum hoste, Sic & dominus ad Iosue Noli metuere, & noli timere quoniam tecum est dominus Deus tuus, in omnibus ad quæcunq; perrexeris. Qui dominum habet propugnatorem, quem trepidabit? Dominus inquit Dauid: Illuminatio mea, & salus mea quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo? Nolite igitur timere, nolite expauescere, seu Satanas seu mundus insaniat. multo enim plures nobiscum sunt, quam cum illis. Proinde nolite timere, eos qui corpus occidunt, qui famam lacessunt, qui bona externa illa ac tempora auferunt, qui testamenta supponunt, qui domo, qui ciuitate, qui patria pellunt. Quin potius timere eum, qui corpus & animam perdet igni inextinguibili, quem veri discipuli CHRISTI vsq; adeo non timent, vt etiam si in hūc coniecti fuerint, nihil eis nocebit. Sunt inferno ipso superiores, qui excusso inani metu, amore aguntur in deum. Nolite inquit timere, pusillus grex, quia complacuit patri vestro nobis dare regnum. Non est hic timendus, nisi malis & impiis, & sceleratis hominibus, qui regnū æternum suis pollicetur. **Et ascendit ad illos in nauim & cessauit vētus, & plus magis intra se stupebāt.** Carnales enim erāt, inquit Beda, ob id stupebāt virtutum magnitudinem, nec dū in eo veritatem diuinæ maiestas agnoscere valebant, quāquam interim mirarentur, quō posset humanū

1. Ioan. 4

Psal. 26.

4. Reg. 6

Matth. 10

Luc. 12.

corpus superfluidum elementum meare. Tanta enim erat discipulorum ignauia, tanta obliuio, vt non veniret illis in mentem miraculum, de quinque panibus, & duobus piscibus. Erat inquit, eorum cor excequatum. Vides incredulitatem cæcitati ansem præbuisse. Ingens igitur malum incredulitas, & solis infernalibus expiandum flammis piaculum. Si enim non credideritis non intelligetis. Fide enim acceditur ad Deum, fide Dei arripiuntur promissiones, fide nemo despondet animum, quantumuis in angustiis constitutus sit, Hac imbutus sese fortem pugilem gessit PAVLVS. Aperiamur & non destituimur, persequutionem patimur & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus, Nouerat enim fidelem esse Deum, qui non passurus sit suos affligi, supra id quod ferre nequeunt, sed faciet etiamnum cum tentatione prouentum. Igitur. 1. Io. 5. Hæc est victoria quæ vincit mūdum fides nostra. Deerat huius fidei clipeus Apostolis, hinc extimescunt, hinc perturbantur, hinc pauori succedit admiratio, omnium vero horum malorum caussa, assignatur incredulitas. Erat enim excæcatum cor illorum, nimirū perfidia, ignauia, & rusticitate ac potius ruditate quadam quam, impediebantur, quo minus minores essent miraculi, recēs æditi. Cum longe prodigiosius videri possit, tantulo cibo tantam saturare multitudinem.

Marginalia: ¶ Incredulitas. — Esa 7. — Heb. 11. — 2. Cor. 4. — 1. Cho 10

Et cum transfretassent, peruenerūt ad terram Genesaret &c.

Id est, appulerunt ad portum destinatum, idque sub diluculum, Hinc protinus agnoscitur a multis saluator & medicus Christus, nunciaturq; totam per regionem, adesse Iesum. Quo rumore exciti plurimi cœperunt ægrotos grabatis circumferre, quos omnes non tam corpore, quam animo sanabat, omnibus ex æquo sanitatis conferēs beneficia.

Quotquot tangebant eum, & salui fiebant.

Hunc in locū multi impingūt pseudochristiani, qui simul ac euāgeliū cōtingūt, existimāt se cōtingere Christum. Sic qui Pauli sudarium, qui Petri vmbram, qui Christophori baculum, qui Mariæ interulam, & id genus alia contingūt putāt se consummatam fœlicitatem assequutos, cū interim longissime a fœlicitate vera ac pietate absint. Non damno

Marginalia: Act. 15 — Act 19 — De sctōrū reliquiis

sancta loca, nec sanctorum reliquias execro, hoc vnum expeto, vt sic externe contingamus hæc ipsa, sic manibus tractemus, vt maxime vitæ exempla sequamur. Contactus sine fide quæ per charitatem operatur, nihil est. Legunt multi euangelium, exosculantur mortui hominis cadauer, interim tamen, quum non adsit fides syncera, quum nullus sequitur fructus Euangelio dignus, non tangunt i. non adhærent, non diligunt CHRISTVM. Duo igitur requiruntur vt tibi prosit contactus Xpi Primum vt vrgeas, cogasq; ipsum te ad Christum i. vt indoleas vicem tuam, ambias vero auxilium, salutem, & Christi gratiam, id quod contritione fit peccatorum, quem omnes scripturæ exigunt Iohel. 2. Cōuertimini ad me in toto corde vestro &c. Conuerti nemo ad dominum, nisi detestatione propriorum delictorum pōt: detestari delicta nō solum resipiscentia, sed etiam displicentia ac horrore seu contritione fit peccatorum. Id si prestes iam tangere incipis Christum. Alterum est consequens ad precedens. Si enim adieris fide Christum, si peccata detestatus fueris, si doleas, si anguaris si Dei implores opem, tangere quidem Christum incipis, Verum hunc non contingis, nisi & ipse te tangat, ducat, trahat, rapiat, condonetq; peccata, reddat atq; restituat quasi postliminio ablata, id fit ꝑ gratię collationem, Neque enim sine Dei fauore gratia condonantur peccata. Id quod mox indicat Marcus: Salui fiebant. Salus autem gratia cooperante efficitur gratia enim Dei vita æterna. Ro. 6 Gratia enim salutem assequimur, non nostris præcedentibus meritis, vt Paulus Roma. 11. plenissime disputat. Igitur vt paucis absoluamus nos. Contactu expulsio fit criminum, saluatione vero, gratiæ collatio, Tangamus nos Christum, affectu-contingamus opere & veritate, vt saltem consequamur.

Christum cōtingere quis dicatur.

Dominica prima Quadragesimæ. Euangelium. Matth. 4.

DVctus est Iesus in desertum a spiritu vt tētaretur a diabolo. Indicat totum hoc Euangelium pœnitentiæ statum, ac sancti ieiunii demonstrat regulam: Initiū enī sacræ Quadragesimæ acturi sumus hoc die,

Ieiunii regula,

quod vt fœlicibus auſpiciis proſequamur, adeoq; ad finem vſq; deducamus, nobis exemplum Chriſtus ſui ipſius proponit. Simulatq; enim baptizatus fuit, deſertũ ingreſſus eſt ac ſolitudinẽ, oraturus patrẽ, pugnaturus atq; expugnaturus hoſtes illos inuiſibiles, mõſtraturus ſubinde amuſſim, quã ſequamur oportet, ſi quidem veri ieiunatores eſſe volumus. Recte igitur Moyſes ait: Inſpice & fac ſecundum exemplar, quod tibi in mõte mõſtratũ eſt. Introſpicere iuſſit exẽplar, imitari preclare factis, quod nobis in monte Chriſtus delineauit, quod præmõſtrauit quaſi diceret, factis docuit antea, quam verbis ſuam doctrinam mundo inſinuaret. Neq; id ſiluit Lucas Act. 1. Cœpit Ieſus facere & docere. Et item Paulus: Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo. Hoc igitur exemplar, hæc norma, hæcq; regula ob oculos noſtros ponenda, ſi nos ieiuniis macerare volumus. Macerat ſe Chriſtus ieiuniis, macerat & ſuum corpus Paulus, ſed alia ratione hic, alia ille. Ille carnem habuit ſpiritui obſequentiſſimam, eoq; ieiuniis edomare hanc non oportuit, quod igitur ieiunauit, nobis, non ſibi profuit. Cæterum quod Paulus multis ieiuniis ſeſe affligit, vt carnis impetum reprimeret, fecit, cuius nos oportet ſequi exemplum. Imitatores (inquit) mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Proinde vt noſtra DEO grata ſint ieiunia, nobiſque proficiant ad ſalutem, diſpiciamus Euangelium. **Ductus eſt Ieſus in deſertum, inquit Mattheus a ſpiritu.** Tria hoc in Euangelio deſignantur, Ieiunii forma deſcribitur primo, Secundo Satanæ congreſſio aperitur. Tertio Triumphus Chriſti declaratur. Ieiunii ſacri formam ex ſpiritu proficiſci neceſſum eſt alioqui ſi non adſit Dei ſpiritus, mane quidem ac in forme eſt. Id ſignificatur, quod in deſertum a ſpiritu ducitur nimirum a Dei ſpiritu. Qui enim filii Dei ſunt, ii ſpiritu Dei aguntur. Chriſtus vero, ipſiſſimus Dei filius cũ ſit, a nullo alio quam Dei ſpiritu actus eſt in ſolitudinem, Habentes enim ſpiritum Dei (inquit Chryſoſto.) non ſedẽt ocioſi, ſed ipſe ſpiritus qui in eis eſt, vrget eos aliquit magni aggredi, quibus tamen infamis ille ſpiritus eo magis inſidiatur, quo fuerit ad Deum procliuiores. Igitur Ecl. 2. Fili accedẽs ad ſeruitutẽ Dei, ſta in timore, & prepara cor tuũ

Exo. 25. & 26.

1. Co. 9.

Alia Xp̃s, alia Paul' rõne ieiunauit.

Roma. 8.

ad tentationes. Exeamus igitur domũ, exeamus ciuitatẽ, si ieiunare volumus, id est affectus inanis gloriæ profscindamus hominumq; applausum, vt docuit supra Eccle. ex Mat. Pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. Idem est absconditum esse a vulgo, & deserta petere, quod fugere hominum applausum & vanissimas laudes. Alioqui si cum Ioanne in deserto agas ætatem tuam omnem, locustis vescaris, totosq; dies ieiuniis te maceres, vt aliquando pareas hominibus ieiunans, perdidisti mercedem tuã, id quod superius declarauimus. Proinde qui spũ Dei agitur, hoc vitio vacat minimeq; huic obsequitur, quin potius liberrime ducitur & quasi præcurrit id op' religiosum, pium ac sanctum Vbi enim spũs domini ibi libertas. Nos autẽ inquit Paul' nõ spiritũ huius mũdi accepimus, sed spiritũ Dei, & qui a Deo nobis obtigit, quo authore rapimur, ac trahimur volentes ad bonum. Math. 6. 2. Cor. 1. Cor 3.

Vt tentaretur a diabolo. Simul ac te Dei spiritus ad pium opus incitauerit, consequitur pugna cum hoste nostro plusquam sæuissima. Aduersatur enĩ is virtuti, aduersatur & pietatis exercitio, semperq; impendet actibus nostris, & operibus quamlibet religiosis. Agnouit hoc Paulus. Non inquit est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum. contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Impendet enim nostris humeris perpetuo hostis ille antiquus, vt sensus nostros corrumpat, nostrumque animum auocet, a simplicitate quæ est in Christo Iesu. Quanquam in Christo secus tentatio exordita, atq; sit in nobis. Greg. Duo partitur genera absultuum Aliud in CHRISTVM, aliud in nos competit, Christi cum hoste pugna omnis externa fuit. Nihil enim minus animo constans fuit, quam si nulla tentatione oppugnatus fuisset. Semper enim idem sibiipsi constans perstat, semper eodem animo, eademq; mente. Ipse enim fortior ille atthleta fuit, qui abstulit omnia spolia principi Tartareo. Proinde nostra tẽtatio exorditura sensibus sensibilibus obiectis, suscipitur vel respuitur ab aio: deĩde probatur, vel reprobatur, postremo accedẽte cõsensu, opere nefario exequitur, Id Gregorius sic fere effert, nostra tentatio, cogitatione de- Ephe. 6. ¶ Duplex hostiũ adsultus.

lectatione ac consensu, quem opus sequi potest, perficitur
probat vniuersa hæc Iacobi 1. Vnusquisq; tentatur a cōcu
sciētia sua abstractus & illectus, deinde cōcupiscētia cū cō
perit, parit peccatū, peccatū vero, cū cōsummatū fuerit g
nerat mortē. Hoc malū alienissimū fuit à Christo, qui n
Psal. 23. tā initiis, quā mediis potuit pro suo arbitratu adsultibus
peritare. Secus multo nobiscū obtigit. Nos enim visis nō
mel adblādimur, trahimur, ac porro in seruitutem detru
mur. Ille vero malorū incētore mox primo cōflictu supe
uit. Nos fores ianuāq; aperimus, ille apertis foribus, aper
q; hostio victor euasit. Igitur Dauid, Tollite portas prin
pes vestras: & eleuamini portæ eternales & intro ibit rex g
riæ. Destruendæ sunt enim portæ illæ, quibus excubias or
nāt dæmones, vt arce animi occupēt, ac deinde æternita
Cur christus tentatus sit. aditus aperiendi, vt is ingrediatur, qui fortis ac potens est
prælio. At inquis cur igitur se tentari permisit, si illi nihi
q; obfuit, neque profuit? Respōsio, secundum eos qui sac
theologiæ initiati sunt. Primū, vt sua tētatione nostram
peraret, vt ait Greg. Sic sua circūcisione nostrā tulit me
sua morte nos viuificauit. Scdo, vt nos cautiores ac vig
tiores redderet. Nā si ausus est aggredi Christū Satanas,
tamē cōiectare potuit omniū esse exercitatissimū pugilē
ximeq; imperterritū futurū, ex sacris literis, quid ni aude
nos miseros ac fragiles aggredi, qui procliues sumus ad
sum, fragiles ad resistendum. & omnium maxime imbecil
ad resurgendū? Semper igitur nobis expugnandū, Nā m
tia est vita nostra super terrā. Estque nobis non tantū ad
sus illum qui deorsum cecidit, diabolū, certandū, sed eti
Aduersus quę nobis certamen sit. aduersus domesticos illos hostes, voluptatē cupiditatē
dinē. Caro enim & sanguis noster, nobis facessunt neg
orū vndas eoq; periculosiores, quo magis adamata ac
mora. Id est quod Paulus ait Caro eī cōcupiscit aduersus s
Gal. 5. spūs aduersus carnē, hæc inuicē sibi aduersantur. Tertio
niq; tētatus est, vt suo exēplo nos instrueret ad victoriā
bisq; certandi modum præfigeret, quē sub certamine seq
remur. Modus autem is mox indicabitur. Quarto hac
tione tentatus est, vt spem fiduciamque vincendi præberet
qui spem omnem reiiciunt in CHRISTVM qui su

implorant misericordiam, ne vincantur, neue succumbant aut hostibus terga vertant. Ea ratione & cœpit pauere, tædere, & exhorrescere mortem, vt nobis fiduciam in tentatione præberet ne desponderemus animũ. Hebr 4 Non habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tẽtatũ aũt per oĩa pro similitudine absq; pctõ. Igit fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cũ tentatione prouentum, vt possitis sustinere Victoria enim Christi, promissioq; addit nobis animũ, spemq; vincendi præstat. Vide etiam quod in solitudine tentat hostis, nũquam non vigilãtissimus, nec vspiam locorũ nõ præsens. Omnes angulos, omnes latebras obseruans. Væ nobis si invtramuis dormitemus aurem, vbi tam vigilantem habemus hostem. Postremo colligenda illa summatim, vt si quod opus auspicari velis, spiritum examines. Nolite inquit IOANNES omni spiritui credere, sed probate spiritus, an ex DEO sint. Deinde deserti loca solitudinemq; petas, id est, si potes hominũ consortia maxime vero vitia vitabis. Hoc enim est cum Mose ad interiora deserti minare gregem. Exod. 3. Id est sensus nostros, desideria nostra, votaq; redintegrare reuocareq; ad seipsũ vbi id præstiteris tibi dominus loquẽs in rubo, inflãmãsq;, ac adurens cordis tui siccitatẽ, vt virescere, florereq; possis. Hinc Esa. 35. Lætabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo & florebit quasi liliũ. Aĩa enim q̃ a se mũdi tumultũ, delicias põpasq; ablegat, solitudinẽq; q̃rit, nõ potest nõ lætari, & sibi ipsi aggratulari, exultare, & flores producere iucũdissimos. Tertio si deserti loca ingressus fueris, si mũdũ cõtẽnere, hoĩm praua cõsortia deuitare cœperis, mox cõciliabis tibi hostes quã inuisissimos carnẽ vz; mũdũ & dæmonẽ, aduersus quos Dei verbo animus roborãdus est, tũ etiã cõstãtia in bono opere muniẽdus, ne alio deflectat, sed quod cœpit, pficere pergat. Atq; iis pficitur ieiunii norma ac regula. 1. Cor. 10. 1. Ioan. 4.

Et cũ ieiunasset quadragita diebus & quadragita noctibus postea esuriit. Quadragenario dierum numero Christus ieiunauit, eũdẽq; & nobis sacrauit, ac proinde sui exemplo (quod nemo nõ tenetur imitari) obseruan-

dũ instituit, Neq; pluribus neq; paucioribus ieiunare vo[lu]it diebus vt veritas vmbræ responderet. Lex enim vmbra[m] habuit futurorũ bonorũ. Quadraginta aũt annis in dese[rto] pasti sunt Iudæi. Iuxta illud. Quadraginta annis offens[us] fui generatiõi huic, & dixi semper hi errat corde, Sic & M[oy]ses legem deintus accepturus, diebus quadraginta in m[onte] obuersatus est. Exod 24. & paulo inferius. 34. ita habes [fu]it ergo ibi cũ domino 40 dies & 40. noctes, panẽ nõ com[e]dit & aquam nõ bibit, & scripsit in tabulis verba fœd[eris] decẽ, de Helia quoq; legitur in. 3. Reg. ca. 19. dũ impiissi[ma] Iezabele fuggeret, multoq; mœrore cõfectus esset. Asta[tit] ei angelus domini, cõsolãs & tangens eũ, dixitq; illi. Su[rge] comede grãdis enim tibi via restat. Qui surrexisset, come[dit] & bibit. Et ambulauit in fortitudine cibi illius. 40. diebu[s &] 40. noctibus, vsque ad montem Dei Oreb. Animad[uerte] illustres hos viros diuinis non dignari illustrationibus [nisi] antea se orationibus, ac ieiuniis eo dierum numero pa[rassent], gratiæque accommodassent. Alter enim accepturu[s e]rat legẽ, alter reuelatione dignandus diuina, paratur vtri[us]q; & corpus & animus ieiuniis, paratur & aliis cæremo[niis] quo vterque sit dignior, accommodatiorq; diuinis ad[flati]bus Christus vero legis summa, & plenitudo, id exempl[um non] grauatus est imitari. Euangelicam enim legem homin[um] cordibus inscripturus, antea se ieiuniis macerat, qu[am] publicitus doceat, aut legem interpretetur: Ieiun[at] autem non sibi, sed nobis, sed vt nobis formam regula[m]que celebrãdi ieiunii pscribat, nẽpe 40. diebus & noctibus ha[ud] interpolatis. At inquies num & nobis ad eam normam [p]ro ieiunandum, vt perfecti simus CRISTI imitatores? Respondeo. Quod per nos præstari potest, id præstandu[m] est, per nos aũt, siquidẽ adsit nobis Christi spũs, & anim[us] mandatis ecclesiæ obsequẽs, potest id præstari quod præ[ci]pit. Greg. Quadragesima, sũma obseruatiõe ẽ obseruãda, [ut] ieiuniũ in ea præter dies dominicos, qui de abstinentia [sub]tracti sunt, (nisi quẽ infirmitas impedierit) nullatenus [sol]uatur. quia ipsi dies decimæ sunt anni. Paucisq; interie[ctis] sic infert. Iubemur aũt ab omnipotenti Deo, omniũ bon[o]rum nostrorum decimas dare. Eadem & August. fere hab[et].

Psal. 94.

Ieiuniũ & orõ hoĩes diuinis adflatibus dignos reddit.

Xp̃s quatenus in ieiunio quadragesime imitãdus.

Et Chrysost. super Genesim, & totius ecclesiæ receptissima consuetudo, & authoritas obseruat, nec modo Latina ecclesia ne quis existimet, ad inuentũ esse Romani põtificis) sed & Græca sub Chrysosto. tempus ac ætatẽ eandẽ sacrã quadragesimam multa cum deuotione & religione obseruauit. Sunt enim Homiliæ ab eodẽ viuo sub id tempus, ad populum habitæ, quibus Genesis quoq; enarrauit historiam, plæræq; multæ, Nec est cur hic Paulũ obiicias. Nam alius iudicat diẽ inter diẽ, alius aũt iudicat omnem diem. Nõ hoc agit Paulus, vt Christiano homini liberum faciat quolibet die, quibuslibet vesci cibis, sed quo Iudæos, gentisq; arrogãtiæ, superstitionisq; euincat, maxime vere, qui ex Iudaismo credi derant Christo, hos arguit arrogantiæ & pertinaciæ, qua mordicus suo Mosi eranti addicti, adeoq; huic dediti, vt ẽt e gẽtibus conuersos, in Iudaismum trahere niterentur. Sed multo alia ratione Christiani obseruamus quadragesimam, & certos aliquo ieiunio sacros dies. Spectabant Iudæi. Mosi legẽ, spectamus nos Christi. de quo Moses plæraque multa disseruit, exinde reueremur & ecclesiæ iussa, & pontificum decreta, & recæptam simul & laudatissimum consuetudinem Vides ergo quanto interualo nostra a Iudæorum dissideant ieiunia, Qui si penitus introspiciamus, eorum & ieiunia & abstinentiæ, vmbræ erant, imagines, ac signa futurorum, nostra veritas, resq; exhibita. Neq; enim sua ieiunatione cœlum aperire, quanquam interim remissionem & condonationem peccatorum promereri, potuerunt: nobis ieiunantibus cœlestia regna patent. Et obserua, quam parum ecclesia suis filiis imposuerit, quam minime onerauerit, Inquit Christus apud Matthæum. 6. Nunquid possunt filii sponsi lugere, quandiu est apud eos sponsus Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus, tunc ieiunabunt, Dies illi a sponso igitur insinuati sunt aliquando per sponsam decernendi. Indixit hos dies sponsa adeoq; prouulgauit, iam quid faciendum sit. Audienda est ecclesia: Si enim ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus Hoc est enim iustum est, hoc æquum est, vt matrem audiamus, qui patrem nos iactamus habere in cœlis, qui sponso gratulamur Non enim qui matris iussa contemnit,

Rom. 14.

Qua rõne Xpiano obseruandũ ieiuniũ

Mar. 18

Exo. 21

patrem honorat, quin potius siquis vel patri vel matri ma
ledixerit, morte moriatur. Alterum contemni sine alteri
ignominia & blasphemia non potest Cum igitur con
Paulum ecclesiæ filium fuisse, non æstimemus hunc hu
decreta voluisse euertere, quam sic honorat, sicque vene
Hebe.3 tur, vt dicat, Obedite præpositis vestris, & subiecti est
eis, ipsi enim reddituri sunt rationem pro animabus
stris. Qui autem nobis prælati sunt, non tam literis ac
tis quam verbis plæraque multa sanciunt, que exequi iusti
Rom.17 simum est. Igitur vbi multa de ciborum Iudæis prob
rum delectu, præcepisset Paulus, tandem infert: Non
regnum Dei esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudi
in spiritu sancto. Si Dei regnum iustitia est, & iustitia
dit vnicuique quod suum est. Reddamus & nos eccle
Decretis obedientiam, in re tam vtili, tã; honestissima
xime in tali re cuius exẽplũ præcessit in Christo In digni
enim est filios non imitari patrẽ, non obsequi iustis &
nestis mandatis. Quam hic offedant ac impingant hære
Scandalũ semper vitã dum. nemo est qui non videat oẽs enim in hanc Christi qua
gesimam impingũt vescẽtes sine vllo respectu vel tẽp
vel scandali, vel personarum quibuslibet cibis, cum ta
Paulus toties dicat Sed hoc iudicate potius ne ponatis
Rom.14 fendiculum fratri, vel scandalũ. Et itẽ Si esca scãdalizat
1.Cor.8. trẽ meum, non manducabo carnes in æternum. Et rurs
1.Cor.10 Sine offensione estote Iudæo & Græco & ecclesiæ CHR
Matt.18 STI. Eadẽ ratione & Christus vetuit ne paruulos off
mus, alioqui digni sumus, qui in mari pcipitemur. Hos ta
manifestarios scripturæ locos vtinam ob oculos poner
Lutherani, qui passim cibis qnibuslibet vescũtur, nihil
terim facientes ecclesiæ præcepta: nihil infirmiorũ, nihil p
priam etiãnum conscientiam inquam peccant omnifaria
Et quod scelestis est, multi existimant obsequiũ se præst
re Deo, si quãdo aduersus, ecclesiæ decreta sextis feriis pr
festis subinde diebus, atq; hac sacra quadragesima, cibis
1.Cor.8 ritis vescuntur. Quando satius reputarent, Pauli verba. E
nos nõ commendat Deo, Verũ sic malunt pergere, vt eor
insania, ac impudẽs pertinacia toti orbi innotescat. Malu
enim Epicuræi, quã Christiani & Papistici dici. Qui hac

mus ecclesiæ præfuerunt sancti, quiq; hanc gubernarunt in initio patres. Ieiuniis & orationibus, atq; vigiliis exorditi sunt reformationem hominũ. Contra, ii quẽ possũt licentissime viuũt, laxant frena libidini, excutiunt a se superiorum mandata sicq; inuertunt omnia vt non Christiani (quorum interest carnẽ crucifigere cũ vitiis & cõcupiscentiis) sed antichristiani merito dicendi sint. Quales Io. in sua canonica rebelles & factiosos homines appellauit. Nũc autẽ antichristi multi sunt, id est qui Christo aduersantur, & suæ sponsæ quæ est ecclesia, matriq; nostræ, plæriq; multi inueniuntur. Præcipit Christus obedientiam ecclesiæ, ii cõtra. Dirumpamus, inquiunt vincula eius, & iugum exactoris legis abiiciamus. Liberi enim sumus, i. sic libertate donati, vt quiduis nobis licitum velimus. Atqui hac ratione & canes, & sues liberi erunt, & quotquot tandem perditissime viuunt. Verũ nos in libertatem spiritus, non carni vocati sumus. Non tollit hæc libertas legem coercitiuam, quæ coercendis vitiis dicta est, sed excelso, & voléti animo exequitur, quantũuis caro hac pædagogiã excretur, Id enim est esse vere liberũ & ingenuũ hominẽ nõ reluctari mandatis principũ, non contemnere ecclesiæ ieiunia non cæremoniam pessundare, sed rebus factisque præstare, quod decretũ est, quod salubre, quodq; & vtilissimũ est Postea esuriit Argumentũ hoc est humanæ naturæ in Christo quod sitierit, quod esuriẽ, frigus, æstum, caloréq; sustinuerit Hosce enim defectus citra sui ignominiam assumpsit, quos subinde dolor, mœror, tristitia comitabãtur. Qui enĩ esuriẽ patitur, ãgitur animo, quo exhaustis corporis viribus satisfaciat. Sic qui sitit, friget, calet Ergo in cruce dixit, Sitio, ne quis putaret hũc illata pænas nõ experiri, neq; sentire. Sed & ad sontẽ sedens petiit a muliere potũ. Da mihi bibere. Proinde ex hac esurie sumpsit occasionẽ Satanas ipsum aggrediendi, adit enim dæmõ nos si vel vllã se nactũ opportunitatẽ viderit, etiãnũ in illis q̃ naturæ cõmoda sunt, vt vel sic incautos sibi inescat, fallat. Proinde sciendũ esuriẽ hãc significare, salutis nostræ, (cui⁹ gratia destinatus erat) desiderium Vehementer enim optabat nostram conuersionem, qui saxorum instar, indurauimus corda nostra, id quod significant lapides, quos illi nescius

Gal. 5.

1. Io. 2.

Quis vere liber dicendus.

Ioan. 19.

Ioan. 4.

huius mysterii Zabulon ostendit. Iob. 41. Cor eius quasi la-
pis indurabitur Sic & apud Matth. 21. & Marc. 11. cũ offen-
disset ficum arborem virentibus foliis pollicentem fructu
aliquid, occurrit ad illam, famis molestiam leuare cupien
verum lenocinio foliorum frustratus, maledixit, excratu
est eam dicens: Nunquam nascatur ex te fructus in æterr
Ita & miseris mortalibus obtingit, qui perpetuo steriles m
nent, nihilque boni fructus nihil quo oblectetur deus n
ster salutis sitientissimus, ex sese producunt. Qua sterili
te nihil deploratius, nihil execrabilius, maxime cum
tum nostram salutem ambiat vt apud Ioannem testatu

Quæ voluntas patris.

4. Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit
patris. At quæ est volũtas patris vt nostra peccata edat C
stus, vt hæc ebibat, ꝓq; iis satisfaciat. Nemo sic auidus p
niæ est, et Christus nostræ salutis ꝓuer. 27. Anima esurie
etiã amarũ ꝓ dulci sumet. i. acetũ, fel, & absynthiũ, qua p
uerũt eũ in cruce milites, **Et accedens tẽtator dixit**

Diabolus quos habeat nocẽdi modos

Ardua moliẽtibus potissimum solet veterator ille insi
struere, variisq; adire arietibus. Habet enim mille noce
cuniculos, & modos, alios ambitione, alios inani glor
nonnullos voluptate, libidine, ac luxu, plærosq; incredu
te adit. Suut quos aperto marte, Sunt quos ex insidiis a
greditur, Rursus offendas, quos per domesticum host
quem circumferimus solicitat Aperto ariete aggressus
Iob militem longe & constantissimum, & exercitatissim

Gene. 3.

Ex insidiis & simulata fictaq; spe aggreditur primos p
rentes. Cur inquit deus præcepit ne ederetis de ligno sci
tiæ boni & mali. Ait mulier. Ne forte moriamur. Nequaq
sederitis sicut dii. En subdolam vocẽ, & malis artibus p
nam suasionem. Ostentat falsam quandam sciẽtiæ boni
mali speciem, vrget vbi dubitare cœpit mulier. Nequaqu
sed dijs similes eritis. Eisdẽ artibus accedit & nos dũ ali
pollicetur, aliud vero occultat, dissimulat. Pollicetur long
vitam, siquidẽ nos in omnem libidinem exposuerimus:

2. Cor. 11.

interim crastinum præstare nequeat. Ob id Paulus: Time
ne sicut serpens Euam seduxit ita sensus vestri corrumpa
tur, & excidãt a simplicitate quæ est in Christo Iesu. Pro
mittat euangelium, cum interim ducat, præcipietque in hæ

tesim. Libertatem pollicetur, vt in captiuitatem detrudat. Tertio. quosdam aggreditur per domesticum hostem, carnem videlicet nostram, cuius procliuitatem satis habet perspectam. Sensus enim & cogitatio cordis humani in malum prona sunt, ab adolescentia sua Hanc in malum propensationem animaduertens machinator ille malarum cupiditatum, ea in nostri perniciem abutitur. Suggerit enim, facesq; adhibet, & quod perniciosius est, furioso tyrāno ensem porrigit, quo in spiritum desæuiat, eumque a suo regno ac statu deturbet. i. quod apud Esa. 54, ait dominus. Ecce ego creaui fabrū sufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus suum. Et ego creaui interfectorem ad dispergendum: quo nomine diabolum intelligi diuus testatur Hieronym. Quum ipse omnium malorum artifex & inuentor sit, non necessitate naturæ, sed mentis artificio & arbitrio Suggerit enim libidinis, iræ, vindictæ materiam, ac quasi fumigātes carbones in iustam libidinum flammam exufflat. Qui suscitat incendia, & profert vasa quædam iræ diuinæ quales (inquit Hieron.) fuerunt Simon & Elimas magi Petro & Paulo apostolis resistentes, quales sunt omnes hæretici, & veritatis refractarii. Quos enim ipse non potest fallere, per subornatos pseudoapostolos & impostores quosdam fallit atq; adeo auocat. Iuxta illud. Dæmon quo non poterat, illuc legatos iubet adire suos. & Paulus fatetur, non tam Satanam quam eius ministros speciem boni effingere angeli. Tali specie. i. ficta, & hypocritica, accessit ad Iesum, expiscaturus num esset filius dei, de quo tam varia erant oracula prophetarū prædicta. Neque enim mox hoc mysterium, sed & paulatī innotuit mūdo, in accipiti hæreret callidus, ille veterator. Audierat siquidē multa olim de Messia vaticinata, perpēdit & tēporis adesse plenitudinem, patrū in limbo gaudiū indoluit, igitur hamū proiicit periculū facturus num purus homo, an deus & homo esset. Tentat autem de tribus siquidem interius rem ipsam & congressionem perpendamus. Primo crapula ac gulæ vitio. Secundo, Ambitione, ac animi elatione. Tertio, rerum temporalium cupiditate, Quæ vitia arma sūt, quibus plærosq; multos a virtutū fastigiis deiicit: Quanquā interim nihil possit aduersus so-

Ge. 6. & 8.

2. Cor. 11.

Quæ arma diaboli.

Iacob. 4 brios ac vigiles, & eos qui vndequaq; excubias obseruā
Ephe. 6. Ergo Iaco 4. Resistite diabolo & fugiet a vobis, Et Paul.
Assumite armaturam dei, vt possitis resistere in die malo
in oībus perfecti stare. Prima itaq; Satane tētatio est g.
vitiū, quod luxus, libido, voluptasq; comitatur. Hinc ...
Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fia
ps. 148. Quasi diceret, tuum dicere, Facere est, vt Dauid inquit. I
Iob. 41. dixit & facta sunt. Cur autem aggressus fuerit Christū
arte, non est mirum. Ipse enim Satanas induratus & pro
excæcatus est, vt Iob inquit. Induabitur cor eius super n
leatorum incudem. Igitur lapides non ligna, neque vire
herbas, neque id genus alia ob oculos posuit, & monstra
sed lapides. Qui enim eo vitio mersi sunt, saxei sunt & pl
quam lapides, nihil aliud quam suffarcinare ventrem m...
tantes, Hoc vitio superatus Esau, vendidit primogenita
Et vendidit inquit Moses primogenita, & sic accepto p
Gene. 25. & lentis edulio comedit, & bibit, & abiit, paruipēdēs q
primogenita vendidisset. Laborabat eodem morbo & p
pulus israeliticus Exo. 16. quando submurmurans aieba
Mosen: Vtinam mortui essemus per manum domini in
ra Aegypti, quando sedebamus super ollas carnium &
medebamus panem in saturitate. Verum quid Deu. 32, d.
tur? Incrassatus est dilectus & recalcitrauit, incrassatus
pinguatus, & dilatatus dereliquit deum factorem suum
recessit a deo salutari suo. Id enim hoc vitiū quasi pecu
riter comitatur, deserere deū, negligere proximum, & pa
rem illum Lazarum contemnere. Magna igitur nobis
bit abstinentiæ ratio, magna & ciborum frugalitas h...
da, idq; quod Christus ait solliciti cogitandū. Nolite
Gulæ vitiū vt omniū malorū semina vitandum citi esse dicentes. Quid manducabimus aut quid bibe
aut quo operiemur. Scit enim pater vester, quia iis omn
indigetis. Non igitur tentemus Christum, sicut quidam
rum tentauerunt, & a serpentibus perierunt. Itē, Non sim
concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt, ne
Mat. 6. idolatræ efficiamini, sicut quidā ex ipsis, sicut scriptū est
1 Cor. 10. dit populus mādūcare & bibere, & surrexit ludere. 1. Cho
1. Co. 6. Esca enī ventri, & venter escis, Deus aūt & hunc & hæc
struet, vt idē Paulus habet. Multo ergo interuallo a Chri

dissident, qui aliud nihil ructant, quam carnes, quam oppiparos cibos, & exquisitissima ad diuersa fercula, quasi in his rebus CHRISTIANA posita sit libertas. Delitiis īquit PETRVS affluētes, & in suis conuiuiis luxuriētes. 2. Pe 2c
Quales sunt omnes, qui contemptis Ecclesiæ mandatis, vitam Epicureorum malunt, & Sardanapali, quam CHRISTI, quam abstinentissimi Pauli ducere. Aduersus [illegible] illud vere competit Edisti satis, bibiti satis, tempus [illegible] di tibi est Cui & illud Psalmistæ septuagesimoseptimo [illegible] Iob, 21
cinit: Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira DEI ascendit super eos Et occidit pingues, ipsorum, & electos Israel impediunt. Et illud Iob: Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descendunt. Accidit hic morbus iis quorum corpora in sagina sunt, anima in macie qui aliud nihil quam carnis blandimenta meditantur, nullam de cœlesti pabulo, deque DEI verbo, dulcedinem referunt. Hinc nauseant super DEI verbo, quasi cibo aspernando, & abominando. Quemadmodum enim qui petuita, aut febri infectum habet stomachum. male iudicant de exquisitissimis, & multa arte paratis cibis: ita & qui ventris curam in desideriis explēt. Quanto melius ii, quod CHRISTVS Satanæ, hoc suo ventri oblectarent. **Qui respondens dixit ei, Scriptum est, nō in solo pane viuit homo, sed in oī verbo quod procedit de ore dei.** deuteronomi octauo. Hanc responsionem. sic temperauit CHRISTVS. vt nec nomen filii DEI negaret, nec se vinci famis molestia posse, vt hominem quemlibet demonstraret, nobisque quo maxime vita nostra subsisteret, hoc est, verbo DEI commonstraret. Potest autem hic locus bifariam exponi: Semel vt verbi nomine filium incarnatum intelligas, qui nobis vitam præstat, qui consummatam fœlicitatem, de quo ad Hæbræos quarto PAVLVS: Viuus est sermo dei, & efficax. & penetrantior omni gladio ancipit sequitur: Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Et illud. Misit verbum suum & sanauit eos, & eripuit eos de interioribus eorum, Hoc est Verbum vitæ, æterni patris æternus filius IOANNIS primo. Et Deus erat verbū. Et mox: Et VERBVM caro factum est, & habitauit in nobis.

Verbū dei quod modis recipiatur, quāq; habeat energiā.
Hebr. 4
Psa 16

Sanat hoc, & de interitu perpetuæ mortis nos eripit, inque regnum adoptionis filiorum Dei transfert. Fide arripimus huius verbi influxum & amore, quo illud inescamus, & vt Pauli verbis vtar, in corporamus. Igitur 10.6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. In Christo manere, est viuere iucundissimum ac saluberrimum, hoc verbo viuimus, hoc sumus & creati, & restaurati, & e mortis faucibus eruti; atq; de hoc
1. Pe. 1 vere dicitur, verbum domini manet in æternum. Si quidem filius dei, qui verbũ est patris, manet in æternum, vt plane testatur paulus: Iesus Christus heri & hodie, ipse in sæcula.
Heb. 13 Quanqu. in hæc expositio coactior videatur, tamen non abs re dicere possumus, hoc verbũ ẽẽ, quod ex ore altissimi ante omnem creaturam prodiit, quo paterna mens sese nobis insinuauit, atq; oĩno declarauit. Altero modo exponi-
Iacobi tur de verbo, quod voce promitur, literis excipitur, & cordi humano, digito dei viui inscribitur. ad quod sucipiendum nos Iacobus hortetur: In mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. Saluantur animæ hoc verbo, siquidem in stomachum traiecerint, si decoxerint mente, si operibus, signis, vita, innocentia, expresserint. Id quandiu præstant, tam diu in deo viuũt: qui vero in se deum vitam habet, non moritur. Igitur Christus 10.8 Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum. Illuminãtur enim duæ partes vitæ nostræ hoc saluberrimo verbo Altera qua spiritu viuimus, altera qua
Psal. 118. corpore ac inter homines conuersamur. Testatur id Dauid Psal. 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Accenditur & affectus noster, adeoq; in Deum corripitur, vt hunc ipsum omnibus rebus præferamus, toto corde, tota mente, totisq; veribus illi adhærentes, & proximum propter Deum, beneficii prosequamur, Flagrare enim atq; incalescere cogit affectum nostrum siquidem bene decoctum, atque digestum fuerit Hinc Dauid.
Psal. 54 Ignitum eloquium tuum vehementer, & seruus tuus dilexit illud Et iterum molliti sunt sermones eius super oleum,
Eze 11 & 32. & ipsi sunt iacula saxea enim corda ad huius verbi impetum molescunt. Auferam inquit deus a vobis cor lapideum

& dabo vobis carnem Hoc est illud verbum, quo filii Israel in deserto pasti sunt, cœlitus demissum manna, quod qui religiose, qui sinceriter, qui deuote, ac puro corde suscipiũt, viuunt more sanctorum hoĩm. Vixit hoc verbo quadraginta diebus Moyses in mõte. & Helias quoq; deinde Ioãnes Baptista, in antris squalidæ solitudinis Et Christus item. Alioqui nõ obiecisset diabolo nõ in solo pane, scilicet frumentario & corporali, quodq; e paleis excussum est, sed ĩ omni Dei sermone, mõ nõ sit feruentatus hæresi, erroreq; hominum impiorum, vitam agit Cauendum ne hoc verbum sit corruptum, ne muscidus sit panis, alioqui non vitã, sed mortem præstabit. Quamuis enim panis absconditus suauior sit carnalibus & mollibus, non tamen sanis, & synceris. Abscondunt hæretici, atq; sub verborum inuolucris tegunt commenta falsitatis, ab hoc cauendum nobis maxime. Cauete inquit CHRISTVS a fermento Pharisæorũ, quo videlicet genuinum scripturæ sensum corrumpunt. Alioqui nihil proderit auribus instilare Dei aliquot verba si non adsit germanus & verus sensus: germanum sensum spũs CHRISTI aperit. Spũs vero hic, vni Ecclesiæ catholicæ in magistrum datus est. Qui igitur extra Ecclesiã hanc sunt, collapsi sunt, neq; dei verbum habent genuinum neque proinde eo viuunt. Vt igitur Dei verbum tibi prosit ad ecclesiam Xpi, adeoque ad matrem confugias oportet. Proue. Hæc enim vbera habet, hæc mel & lac, & quicquid tandem vitæ nostræ est commodum & necessarium.

Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum supra pinnaculum templi, & dixit. Si filius Dei es, mitte te deorsum, Scriptum est enim. Angelis suis mandauit de te, &c. Hic alio Christum ariete, diabolus aggreditur, nimirum vana gloria, ac elatione quadam, vel si mauis temeritate, & præsumptione. (neq; enim moror hic quorundam morositatem, qui mire torquent sese in ordine harum tentationum, quando nobis magis res ipsa discutienda est, quam curiosius id est inuestigandum, quod cognitum pa-

rum vtilitatis confert, ignoratum vero nihil periculi.) Tē̄tator itaq; permissione Dei, non ex impotentia (vt ait Chrisosto.) assumit Christum in sanctam ciuitatem, & impositum summo templi perinnaculo, hortatur pręcipitium temerarium, abutens etiam scripturæ sanctæ authoritate. Sic tē̄tat multos, sibi vt multa tribuant, multaque de se præsumāt iactent miracula ædita, quorum è numero videntur fuisse qui dixerunt Matthæi.7. Domine nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo multas virtutes fecimus? Hac curiositate ducebantur Pharisæi. Magister, inquiunt, volumus a te signum videre. Laborant hoc morbo quotquot tandem industria humana, atq; opera, ac studio posthabitis, se solis diuinis præsidiis committunt: quasi vero vtrumq; non sit præstandum Sic enim, ingruentibus necessitatibus de diuino auxilio sperandum est, vt non temere nos in precipitium domus, tum accersenda Dei miracula, quum aliunde non patet suffugium. Proinde non apud quoslibet, nec quauis de caussa sunt ædenda miracula In hunc numerum rediguntur etiam illi, qui sola fiducia in Deum freti, existimant sese adepturos certitudinem cœlestem, nihil interim curantes, quis vestiendus, quis hospitio colligendus. Imo se in omnia vitia præcipites dedūt. Quotquot eiusmodi sint tē̄tatores Dei sunt. Maxime vero condēnandi, quod mediis gradibus virtutum posthabitis ad altiora contendunt, quos inferne ruerè necessum est. Quanto satius esset iis paulatim conscendere, perque humilitatis, charitatis, & alio item virtutum gradus, modo sursum, modo deorsum ferri. Cæterū qui suadet diabolus? Mitte (inquit) te deorsum. Suadere potest, non præcipitare: & (quod Chrysosto. ait) ad descensum, non ascensum suadet quia omnes secum cadere optat. Ipse cœlo eiectus, inferne corruit, miserque hoc molitur, vt vultus nostros, studiaque oīa & opera ad terram conuertamus, sequentes impiam illam Pythagoræorum sententiam: Quæ supra nos nihil ad nos. Aduersus eiusmodi hominum impiam præsumptionem. Sapientiæ.3 dicitur. Sentite domino in bonitate, & ī simplicitate cordis quærite illum quoniam inuenitur ab iis qui non tentant eum. Non sentiunt simpliciter de deo, qui sine ope

Matth.12.

¶ Tentantes Deum qui sint.

ribus, beatos se futuros præsumunt. Igitur inanes relinquentur, & sine honore in die iudicii constituentur. Aduersus quos PETRVS. Cui enim præsto non sunt hæc (scilicet bona opera) cæcus est, & manu tentans, obliuionem accipiens veterum suorum delictorum. Quod vero diabolus scripturam citat, more suo facit, quo solet pauca vera multis falsis miscere, seq; in angelum lucis, quo minus caueatur magisq; ad fallendum instructus sit, transformare. Abutitur scripturæ authoritate, fingens se CHRISTVM simulansq; imitari, quando interim a CHRISTO totis phalangis dissideat Qui enim non est mecum, contra me est. Imitatur hunc Satanam hæretici, qui plærosq; scripturæ locos, ad suum dogma stabiliendum rapiunt, torquent, arrodũt. si quos vero, qui eis aduersentur, inciderint, aut abradunt, aut negant, aut falsis commentis deprauant, vel certe, porro intactos relinquunt, Sic diabolus horum magister: Scriptum est, Angelis suis DEVS mandauit de te, &c. Hoc verum dixit, sed quod illi contrarium erat, quodque maxime pugnans, dissimulauit. Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Hunc locum horrebat per maxime, quandoquidem hoc iugulandus erat, & calcandus. Ipse enim quouis serpente callidior existit, nihilq; in eo quod nõ dolum, fraudes, aliasq; imposturas spiret, quemadmodum & ministri eius hæretici, Quotus enim ex iis, Euangelium in ore non circunfert, quotus non personat verbum Dei, verbum Dei & os domini dixit? quã vero ad veritatis regulam accommodent scripturas, nostro malo didicimus Germani, dum nuper quibusdam in locis omnia confusa sunt, temerata sacramenta Ecclesiæ, commutatæ cæremoniæ, diruta templa sacra profanata deniq; omnia. Habent scripturas in ore vt diabolus, easq; in suum negotium cogunt, rebus vero ipsis factisque nihil, quod diuinis scripturis consonet, vel dicunt, vel agunt. Præsumunt sine vllis operibus beatitudinem consequi, quasi nihil per nos præstandum sit. Quæ omnium malorum maximæ deploranda præsumptio, sic quosdam dementauit, vt Turcis similiores, quam Christianis dixeris Quid vero illis respõdendum sit CHRISTO authore didicimus. Ita enim inquit

2.Petri.1.
2.Cor.11.
¶ Diabolus abutitur scriptura.
Mat.12.
Præsumptio ianis

Scriptum est, Non tentabis dominũ Deũ tuum
Deut 6. Visus est diabolus id in animum induxisse: vt Christus miraculo se DEI filium declararet, eoq; gloriæ quippiam venaretur: verum noluit Christus experiri, noluit exerere virtutem suam citra necessitatem. Aliunde enim pe... bat descensus, nempe per gradus. Quod docemur non ante

Miracula quãdo petenda.

miracula petenda, quam humanis destituamur auxiliis. Agendum enim semper quod per nos præstari potest. E... ercendum rus, vt fructus colligas, orationibus incumbendum, ac ieiuniis, cæterisque religiosis ac piis insudandum operibus, vt præmium, mercedemque assequare. Ergo D...

Psal.127.

uid. Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus & bene tibi erit. Et in Prouerb. 6. Salomon Discurre, fe...

Proue.6

na, suscita amicum tuum, vade ad formicam piger, & considera vias eius, & disce sapientiam, paucisque interiectis: Si vero impiger fueris, veniet vt fons messis tua, & egestas longe fugiet a te. Conatibus igitur omnibus huic tentationi resistendum est, & si quando nos humana destituunt præsidia, tum non temere signa, neque curiosius mi... randa opera postulemus, sed nostram caussam deuote cœlesti patri committamus, qui dabit quodcunque tãde... vel necessarium, vel saluti commodum fuerit. Sic Apostolis obtigit, dum impremeditati rapiuntur ad tribunalia, dum astant iudicio. Ego inquit Christus, dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarii vestri. Ex hoc loco colligimus probationem

Luc.21.

ferri candentis, & monachiæ prohibitam, id quod... Decretis canonicis relatum est. 2. q. 5. Igitur PAVLVS Tentatio vos non apprehendat nisi humana, id est, non permittamus nos in id impietatis mergi barathrum, vt sine... nis operibus, sine preclaris gestis, sine pœnitentiæ fructibus, futuram vitam speremus. Quandoquidem nec præsentis vitæ pericula vitabimus, neque bonis temporariis dignabimur nisi inexhaustis laboribus id impetremus. Nulla igi...

2.Cor.10

tur alia tentatio nos apprehendat, nisi quæ sanabilis est. Insanabile vero est, & extremæ infœlicitatis, sperare præmium, mercedemque sine bonis operibus, Insanabile... præsumere exire e periculis, si ipsum ...

Neq; mala, data opera accersenda sunt, sed si quæ aliunde acciderint, depellenda. Potissimum tamen imbecillibus nō sunt pericula appetenda, sed potius orandus est Deus: Et ne nos inducas in tentationem, id est, ne si quando nos trifor mis ille hostis aggreditur, patiaris nos rapi, vinci, superari, sed potius assiste, fer q; opem ne succumbamus. Quin cum tentatione facias prouentum, vt sustinere possimus. Ma.c.16.

Tunc iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi, &c. Lucas addit. Quod ostenderit omnia regna terræ in momento temporis, dicens: Tibi dabo potestatem hanc vniuersam & gloriam illorum, quia mihi tradita sunt & cui volo, do illa. Ecce mendax est & pater mendacii: Neq; enim, quæ in mundo hoc cæmentario sunt condita quæ subsistunt, ad Satanæ nutum, & renutum imperi-umq; pendent. Domini enim est terra & plenitudo eius, non dæmonis mali. Quanquam tamen, si nomen regnorum mundi, vitia quibus hic mundus plenus est intelligamus, videbitur non vsquequaq; falsum dixisse. Ipse enim est rex super omnes filios superbiæ, qui in malis suum possidet & occupat dominum, & quatenus mali sunt, ad diaboli principatum pertinent, id quod Christus testatur: Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet. Atrii nomine mundum illum significans, quem demoliturus venit fortior ille Gigas Christus. & mundum & principem huius donans. Ioan. 2. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Proinde diabolus ille improbus audet promittere, quod præstare non potest. Sic enim fere perpetuo nos miseros dementat, vanis videlicet promissis, modo sapientiam, modo gloriam, modo delicias pollicens, cum in iis omnibus nisi in Deum referantur, mera sit stultitia, vanitas, & anxietas. Præterit enim figura huius mundi, inquit Paulus. Et 1. Io 2. Nolite diligere mundum, neq; ea quæ in eo sunt, quicquid enim in mundo, concupiscentia oculorum est &c. sequitur. Et mundus transit, & concupiscentia eius. Neq; nos impostor ille spiritus, mūdi gloria, a virtutū fastigiis deiiciat Alioqui si audierimus huius vocem, si eius adblandimē-

Luc.4
Io.3.
Psal.23.
Iob.
Lucæ.11.
Diaboli fraus.
1.Cor 7.

Psal.48. tis assenserimus, ideueniet quod primo nostro parenti. Homo inquit Dauid cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Sperabant se diis adsimiles olim futuros, & in iumenta transformati sunt, id est, in carnales, & animales, adeoque inimici Dei constituti sunt Id omnibus futurum est, qui dæmonum suggestionibus assentiũtur, qui terrena cælestibus præferunt. Quales sunt omnes auari & cupidi, & terrenis negotiis impliciti, qui maioris faciunt diuitias, rerum dominia, imperia aduersus quos Paulus ad Timo. Qui volunt

1. Tim. 6. diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Hoc significare voluit Christus. Igitur post vnam atque alteram victoriam, vt inuictus & insuperabilis athleta, a se penitus pellit aduersarium.

Vade Satana, Scriptum est enim. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Aduertite charissimi, quanta sit Magistri, & agonothetæ nostri prudentia. Tentat diabolus vt homines in seruitutem redigat, vt Dei seruitutem in se rapiat, qui olim subesse noluit. Si adoraueris, ĩquit me. Christus pro sua prudẽtia respõdit Deo esse seruiendũ, idq; rursus scripturis cõprobat. Dominũ Deũ tuũ adorabis, & illi soli seruies. Hic enĩ solatriæ cultu dignus est, atq; attollẽdus, vt summũ oĩum & plastes & dñs: Cui⁹ est regnũ, & ĩperiũ, & dñium, id quod penes nullã creaturã agnoscimus. Sunt enĩ & angeli, & sancti homines colendi, sunt obseruandi, sed duo cultu, sed reuerentia, quæ fit citra Dei ignominiã. Dei cultu in se diabol⁹ trãsferre voluit, vt hactenus oẽm fere mũdũ in seruitutẽ & idolatriç vitium detrusit, verũ frustrat⁹ spe sua, abiit confusus, agnoscens se nihil in Christo habere fatetur id Christus. Venit enim princeps huius mundi, & in me non habet quicquam. Nihil habuit in eo Satanas: nihil igitur per se efficere potuit: aggredi potuit, impellere minime. Aderat enim Christo auxilium diuinum, quo omnia potuit & fecit, siue quæ in cœlo sunt siue quæ in terris operatus: Ipse enim est, qui expugnauit impostorem illum hom-

Quo cultu deus colendus.

Iohan.24.

numq; deũq; inimicum. Quod PAVLVS mul is agit vocibus, ad Colossen. & Ephes. scribens: Verum de hac re alias Iam quando audis, Ipsi soli seruies, volo existimes, diuorum cultum e medio sublatum. Non excluduntur sancti, qui Deo sunt coniunctissimi, a veneratione sibi congruẽti Nempe ea, quam duliam seu hyperduliam vocant. Quanquam tamen sint ab eo cultu excludendi, qui soli Deo, vt supremo omnium domino debetur. Solus enim hic latria colendus est, non tam interne & inuisibiliter spiritu, quam externe, & visibilibus cerimoniis. Interne, colitur spe, fide maxime tamen dilectione; externe, signis quibus protestamur internum erga Deum obsequium. Sic & sanctos interno quodam cultu, quasi Dei amicos, obseruamus: quem externa cerimonia subinde profitemur. Quanquam DEVM maxime in ipsis, ceu sacris organis veneremur. Verũ de hac re fusius plæraq; multa, alias a nobis & scripta sunt & dicta, Angeli accedunt & ministrant Christo, tanquam domino suo, & principi. Cui primus honos debetur, vt Deo & omnium rerum pimo principio. Quo cultu sancti colendi

Feria secunda post primam dominicam quadragesimæ, Matthæi. 25

CVm venerit filius hominis in maiestate sua &c. Hac Euangelii lectione percutiuntur miseri, ac indurati homines, qui solã fidem, quasi totius salutis vnicum præsidium, sufficere sibi putant: interim relinquẽtes, ac posthabẽtes omnia bona opera. Quin & illud addunt bonis operibus nullum esse præmiũ repositũ, nullam mercedem. Quibus non tam hic locus, quam tota scriptura reclamat. & Dauid vno versu horum falsam opinionem subuertit Psal. 61. Semel locus est Deus, duo hæc audiui, quia potestas testas Dei est, & tibi domine misericordia, quia tu redes vnicuiq; secundum opera sua. Duo Dauid prædicat de Deo nempe potestatem, iudicium, & iustitiam, quam excercet, non tam impios damnans quam iustos coronans. Deinde & misericordiam, quam impium iustificat, aduertentẽ sese ab

impietate sua. Vt igitur misericordia miseris & deplorat
conscientiis succurrit, modo redeant ad seipsas, & quod E
zechiel ait, reuerantur a viis suis pessimis: ita iustitiæ p
testatē exeret in pertinaces & induratos homines, qui hi
multis malis onusti abeunt Quo colligimus duplex Chr
Duplexi Christi tribunal, sti iudiciū ac tribunal alterū misericordiæ ad quod conf
gimus dum viuimus, dumque resipiscimus, opemque D
interpellamus. Constitutum est hoc iudicium in cruce Cr
enim misericodiæ, ac tribunal est Clementiæ Licebit nun
dum sani sumus, hanc iudiciariam adire sedem: licebit
iustitia ad misericordiæ prouocare tribunal, perinde atq
ab inferiore ad superiorem iudicem appellatio reo conce
sa est. Vbi vero fatali necessitudini cessimus, iam alterum t
bunal, nos expectat, aliiq; iudicio sistendi sumus, nemp
Seueritatis & æquitatis. Reddet enim tunc vnicuiq; secu
dum opera sua Christus: non inquit. secundum fidem f
2. Cor. 5 sed secundum opera sua, quæ videlicet in corpore gessit
ue bona sint, siue mala, ita enim habet Paulus ad Corin
oportet omnes nos manifestari ante tribunal Christi, vt r
ferat vnusquisq; propria corporis pro vt gessit, siue bonu
siue malum. Hic audis nō solam fidem sufficere, quanqua
hæc nostræ salutis basis sit & fundamentum, sola tamen
Iacob. 2 est sufficiens. Imo nisi adsint opera Euangelio digna
anis est, historica est, & (quod Iacob[9] ait) sine operibus m
tua est in seipsa. Proinde hoc est quod tota hæc lectio co
tinet Operarios enim vult habere Christus discipulos, n
otio torpentes, neq; segnes, neq; falso Christiani nomi
titulo turgidos, sed tales qui sua professionē reipsa teste
Itaq; toto Euangelio describit. iudciū illud extremū, cu
stendi sumus omnes, a quo minime licebit appellare. N
que enim vllum erit hoc superius, aut posterius, omni
hoc erit extremum & nouissimum: Quod nemo detrecta
neque declinare, nemo effugere potest. Stat enim firma s
2 Cor. 5 tentia Pauli Oportet nos omnes manifestari ante tribu
Christi. Tria fere hoc loco exprimit Euangelista, Primum
dicis aduentus indicatur: Secundo segregatio bonorum a
lis: Tertio vtriusq; partis diuersa merita. diuersa item p
mia. Nemo est qui hæc non animaduertat ex verbis CHR

sti, primum apertum est: Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & cæ. Multo enim aliter veniet iudicaturus quam dum ante impios iudices staret iniustam excepturus sententiam. Stabat vt reus, cum esset innocentissimus, sistebatur ante tribunal, vt omnium perditissimus homuntio: quum esset omnium vita salus, & Deo, hominibusque probatus. Erat tum abiectus, erat humilis, ac ab omnibus ludibrio affectus, vt vere dixit Zach. 9. Dicite filiæ Sion Ecce rex tuus venit tibi mansuetus & humilis. Porro ad iudicium, venturus, gloriosus apparebit in maiestate sua, ac potestate, quam tunc velimus, nolimus, trementes agnoscemus. Videbunt, inquit Ioan. 19. in quem transfixerunt. Effigiauit huius celeberrimi aduentus imaginem quandam. Esa. 6. Vidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, & plena erat domus, id est, Ecclesia quæ Dei domus est, maiestate sua, & ea quæ sub ipso erant replebāt templum. Et Dauid parauit in iudicio thronum suum, & ipse iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iustitia. Nemo effugere potest hoc iudicium, sed manent vnūquēq; sua facta, opera enim illorum sequūtur illos. Iudices sæculi, ac principes corrumpere possumus, prece, precario, officio, munere, & multis aliis modis. Hunc iudicem vt nō possumus declinare, ita neque fallere: imo prodit nos nostra conscientia, vt aliis testatur propheta. Daniel. 7. Iudicium sedet, & libri aperti sunt. Libri scilicet conscientiarum accusantium vel defendentium, testimonium (inquit Paulus) illis reddente propria ipsorum conscientia. Fœlix in cuius conscientia scripta est castitas: fœlix qui in secretioribus illis charrulis continentiam, humilitatem, fidem, dilectionem, cæterasque dotes inscriptas habuerit, quibus tuto adire iudicem tremendum conceditur. Miser vero: cuius peccata stylo adamantino scripta sunt, qui videlicet DEI imaginem fœdis operibus commaculauit, cupiditate, libidine, hæresi. Nam libri aperti sunt, & sententia pronuncianda est ex propriis tabulis, non iam coram vno a que altero homine nobis ad simile, mortali, & infirmo, sed coram sede maiestatis DEI spectantibus & angelis & hominibus. Ob id subdit Propheta: Ecce in

Psal. 9

Apoc. 14

Libri conscientiarū aperiendi.

Rom. 2.

nubibus cœli quasi filius hominis veniebat, & vsq; ad a- tiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtule- eum, & dedit ei potestatem, & honorem, & regnum, & o- mnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruient. Potestas e- potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius qu- non corrumpetur. Quis non exterreatur atque e fœcib- peccatorum expergiscatur ad hæc verba? Apparebit enim potestate, qui antea in humilitate iudicatus est. Rediget tunc in seruitutem etiam nolentes, & grūnientes, qui i- rebelles sūt, pugnareque aduersus Deū nō verentur. Om- enim tribus & linguæ seruient ei. Horruit hoc iudiciū h- q; supremum diem extimuit Dauid. Psal. 75. Tu terribi- es, & quis resistet tibi, ex tunc ira tua, dum scilicet iudic- cœperis, & facta, operaque nostra discutere, ex tunc ira t- desæuiet in improbos, & flagitiosos homines. Addit a- De cœlo auditum fecisti iudicium, terra tremuit & qu- uit. Cum exurgeret in iudicium Deus, vt saluos faceret o- mansuetos terræ, faciet enim tunc Dominus iudiciū inop- & vindictā pauperū. **Et congregabuntur ante eu- omnes gentes.** Quod ait omnes accersendas nation- ante iudicem, indicare voluit hoc iudicium non human- legibus, neque artibus instituendum, neque humanis m- dis niti, sed Dei potestate ac consilio. Habent enim sin- li quique iudices suas sedes, habent & subiectos, & acto- & reos, & accusatores quoque: habēt & leges, quas sic ple- rumq; administrant, vt qui reus est absoluatur, ac insōte- beat, feratque sentētiā, qui innocēs est, cōdēnetur. Id qu-

Sapien. 6. Sapiens testatur. Etenim cum essetis ministri regni illiu- non recte iudicastis. Ipse igitur interrogabit opera vest- & cogitationes scrutabitur Et horrende & cito appare- vobis, quoniam iudicium durissimum in eos qui præsun- fiet. Verum quisquis huic sistendus est iudici iustam repor- tabit sententiam Sistendi autem sumus omnes, etiam & re- ges, etiam & principes, & finiū terræ iudices. Has enim la-

Psal. 48. uas nō respiciet Deus Neq; erit qui hoc euitare possit. O-

Rom. 2. enim accersendi sumus, & fideles & infideles. Et quod Da- uid ait Simul in vnū diues & pauper. Neq; enim est acce- ptio personarū apud Deum, vt Paulus locupletissime test-

tur. Nullius igitur hanc iudiciariam sedem, nullus sententiam iudicis declinare potest. Omnes enim accersendi sumus, omnes pro bene, perperamue factis reddituri rationem. itemq; & præmia, pœnasue sumpturi. Omnes, O viri Parisiēses, sisti oportet añ tribunal Christi. Væ nobis, quos hoc tribunal, nō territat, væ quos nō expergefacit a mortis somno tuba illa vocalissima: Surgite mortui, venite ad iudicium. Non vnus atque alter, sed omnes quotquot tandem mortui sumus, inuitamur, & ad iudicium citamur. Iohelis 3. ita ferè habetur. Erumpite, & venite omnes gentes de circuitu, & congregamini, ibi accumbere faciet dominus robustos tuos, Consurgant & ascendant gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedebo, vt iudicem omnes gentes in circuitu. Satis abunde declarat hæc verba, qui iudicādi sint, quis iudex, qui locus iudicio destinatus, & reliqua quæ ex ii cōsequūtur. Quæ, si nostris rebus consultum volumus, perpetuo nobis ob oculos ponenda sunt. Concutit autem maxime quod subdit Christus. Et separabit eos ab inuicem, sicut pastor separat oues ab hircis. &c. Iudicium dei terrificum.

Hoc est secūdum, quod in iudicio obseruari consueuit etiānum forensi. Solent enim partes vtrinq; diuidi, ac segregari, qui controuersiis forensibus disceptant, potissimū tū ad fœlicem parietem omnes inflectere consuerunt. Nec secus agit Christus hoc in Euangelio. Separat enī actorē a reo, & sōtem ab innocēte, bonos a malis. Quemadmodum enim pastor oues, id est innoxios, ab hœdis, id est a nocentibus ac maleficis separat, ita & Christus, Res ipsa hæc declarat atq; in conspectu ponit ac subiicit. Qui enim hic diuersi & vita, & religione, & operibus, meritisq; fuere, diuersa sortiētur & habitacula, diuersasq; mansiones habituri sunt, Cæterū obseruandū, tūc separandū preciosum a vili, probum quemq; ab improbo, viuimus enī nūc permixti in ecclīa Iudas cum Petro, & Abel, & Cain, zizaniæ & triticum Atvbi supremus ille dies staturus fuerit: Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Et iterum. Tempore Messis, id est cōsummationis sæculi, dicam messoribus inquit Christus Mat. 13. Colligite primū zizania, & alligate ea in fasciculos, ad comburēdū: Mat. 13,

triticum autem congregare in horreum. Quos igitur hic Christus hircos, hoc alibi zizania vocat. Hos etiam Ioannes immundos, veneficos, & canes appellat. Apoc. 21. Foris venefici & canes. Hactenus enim tolerat ecclesia malos hactenus qui pertineant ad electionum numerum ignoratur. Tunc autem retegentur omnia. Tunc laus erit vnicuique a domino pro benefactis. Proinde fiet hæc separatio, vt multis visum est, in valle Iosaphat, id quod ex Iohel paulo ante testati sumus, & suo tēpore fusius dicemus. Iam reliqua prosequamur. **Et statuet quidē hædos a sinistris, oues vero a dextris.** In duos ordines vniuersos mortales distribuit. Est enim malorum confusa collectio, qui hœdorum nomine censentur. Est enim hædus lasciuum animal & petulc[illegible]m, & feruens semper ad coitum, & (secundum Origenem) aspera montium semper conscendit, perque abrupta, & dura saxa anhelat. Ita & peccatores lasciuiunt, ac insaniunt, vnusquisque in vxorem proximi sui. Et quod Iohel 1. ait: Computruerunt iumenta in stercore suo. De huiuscemodi hœdis Paulus testatur. Ephes. 5. Hoc enim scitote intelligentes, q̄ omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno dei. Si non habituri sunt in regno dei hereditatem, ad sinistram pertinent adeoq; eorum albo inscribendi sunt. qui terrenis cupiditatibus mersi, nihil quod Christiani dignum erat gesserunt. Alterum genus hominum est eorum quos dominus nouit, quorum facta probat, quos ingens manet gloria significantur ii ouium nomine. Sunt enim oues simplices, sunt malorum patientes, sequūtur & ducem, & pastorem. Iohel 10. oues meæ vocem meam audiunt, & sequuntur, & ego cognosco eas, & vitam æternam, do eis: Nemo potest eas rapere de manibus meis. In certo enim res suas constituerunt, dum viuerent sequutæ sunt dominum dicentem. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. His enim notis Christi oues discernuntur ab impiis, dilectione scilicet innocentia, ac synceritate animi, tum etiā honestate. Has cognoscit a dextris, hac tutatur, defēdit. Prouer. 4. Vias enim quæ sunt a dextris nouit dn̄s. peruersæ vero sunt q̄ a sinistris sunt, Quæ enim a sinistris sunt, separātur a dn̄o. i. execrati sunt.

Qui hirci dicēdi. Hie, 5, 1

Quibus notis oues Christi discernantur.

atque a deo separati. qui si fœdis operibus ĩquinarũt. Eoq; fit, vt proprio suo iudicio damnati sint. Sicuti de hæreticis testatur Paulus. Iusto, igitur Iudicio ad sinistrã .i ad infœlicissimo morum regãdi sunt ordinẽ, qui seepsos ab ecclsiæ corpore perfidis moribus, falsisq; dogmatibus separauerũt. Qui vero in dextris fortiter perstiterunt, ad omnẽ hostiũ ad sultũ infracti, ii ad fœlicitatis latus collocãdi sũt. Dextra eĩ domini fecit virtutẽ, dextra domini exaltauit me, nõ moriar sed viuã, Et Prouer. 3. Lõgitudo dierũ in dextera illius, & ĩ sinistra diuitiæ & gloria: quia nõ dignãtur mali & hœdi atq; pessimi homines. Quippe qui sua ipsorũ culpa sibi malum cõsciuerũt, cõmeruerũtq; promissa conata priuari. Potiẽtur omnibus bonis, qui præclare omnia gesserũt etiãnum ea corona quã mali perdiderunt. Igitur cantic. 2. Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Dextera enim sua teget eos. Sapien. 5. Fœlices illæ animæ quæ tũc audent gloriari se Christum pastorem sequutas, eiusq; voces, hortamenta, consilia, præcepta expleuisse, patienter tollerasse omnia, & commoda & incommoda. In hoc enim gloriandum, si qua in re gloriandum est. Ita Dauid iactat se. Nos autem populus eius & oues pascuæ eius. Has oues suo verbo recturus, ac directurus est Christus ad pascua virentia. Ezech. 34. dicente: Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas, Sequitur, Educam eas de populis, & cõgregabo eas de terris. & inducam eas in terram suam, & pascam eas in mõtibus Israel in riuis, & in cuẽtis sedibus terræ. Visitauit nos Christus qui pastor est ouiũ. Eduxit de egyptiaca seruitute, ac trãstulit in adoptionis regnum, parauit quoq; verbo vitæ, & sacramentis vberrimis, miris & iucũdissimis consolationibus nostrum animum impleuit. Quod & Dauid intellexit. Psalm. 22. Dominus rigit me & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Locus pascuæ ecclesia est, quæ dei verbo pascitur, deinde & sacramẽtorũ energia, & virtute pœnitiore fouetur, seruatur, & augetur donec ad cœlestia pascua (quæ omnes delitias superant) nos apparauerit Erimus enim & tũc edẽtes & bibẽtes nostra in terra, patrioq; solo, citra & satietatẽ, & nauseationem. Quod, quã verũ sit Sapiens dicat. Qui edũt me, adhuc esurient, &

Ps. 117.

Ps. 94.

Quæ in nos cõtulit Christ.

Psal. 22.

Eccle. 24.

qui bibent me adhuc sitient. Satis iam existimo dictum d segregatione bonorum & malorum. Separantur enim tum locis, tú gloria, quos hic claritas separauit. Sola enim hæc est quæ inter filios perditionis & regni diuidit. Sola, quæ probos ab improbis discriminat. Sola hac dignoscimur, di stinguimur ab iniquis. Comitatur enim hæc suos possessores perpetuo. estque certissimum futuræ beatitudinis indicium. Et ego (inquit Christus) cognosco oues meas. Verum quib⁹ notis? Charitatis & obediētiæ, ac benefactis quoq;

Tunc dicet rex iis qui a dextris sunt. Venite benedicti patris mei, &c. Hoc est, quod tertio loco obseruare licebit. Nempe diuersa merita præmiaq; accitorū. C. enim iustus sit, & iustitiæ esse, quæ suum vnicuique reddat omnes definiant, non potest non remunerare bene merito. Quemadmodum & male agentibus, maleq; commeritis, iuxta sua opera redditurus est. Venite, inquit ad eos qui se

Ioan. 15. mitati sunt, amici mei, quos mundus execrabiles ac despectos habuit. Vos inquam appello amicos. qui executi estis ea quæ iussi, iuxta illud, Vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis, præstiterūt hoc quod p̄cepit. i. vestro officio, ac beneficio, pauperum miserorūq; inopiā subleuastis iam vicē laborum rependam, æterna præmia scilicet. Vide igitur quanta præmia exiguo operi reposita sint, quāta nos gloria expectet, si boni æmulatores fuerimus. Mat. 18. Centuplū accipietis, & vitā æternā possidebitis. Redditurus est hoc præmiū pater quidē cœlestis. Mat. 6. Pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. Quanquam interim filius sententiam pronūciaturus, & veluti è tabula recitaturus sit iudex enim viuorum & mortuorum constitutus est, & domini procurator. Matth. 20. Vespere autem facto, dicit dominus vineæ. procuratori suo. Voca operarios, & redde illis mercedem. Audis hic mercedem, cogita & meritum, benefacta præisse quibus tantam mercedem commeritus es, siquidem sine benefactis mercedem exigas, audies a

Mat. 7. æquissimo iudice. Discedite a me omnes operarii iniquitatis. Sic & Paulus Roman. 2. Reddet vnicuiq; iuxta opera sua, iis quidem, qui secundum patientiam boni op

Non mō pater, sed & Christ⁹ iustorū remunerator.

ris gloriã & honorẽ,& incorruptionẽ,quærentibus vitam 1.Co.3
æternam.iis autem,qui sunt ex contentione,& qui non acquiescunt veritati,credunt autem iniquitati,ira & indignatio,tribulatio,angustia,in omnẽ animã operãtis malũ. Iudæi primum & græci. Sic &.1.Cor.2. vnusquisque propriã mercedem accipiet secundum suum laborem. Et ad Gal. 6. Quæ seminauerit homo,hæc & metet. Et prouerbiorum.11. Seminanti iustitiam,merces fidelis Sapientiæ.10. Reddet enim dominus iustis mercedem. At quam mercedem? Eam nimirum de qua Gene.15. Ego ero merces tua magna nimis. In Apoc.22.quoq; dicitur. Ecce ego venio cito, & merces mea mecum est,reddere vnicuiq; iuxta opera sua. Cum mercedem audieris,tecum reputa opera,reputes,charitatis officia,aliaq; id generis merita quibus merces tam præciosa cõparatur. Ob id subdit Christus. **Possidere regnũ,quod vobis paratum est a constitutione mundi.**

De hoc regno Sapien.5. dicitur. Accipient regnum decoris,& diadema speciei de manu domini, quoniam dextera sua teget eos Quod vero addit Christus,quod vobis paratũ est,prædestinationem insinuat æterni regni. Nemo enim non prædestinatus ac delectus,huius regni particeps fieri potest. Quos enim præsciuit,hos & prædestinauit, conformes fieri imagini filii sui,Romanorum. 8. Et Ephe.1. Qui elegit nos ante mundi constitutionem,vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. At inquies,si paratum est nobis hoc regnum,nihil igitur per nos præstandum erit,quin potius defluendum animo,ad inania quæq; & vt cum Paulo argumentemur facienda mala vt eueniant bona. Parauit enim ipse vobis regnum,vt idẽ ipse testatur: Vado parare vobis locum. Ioan. 14. Ex iis colligere putant increduli & impii homines,nihil porro per hominem præstari posse,quod illi iter ad futurã vitã expediat,errãtes scilicet,& in errorẽ mittẽtes incautiores quoslibet. Nos autem charissimi sic conciliabimus locos hos,vt cũ ab æterno qui feruidi sunt,cœlestibusq; sedibus inserendi designati sint, paratum eis a patre fateamur quidem regnum,sed certa ratione,nimirũ hac vt idipsum nobis,mediator dei & hominum sua passione promeritus sit,suaq; ascensione ape-

Prædestinatis nũ insudãdũ bonis operibus.

Rom.3.

Miche.2. tuerit, teste Michæa. Ascendens iter pandens ante eos, eoque
Ioan.14. spectat, quod ait: Vado parare vobis locum. Ipse est qui fecit vtraq; vnum, qui non tam monstrauit, qua peregeremus quam gratiam ac virtutem contulit, deinde & præcepta, & leges, & saluberrima monita præscripsit, quibus paremus nos ipsi viam domino. Paramus igitur nos regnum, si ita loqui fas est dum id quod præceptum est præstamus. Si (in-
Matt.19 quit) vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et item, Vos discipuli mei eritis, si feceritis quæ præcipio vobis. Neque igitur diuina prædestinatio necessitatem nobis imponit, vt
Tit.1. etiamnum illos delegisse Deus putetur qui rebelles suæ voluntati sunt, qui sese in omnem libidine resoluunt, qui verbis quidem confitentur se nosce deum, factis autem negant. Quin exigit & merita ex libero arbitrio ac dei gratia elicita, exigit & charitatis officia. Id quod mox declarat de seipso Christus, ne quis mihi succenseat. Esuriui enim, & dedistis, &c. Multa hoc loci officia colliguntur Christianæ charitatis, quæ secundum originem modo ad corp' modo ad animam referri possunt. Et ad corpus quidem satis intelligimus quid sibi velit Christus. Agit enim hoc vt meminerimus nos inuicem membra esse, iam iuxta PAV-
Gal.6 LVM.1. Corinthiorum.12. Sunt inuicem solicita membra. Et alter alterius onera portare, & sic adimplebitis legem Christi. Et item. Lucæ.16. Facite vobis amicos de mam-
Luc.11. mona iniquitatis. Et iterum: Date eleemosinam, & omnia munda erunt vobis. Audi igitur quibus modis tibi regnum parare debeas, audi qua lege ad æternam beatitudinem prædestinatus sis. Nimirum hac, vt sanctus sis & immacu-
Dani.4. latus, vt iuxta Danielis consilium. Peccata tua eleemosinis redimas, & quod Christ' præcepit, vt mandata omnia obserues. Nam offendens in vno, factus est omnium reus.
Iaco.2. Nolo idcirco tibiipsi imponas, falsa quadam & arroganti præsumptione, qua multi excæcati existimāt sic paratum a patre regnum, sicque reseratas cœlestis gloriæ portas per Christum, vt nihil per ipsos agendum sit. Quia ambiendum est regnum, sed præclaris operibus, sed pietatis officiis
Matth.5. sed præcibus flagrātissimis. Id est quod precamur, Adueniat regnū tuū. Præterea hic operum examinator est Christus

vt satis perspicuum euadit, nō solius fiduciæ, neq; solius fidei modo, sed Esuriui (inquit) & dedistis mihi manducare. Exigit igitur Euangelium opera, vbi adest faciendi facultas exigit fidem, sed per charitatem operantem. Quæ vniuersa si adsint tum nobis sperandum est, tū plena fiducia ad iudicium properandum. Hæc enim si adsint vobis. & superēt inquit Petrus, nō vacuos, nec sine fructu vos constituēt in domini nostri IESV Christi cognitione, sequitur, paulo inferius. Si enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum regnum domini & saluatoris nostri Iesu Christi Quisquis igitur suum tallentū reddit, cum fœnore exactori se verissimo reddat, oportet Hic vestiat nudum ille peregrinos hospitio colligat. Imo singuli perpendant, quid Deo quid proximo, quid sibi ipsis debeant. omnibus enim debita reddenda sunt. Id & iustitiæ & misericordia est iudicium Misericordiæ est, ignoscere delinquēti Luc 6. Estote misericordes, & Dimitte & dimittetur vobis. Date & dabitur vobis. Misericordiæ est si soleris tristem ac mœrentem fratrem. Fecit hoc Paulus. Quis (inquit) infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror Et, Os nostrum patet ad vos o Chorinthii cor nostrū dilatatum est Igitur vt summatim dicam, si ad ipsi regnum volumus ab origine mundi, id curremus, vt media (quod etiam philosophis placet & ethnicæ philosophiæ professoribus) ordinem proportionemq; ad finem habeant. Nam qui vltimum finem constituit beatitudinem Deus, is idē & media quædam decreuit, quibus finis ipse adipiscitur. Media vero gratia Dei deinde & opera ex hac & bona merita elicita: & in exhausti pro Dei gloria labores vigiliæ, præces ieiunia, eleemosynarum largitiones, & quicquid eiusmodi est a Deo opti. nō aliis quā nobis mortalibus pscriptis & cōsultis. His igitur in cūbēdū dū viuimus. Nā, lata sētētia iudicis inanis erit appellatio dabūtur enim Apostoli sed refutatorii, Nescio inquit vos. Nā anima est clausa. aditusq; merēdi præclusus, nec causarū merita, nec acta, nec testes, alio accersēdi, quā ad supremū hoc iudiciū, Hic sisti oportet, hic respōdere ad obiecta, hic crimina depellere, hic testes conuincere. Et cetre omnia hoc loci absoluenda sunt. Alioqui

Christus operū examinator.

2. Pet. 1.

Roma. 11

2. Cor. 11

2. Cor. 6.

Media, q̄ homini necessaria ad salutē.

Mat. 25

non diceretur nouissima hora, si hanc sequeretur posterio

Tunc respondebunt ei iusti dicentes, Domine quando te vidimus, &c Qui rursus ait, Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. &c.

In se censet beneficium collatum Christus, quod in huius membra referimus Nemo igitur nostrum, addubitet se, si hospites colligat, si nudũ Vestiat, si mœrore cõfectum sole tur, si cætera deniq; charitatis officia exhibeat aliis, CHRISTVM suscipere. Caput enim nostrũ est atqui qui caput honorat, honorat & membra. Membra vero sunt infirmi, debiles, cæci afflictiq; conscientiæ Quisquis igitur hos suscipit, quisquis suppetias fert, CHRISTVM suscipit. Matth. Ioan. Qui recipit vos, me recipit, & qui me recipit, recipit eum, qui me misi. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ mercedẽ prophetæ, accipiet & qui recipit iustũ in nomine iusti, mercedem iusti accipiet, & c. Quibus omnibus diligentius pensiculatis, quid superest, vt concludamus, quam eos maximo interuallo aberrare a veritate, qui autumant, idq; scriptis sermonibus declarant, bonis operibus nullũ præmium repositum: cum manifeste testetur Christus mercedem accipiet. Merces autẽ præmium est, retributioq;, quæ bonis operibus præclareq; gestis debetur. Hæc merces reposita est apud Christum, vsq; (inquit Paulus) in illũ diem, qui iudicaturus est viuos & mortuos, iustis præmia, coronas, immortalem lætitiam retributurus. In iustis vero, ignominiam, ignem, & sulphur, & innumera item tormenta. Quæ euitabunt si quidem minimos Christi fratres susceperint, id est si humiles & abiectos iuxta sæculi æstimationem, suspexerint. Adhæc Dauid. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in de mala liberabit eum dominus. Dominus conseruet eum & viuificet eum & beatum faciet eum in terra. & relicta quæ sequuntur. Quibus colligimus non inanem esse operam quam proximis nostris impedimus, sed stabilem operari mercedem, & immarcessibilem vitæ coronã. Imo quod omniũ maximũ est sibi imputat CHRISTVS quod eius fratribus, quod minimis illis euãgeliis hoc est simplicibus exibuisti. Nihil inquit fecisti mihi accæptum fero

Quæ mẽbra Christi

2. Tim. 4

Iustorũ impiorũq; retributio diuersa

Psal. 40

in me collatum probo, & laudo, & rependam olim. Nam ser ui mei sunt fratres quoque, ac domestici fidei, quos perinde atque meipsum, curatos volo. Si acceptum tulit beneficium quod Martinus cathecuminus inopi præstitit, & Frãciscus pauperi militi. Sunt ĩ sanctorum in illustribus actis plæraq; exempla quæ huc accommodare possumus, atqui semel omnia dici nequeunt, vos ipsi perpendite, quid valeant opera bona, quibus vel solis sistendi estis iudici. Securos enim vos reddent, & certos futuræ beatitudinis, si quidem ex charitate proficiscantur. **Tunc dicet rex ijs qui a sinistris erunt, discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis ei9 Esuriui enim &c.** Hic pergit sententiam pronuntiare aduersus malos, a qua nemo, qui improbus hinc abiit, appellare potest Discedite (inquit maledicti in ignem æternũ) Recte discedite inquit. Nam omnes qui hac sententia condemnandi sunt longe a Deo discesserunt. Sunt nãq; in, quolibet peccato, duo mala iuxta illud Hiere 2. Duo mala fecit populus meus, me derelinquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas. Auersia Deo, desertio est fontalis bonitatis, estq; primum omnium & maximũ malorum. Alterum ad creaturas easq; caducas conuersio ac deflexio, quæ nunquam sine dei contemptu fieri potest, vero videlicet aut interpretatio. Itaq; ii sibi cisternas putidas fodiunt qui æternis bonis tẽporarias voluptates præferunt eoq; magis abalienati a Deo, quo magis hisce rebus diditi sunt, magisq; inuersi. Iuste igitur, qui dum viuerent lõgius abierint a Deo optimo maximo per peccata, nunc merentur adire, quam commeruerunt sententiam a iusto iudice Discedite a me. O vocẽ seueram, o irretractabilem sententiam. Antea audire neglexerunt blanditer allicientem. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos, nunc secus Discedite procul hinc execrati, adeoq; proscripti, nihil mihi vobiscum præter Christianissimi nomen, cõmune, & id quidem inanissimum est. Certe horrendum tum erit incidere in manus Dei viuentis Hac enim aĩaduersione percutitur peccator, vt moriens obliuis-

Sũt in quolibet pctõ mala duo.

Mat. 11.

catur sui, inquit August. qui dum viueret oblitus est Dei. Finis hac sententia ponitur omnium operum, omnium meritorum. Nec enim, iis, qui hac percelluntur, possibile erit retractare, irreuocabile verbum Stat firmum aduersus improbos & deploratos homines Christi verbum. Neque iis proderunt propria, neq; aliena merita, vulgo dicitur. Qualem te inuenio, talem te iudico, quod dictum, & si apud multos iudices obtineat, a deo, vt etiam hoc suffulti, in eos qui sacris initiati sunt, si habitu, corrona, cæterisq; id generis insignibus, non sint præmoniti, animaduertant: maximo tamen aduersus miserandam illam malorum hominum illuuien stabit. Iudicabuntur enim non secus neq; aliter, quam quales offendunt, adulti, scortatores, inuidi, malefici, hæ-
Roma. i. reii infecti, & innumeris alis vitiis contaminati, quoniã qui talia agunt digni sunt morte non solum qui ea faciunt sed qui consentiunt facientibus. Nec est, quod catastis, quæstionibusq; flagitia, crimina, complicesq; extorqueantur Extorquet ei propria ipsorum conscientia, aduersus seipsã, omnia quæ gessit in corpore etiamnum otiosum verbum, etiamnum leuissimum, deinde & inanissimos ac volubiles
Matth. 12. cogitatus. De omni verbo otioso, inquit Christus reddent homines rationem in die iudicii. Id quum verum sit maxime omnium ratio exigetur de perperam factis, de talento abdito, de hæresi, deq; id generis aliis criminibus
Matth 25. Dixit enim veritas, quæ non mentitur. Post longum temp' venit dominus seruorum illorum, rationem exacturus, nimirum talenti concrediti, & importati lucri, ac fœnoris, vltra sortem, quam mutuo in vsum ac domini commodum
Luce. 12. susceperunt. Seruus enim sciens voluntatem domini & non faciens plagis vapulabit multis. Omnium autem pessimum vulnus, quo afficietur peccator est, a Deo recessus, & proscriptio, adeoq; exilium illud plusquam ærunnosum & desperatissimum, quo perpetuo relegentur mali, Inquit enim, in ignem æternum, qui nunquam extinguetur, iuxta Dei intractabile decretum. Ignis (inquit Moyses Deute. 32.) succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad in-
¶ Ignis infernalis. ferni nouissima, deuorabitq; terram cum germine suo, & montium fundamenta comburet. Ignis ille æternus succé-

ſus eſt, quo ipſe noſtra crimina, nõ quidẽ purgabit, ſed vindicabit, perpetuo vlſciſcens ſeſe de hoſtibus ſuis deus, ad inferni ĩquã nouiſſima, & vltimas partes vſq; ne quis exiſtimet vllũ eſſe vel locũ vel tp̃s quietis ĩterpollatæ, ſed & deuorabit terrã cũ germine ſuo. i. improbos deuorabit, qui pabulum miniſtrabũt ſe pſos gehẽnalibus flãmis. Hi enim ſterilia ſunt illa germina viperarũ, & ſerpentũ, & quadrupedũ, qui repere ĩ terra maluerũt, quã erectos ad ſidera tollere vultus. De hoc igne adurẽte & perpetuo flagrante in impios, & Eſa. 30. Ita habet. Præparata eſt enim ab heri Tophet a rege præparata profunda & dilatata. Nutrimenta eius ignis, & ligna multa: flatus domini, ſicut torrens ſulphuris ſuccendens eam Locum hunc totum Hiero. in tormenta malorum accommodat. Ligna enim homines ſunt, a' i-di & charitate ſicci, ac tabidi qui ſic vtuntur, vt tamen perpetuo non euadant puri. Erit enim ignis ille æternus. Si æternus ignis, æternum & cruciabuntur dæmones, & qui horum ſuggeſtionibus acquieuerunt, ſuntq; ſine pœnitentia mortui peccatores. Pœnitentia enim eſt ſecund. tabula naufragii, qua hunc ignem, hæcq; to me. to dũ viuimus, dum vegeti ſumus, euadere poſſumus, Vbi ſemel in puteũ inferni coniecti ſumus, tum reuocare gradus, ſuperaſq; redire ad auras, hoc opus, hic labor eſt. In inferno enim nulla erit redemptio, inquit Iob, horum myſteriorum peritiſſimus indagator. Quodcũq; igitur poteſt manus tua inſtanter operare, quia neq; opus, neq; labor, neq; ratio erit apud inferos, quo tu properas. Eccleſiaſtes ille omnium ſapientiſſimus. 11 Ita habet: Si ceciderit lignũ ad auſtrum, aut ad aquilonem, in quocunq; loco ceciderit ibi erit. Quem ſcripturæ locũ de vltima ſententia intelligas, oportet, qua arida illa & ſterilia ligna excidentur, & in ignem mittentur, non iam expiationis, qui animas pias abluit, expurgatq; a contractis labeculis, pro peccatis, ſed in eũ ignẽ qui par. tus eſt diabolo & angelis eius Qui inquit paratus eſt diabolo, ad alterius differẽtiã hoc adiecit Chriſtus, qui nõ diabolo, ſed piis animabus, vt expurgatiſſime euadãt (de quo & Paulus Hic ſaluus erit, ſic tamẽ quaſi per ignẽ) paratus eſt, Qui inferne coniicit in carcerẽ, nũquã expiare põt crimina, qui ve-

Eccle. 9.

Purgatorium.

1. Co. 3.

ro in hunc semel coniectus, olim expurgat⁹, euasurus est ... rus cœlestibus sedibus inferēdis. Atqui de hoc alias. Ce... enim ex hoc loco argumentum colligimus, quendam ... ignem, qui non æternum exeret vim suam, dicens enim, ... in ignem æternū subiudicare voluit quendam esse nō æ... nū alioqui frustra adiecisset notā hāc æternū. Id quod ... uersus scripturā manifestariū esse cōuicitur. Nō eī ptenb...

Mat. 5 verba Xpi vlla, imo ne apex quidē, nec iota mysterio va... Qui nō æternū cruciat, solis aīabus expiādis decretus e... Qui vero æternū manet, is illis designatus est, qui vel i... duli vel ipœnitētes mortui sūt. Quibus nihil nostra op... proderīt, id quod alio ī loco testatur Ecclīa Sed iā ad r... prosequamur reliqua Addit enim Christus rōnem, cur t... seueram pronunciet, mitissimus alioqui iudex sententiam

Esuriui enim & non dedistis mihi, & cætera.

Addit Xp̄s rationem sentētiæ a se latæ, ne videatur iniu...

Psal. 74. Deus eī iudex iustus est: Amice (inquit) non facio tibi in...

Mat. 20. riā. Si nō afficit amicos suos iniuria, multo minus iis ... rius, erit quos propria cōsciētia, vt exactor, accusatorq; ... tissimus cōdēnat. Vera eī tūc erit Dauidis pdictio P... 111: Paratū, inquit, cor eius sperare in domino. Nempe qui misertus est pauperis, qui sua distribuit, aliena nō ra... it suaq; sorte cōtētus, is nō timebit ab auditione mala ... mebit domui suæ, quādoquidem cornu eius exaltabitu...

Prouer. 11. gloria Peccator vero videbit & irascetur, dētibus suis ... met & tabescet, desiderium peccatorū peribit. Qui enim ...

Sera pœnitentia. turat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clama... & non exaudietur. Nam Iaco. 2. dicit. Iudicium enim ... ne misericordia illi, qui non facit misericordiam. Exau... re nō merentur, imo exprobrandi sunt, qui neque inopū ... serorūq; gemitus, neq; DEI ad pietatem inuitantis vo... audire voluerūt. Prouerbi. 1 Quia vocaui (inquit) & r... nuistis, extendi manū meam, & nō fuit qui aspiceret, D... spexisti omne consilium meum, & increpationes me... neglexistis. Ego quoq; in interitu vestro ridebo, & su... sannabo, cū vobis id quod timebatis, aduenerit. Cū irrue... repentina calamitas &c. sequitur. Tunc inuocabūt me ... non exaudiam. Erit enim tunc pœnitentia, sed in fruct...

esa, vt testatur Augusti. erit sine spe adipiscendæ veniæ, erit pœnarũ metu magis extorta, quod Dei amore elicita, eoq; minime salubris & vtilis · & vitæ æternæ digna. Videntes inquit Sapiens, turbabuntur timore horribili, sequitur, dicẽtes intra se pœnitentiam agentes, & Præ angustia spiritus gementes. Atqui vbi hæc dixerunt, non eo loci, neque temporis, quo oportuit, quoue Deus nostram pœnitudinem accepto ferre solet sed talia dixerunt in inferno positi ii qui peccauerunt. quoniam spes impii tanquam lanugo est, quæ a vento tollitur. Nihil lanugine fugatius, nihil fragilius, ita & eorum hominum fœlicitate, nihil imbecilius, qui dum tempus habuerũt, nõ sunt operati bonum sed ærumnosum ac nubilum tempus stolidissimi expectarunt, quando nemo salubriter operari potest. Venit enim nox quando nemo operari potest. Ioannis. 9, Verum de hac re suo loco · saltem hæc sufficiat nunc commonstrasse, quo doceamus quam vecors fuerit horum atque stulta expostulatio cum CHRISTO, quam postulaturi pergunt. Sapi. 5 Ibidem. Ioan. 9

Domine quando te vidimus esurientem. Eadem sententia hinc, quæ colligi prius potest. Imputat enim sibi Christus, si quem beneficis affeceris ob Dei amorem, imo si prophetam in nomine Prophetæ susceperis. Ita & si sua membra negligas, si conuitiis afficias, si probris, si morte insectaris audies: Quod vni ex minimis meis fecistis vel non fecistis, mihi imputo, mihique fero acceptum Sic & Paulum obiurgauit aliquãdo, Saule (inquit) Saule quid me persequeris? Tum ille: Quis es domine? Ego sum Iesus Nazarenus quẽ tu persequeris. Negligẽs igitur pauperes, CHRISTVM negligit, vestiẽs vero nudũ, Christo obsequiũ præstat. Et nota eadẽ charitatis officia ab Esa. fere describi. cap. 58. Frange esurienti panem tuũ, & egenos vagosq; induc in domũ tuam cũ videris nudũ, operieũ, & carnẽ tuam ne despexeris. Tũc erũpet quasi mane lumẽ tuũ, & sanitas tua citius orietur, & anteibit faciẽ tuã iustitia tua, & gloria domini colliget te tũc clamabis, & dominus exaudiet, dicetq;, ecce ad sũ. Si igitur securus iudicis tribũal adire voles, fac quod nõ tã Xp̄s quã hic Iudæus ille Esai. mõet, Præcedẽt opera officiaq; charitatis quasi faces, collustrãtes viã tuã, & cõmostrãtes q̃ Act. 9

Eccle.14 iturus sis semitam. Ante morté enim (inquit Ecclesiasti.) Pa ra iustitiã: hæc enim proderit in die iræ magis quam male conuersatæ diuitiæ. Iustitia enim iusti liberabit eũ, intellig quam antea præstitit, quam ad iudicium accersitus fuit.

Et ibunt ii in supplicium æternum, iusti autem in vitam ęternam Confirmatio sequitur sententiæ irr uocabilis. Ibũt (inquit) ii, qui fascibus peccatorũ pressi, ir in suppliciũ æternum, recepturi diuersas pro criminum di uersitate pœnas. Deutero.25. pro mensura peccati erit & pl garũ modus. Et quantum glorificauit se, & in delitiis fu tantũ date illi tormentũ. Id sic intelligo. Non ex æquio omn puniãdos impios, quatenus ad sensus pœnam attinet qu quã si priuationé diuinæ essentiæ, si perpetuitaté durtion si cõsortia cacodemonũ & id genus plæraque spectes, pa erunt in pœnis: sin vero criminũ, quæ secũ importarunt grauitatem, & multitudiné, & ea quæ omnino nos peccat res faciũt, consideres, ii grauius, acerbiusq; vltrices expe entur flammas, qui pluribus criminibus obnoxii fuerunt & de gloria iustorum dicendum, qui ibunt in vitã æterna accepturi singuli suos denarios. Nam in domo patris m mansionis multæ sunt, inquit Christus, Et Paulus: Stella a stella differt. Sic & in iustorum præmiis, quæ secundum o pera, benefacta, meritaq; distribuentur. Quanquam inter omnes eadem beatitudine dignabuntur, verum de hac lat alias.

Non ex æquo oés ĩpios puniẽdos, neq; iustos coronãdos: Apocal.18

Ioan.14

1.Cor.15

Feria tertia post primam dominicam quadragesimæ. Matthei.12

CVm intrasset Iesus Hierusalem, & cæteri. Toto hoc euangelio duo mihi videntur agi. Prim ignauæ plæbis concussio mox in initio. Secundum in pontificum & Pharisæorum animaduersio, quando eie vendentes & ementes e templo. Quatenus ad historia attinet, dicitur quod ingresso Iesu Hierosolimam insi to nimirum spectaculo, commota est vniuersa ciuitas. Ve ctus enim erat asello, & nouitate pompæ totius populi a mos in secõcitauit. Mirabãtur si quidem pharisæi & scrib

mirabantur ac turbæ, Dicebant omnes: Quis est hic? Hiero. Mirantur frequentiam, sed non intelligunt veritatem, eaque admiratio, populi fuit commotio, Fit autem admiratio euentu rei insolitæ. Res insolita erat, Benedictus qui venit in nomine domini. Etenim vt habet Chrysost. qui laudabant, non sciebant quid laudabant, Verum spiritus subito lineos ingressus. veritatis verba promebat Ita variant populi iudicia, modo laudibus attollunt, modo deprimunt. Nihil enim est inconstantius populi & turbæ iudicio, alii enim aliud de Christo pronunciant. Proinde ad allegoriam si hæc referas, nihil erit incommodi, Nomine enim Hierusalem anima significatur speculantis ac Deum videntis hominis, quam si Christus ingrediatur, primum perturbatio fit omnium, quæ interius videntur pacata vbi enim ingressus fuerit Iesus omnia perturbantur. Fatetur id Dauid: Commouisti terram. & conturbasti eam, sana contritiones eius: quia commota est. Commouet enim nos Deus sua gratia, quatitque interiora ac penetralia nostra, vt Psal. 69.
horreant, ac dei iudicium pertimescant. Verum vbi concussa ac misera perturbata fuerit conscientia, non procul abest, orphanorum ac miserornm solator spiritus. Ideo subdit: Sana contritiones eius, quia commota est. Sanat posteaquã occidit, sanat enim contritos corde, & elisos mente, affectuque ablienatos a Deo opti. max. refocillat, fouet, mollit. Sequitur. Quis est hic; Multa egit CHRISTVS quæ admiratione digna fuerunt. Hæc tamen maxime pompa stupenda quidem erat, non admiranda solum, quando is cum gloria suscipitur. qui sic inglorius vixit, qui tam ignobiles habuit milites. Videte, ĩquit Paul⁹, vocationẽ vestrã, quoniam non multi nobiles secundũ carnẽ, non multi sapientes, 1. Cor 1.
sed quæ infirma sunt mundi elegit Deus, vt confundat fortia &c, Maxima igitur omnium admiratio hinc exorta est, quod tã ignobilis secundũ faciem, formamq; humanã, tanto cum honore susceptus est. Huc spectat, quod Dauid, dicit: Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio Populi autem dicebãt, Hic Psal. 23.
est Iesus propheta a Nazareh Gallileæ. Quanquã

vulgus iners hoc preclaro elogio dignaretur. Christũ, non tamen diuinã in eo naturam, quo dignus erat honore, vere-
Deute.18. rabatur Suspicabatur hunc prophetã esse, quales multos habuerũt Iudæi, forsan & eum de quo Moses: Prophetam magnum suscitabit ex fratribus vestris Dñs Deus. Eiusmodi-
Luc. 24. quin & duo discipuli testabantur, de Iesu inquiunt Nazareno, qui fuit vir propheta potens in opere & sermone coram Deo & omni populo. Nã nec fratres sui crediderunt in eum perfecta & integra fide, anteaquam deuicta morte e sepulchro resurgeret. Tunc enĩ aperuit illis scripturas, proinde nos si interius verba hoc loci decantata in gloriam Christi enarremus, recte hac Iesum, id est, seruatorem nominabimus. Matth.1. Ipse enim saluũ faciet populũ suum, a peccatis eorum, Idcirco etiam Osanna acclamabant Benedictus qui venit in nomine domini. Quæ aggratulatio i nemirem aptius quam in IESVM hunc nostrum qui saluat nos, sanat ægrotationes ac morbos nostros, competere potest, Vocatur est enim nomen eius IESVS, id est, saluator per Etymum, vt nomen rei conueniat. Est quoque propheta quandoquidem non tam futura prædixit, quam quæ sub cordibus latitabant, præsentissime declarauit, aperuit, & retexit. Quid
Matth. 9. (inquit) cogitatis mala in cordibus vestris? Proinde Prophetica visio multo fuit in Iesu excelsior multo perspicacior, multoque certior, quam in cæteris vatibus. adde & hunc vnum fuisse, in quem omnium omnino prophetarũ oracula omnes prædictiones, omnia mysteria tendebant Ipse complectebatur ceu summa, ac cardo, quæcunque tandem olim scripta ac predicta fuere, id quod ad Hebræos locupletissime agit Paulus. Tertio erat & a Nazareth. Nam Nazaræus vocabitur, id est, flos, secundum Hieronymum. Et Esa. 11. Et flos de radice eius ascendet. Et item. Ego flos campi & lilium conuallium, in Canticis dicitur Igitur a Nazareth fuit flagrans ac spirans semper odorem bonæ & cœlestis
Canti.2. doctrinæ. & laudatissimæ famæ. Quanquam energiã huius
Ro.10. 11. floris pauci admodum attingerent. Neque omnes credunt euangelio, neque naturali oliuæ inseri per fidem, perq; ardentẽ & propensum in Deum amorẽ pergunt neq; cupiunt.

Et intrauit Iesus in templum Dei, & eiiciebat

vendentes & ementes in tēplo, mensasq; nūmu lariorū, & cathedras vendētiū colūbas euertit.

Vide quātum honoris, & reuerētiæ tribuit tēplo dei lapidibus extructo. Quandoquidē cernēs in hoc mercatus & fori speciē, in dignitate rei permotus, facto e funiculis flagello oēs expulit. Et secūdū Hier. Pharisæi in tēplo colybistæ erunt, quæ vilia munuscula vendebant, variasq; accipiebāt pigmentariorū species, tragemata, vuas passas. poma diuersi generis. Quid ne quid negligerent, quo eorū satisfacerent cupiditati, posuerunt numularios, qui mutuo darēt, sed nō gratis. Deinde ne quis nō offenderet, quod ad altare dei offerret. habuerunt, qui venditis columbis, & aliis id genus, in promptu collocabant, sicq; suis consultabāt commodis Christus vero sua authoritate, eiecit quos sic contaminare sacra loca cernebat. Sacra enim loca, semel deo deuota, non sunt passim per quoslibet vsus profananda. Nec aliud in oratoriis (inquit August.) agendum, quam id ad quod instituta sunt. Quale illuc sic ex Esa. probat CHRISTVS.

Scriptū est. Dom⁹ mea dom⁹ oratiōis vocabitur Esa. 56.

Et Dauid. Introibo in domū tuā, adorabo ad tēplū sanctū tuū in timore tuo. Quæ vero in dei domo petēda sint ex. 3. Reg. cap. 8. discis. Exaudias (inquit Salomon inter reliqua quæ præcatur) deprecationem serui tui, & populi tui Israel quodcūq; orauerint in loco isto, & exaudies in loco habitaculi tui in cœlo, & cū exaudieris, propitius eris. Deinde recenset quaslibet necessitates humeris nostris impendentes, quas deprecari possumus. Si peccauerit homo in proximum suū, si fugerit populus Israel inimicos suos, si clausū fuerit cœlū, si fames exorta, si pestilētia, si corruptus aer, afflixerit populū, & reliqua latius prosequitur, quorum alia precanda, alia deprecanda sunt. Porro ne frustra precari videamur, additur promissionis verbum. 9. cap. Exaudiui inquit dominus orationem, & deprecationē tuam, quā depcatus es coram me. Sanctificaui domū hanc quam ædificasti, vt ponerem nomē meū ibi in sempiternum, & erant oculi mei & cor meū ibi cunctis diebus. Hoc est igitur in dei domib⁹ Deoq; sacris locis agendū. Orandus enim deus est, dei ver-

Psal. 5.

Quid ī lo cis deo sa- cris agēdū

bum declarandum paruulis, & alia sacramenta, quæ eccle-
siastica vocant, tum administranda, tum reuerenti loco col-
locanda. Cuius rei exemplum tabernaculum Mosi delin-
auit, in quo fuit candelabrum, mensa & panum propositio.
Item aureum thuribulum, arca testamēti, in qua vrna aurea
habens mãna cœlitus demissum, & virga Aaron, quæ fro-
duerat, & tabulæ testamenti, superque eam erant Cherubi
gloriæ obumbrantia propitiatorium, de quibus non est m.
do dicendum per singula, inquit ad Hebræos nono etiam
Paulus. Iam si ob hæc, (quæ huius temporis parabolæ fue-
runt) tantus honos dei templo habitus est, multo magis sa-
ctitudo hanc nostram domum decet, in qua virga Aaron
id est Christi crux, qua interiit Satan, propositio panum de-
inde & manna, hoc est cœleste corp' Christi, & sanguis quo
pascimur quotidie, itemque tabulæ vtriusque testamenti va-
riæq; sanctorum reliquiæ reconditæ sunt, atque repositæ
religiosissime. Testatur enim Aggeus. 2 Magna erit gloria
domus istius nouissimæ, plusquam primæ dicit dominus
exercituũ. Et Paul'. 2. Corint. 3. Si ministratio damnationis
fuit in gloria, multo magis abundat ministerium iustitiæ
in gloria. Si quod euacuatur per gloriam est multo magis
quod manet in gloria est. Hic esse in gloria, non modo ad
præsentem CHRISTVM, neq; solũ ad verbi mysteria
referri existimes, sed etiamnum ad omnes cæremonias, vi-
sibilem cultum, quibus in sacris deo locis summa Dei ma-
iestas colitur, deinde sacramenta administrantur, & dispen-
santur. Viderint nunc, qui iisce diebus dei templa profana-
uerunt, qui omnem cultum externum destruerunt, quæ
minime imitentur sequanturq; dei verbũ, imo si quod ver-
bum imitãtur: eiusmodi est, quale pro sua impietate, vt exe-
cranda perfidia habuit Sãnacherib. Baltasar. Antiochus, &
quotquot tãdem dei visibilem cultum cõtaminauerint, qui
altaria subuerterunt, & vasa sacra, in meretricios, profanis-
simosq; abusus conuerterunt: aduersus quos dicitur Psal.
78. Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, pollue-
runt templum sanctum tuum, posuerũt Hierusalem in po-
morum custodiam: Comederunt Iacob & locum eius de-
solauerunt. Satius fuisset hoc imitatos Iudam Machabæū

Agge. 2.

Cõtra eos q visibilē dei cultū extermi- nant.

Psal. 7. 8

Constantinum, Carolum, Valentem, & quotquot tandem dei cultum auxerunt. Contra, nostri sæculi multi principes & magistratus sic tollunt abusus quosdã, socordia sacerdotum ecclesiæ inuectos, & rem ipsam stirpitus eradicant. In quos CHRISTI verbum recte tendit & dirigitur.

Vos autem fecistis eam speluncam latronum.

Qui abutuntur locis sacris, seu sacri, seu profani sint, faciunt ex dei domo speluncam latronum. Contra quos Zach. vlti Non erit mercator in domo domini, & Hieremiæ. 7. Nunquid spelunca latronum facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum in oculis vestris. Proinde hæc est abominatio illa, quam Daniel in loco sancto vidit collocatum, qua funditus est religio Christiana, de qua sic habes in eodem capite. 10 Et in medio hebdomadis auferetur sacrificium, & libamina, & in templo abominatio desolationũ erit, vsque ad consummationem temporis. Abominabile enim est, sublato iugi sacrificio altaris quo corpus CHRISTI sanguis litari consueuerunt CHRISTI sacerdotes, solum signum constituere in locum & inanissimum quoddam spectrum. Id tamen & Lutherani, & Oecolampadiani ausi sunt facere. Iam hoc, quod summo honore dignum erat destructo & profanato, quid superest, quid reliqui est destruendum? sic substulerunt & baptisma sacrum, sic oleum sic vnctionem extremam, sic cærimonias omnes redigerunt in nihilum. Num tibi hæc videntur execranda satis & detestanda fidelibus Proinde potest etiam hic locus per tropologiam in sacerdotes & pontifices referri, qui sacramentis in suum quæstum abusi sunt, exigentes contra omne ius euangelicum, tum pontificium pro parentalibus, pro benedictione nubentium, pro dispensatione eucharistiæ numos aliquot certos. Itemq; aduersus eos maxime, qui sacerdotia væno exponunt, qui pensationes dispositionibus & largitionibus quibusdam impetrant pontificum, quibus omne studium impenditur, quo sauum & linum, lac, & butyrum, ex ouibus emulgeant, quum interim nihili animas earum pendeant. Hoc est illud intolerabile malum, hæc pestis capitalis ecclesiæ, sub prætextu, videlicet religionis, spoliare populum dei. Atqui tales non tam delinquũt, quam

Zacha. vl.
Hiere. 7.
Aduersum Simoniacos.

Luthetani, qui horum occasione malorũ, dei templa profa- narunt. Nihil enim syncerum ac sanctum, nihil non conta-
Mat. 10. minatum potest esse, si hominum studia spectes, vbi regnat
Mala. 1. auaritia sacerdotum, pecuniæque studium. Cæterum aduer sus hos si pronunciat Christus: Gratis accepistis, gratis da- te. Et item Mala. 1. Non est mihi voluntas in vobis dicit do minus exercituum, & munus non suscipiam de manu ve- stra itemque. Mensa domini contaminata est, & quod su - perponitur contemptibile est, cum igne qui illud deuo - rat. Nolo intelligas sacramenta dei in se pollui, quæ enĩ san cta sunt, inquinari non possunt abusu, auaritiaque clerico- rum. Verũ pollutis ac incæstis manibus contrectant ii, qui ad suum quæstum collocant euangelium, qui semetipsos pa scunt, non gregem domini extorquent quidem pensiones annuas, at non semel dei gregem inuisum. Quorum dam nata est olim insatiabilis cupiditatis vorago. Lege .c. Cum in Ecclesiæ corpore. &c. ad audientiam de Simo. Lege & Hieronymum hoc loci, & præcipue Originem, tum com- peries, qui episcopi, qui sacerdotes ac diaconi, cum nũmu- lariis, & colybistis pharisæorum è dei domo eiiciẽdi sint.
Phil. 2. Omnes enim quærunt quæ sua sunt, non quæ IESV CHRISTI. Si igitur rebus nostris consultum volumus nos ipsos diiudicem^v, ne a domino Nabuchodonosor quis piam, aut Anthiochus excitetur, expiaturus templum domi ni. Necesse enim est, vt iudiciũ incipiat a domo dei. Viuere tibi de altari conceditur, non luxuriari O Christi sacerdos & si quid supererit, si quos thesauros recondis, pecuniam no- scito esse pauperum, panis est esurientium. quos nisi paue- ris, occidisti. Postremo omnem hunc strepitum CHRISTI in templum cordis nostri referre possumus. Nescitis (inquit Paulus) Quoniam corpora vsstra templum sunt spiritus sancti, & membra quoque, & habitacula ? Iam si hoc tem- plum vitiis contaminetur, libidine, ira, adulteriis, profane- tur, ingrediente domino eiiciuntur omnia, pelluntur o- mnia. Piaculum est contaminare templum manufactum; magis autem execrandum est, si virginem deo deuotam in- cestes, si falsis dogmatibus fideles corrũpas, si teipsum pra- uis desideriis & affectibus inquinaueris. Notauit hoc ma-

lum hancque abominandam indignitatem Paulus. Corinthios obiurgans. Tollens igitur membra Christi faciam membra meretricis? Quin potius glorificate, & porrate deum in cordibus vestris Possunt huc multa alia adduci, quę è dei templis, nundinationibus domos faciũt. Verum, hæc al tero loco reseruamus, qui est apud Ioannem secũdo, vbi idẽ factum narratur, quamuis alio forsan tempore perpetratum. Ibidem.

Accesserunt ad eum cęci, & claudi in templo, & sanauit eos Facto demonstrans, quales eiiciẽdi essent ab Ecclesia, nimirum qui suam ipsorum cæcitatem non agnoscunt, Qui vero illi sint, etiam declarauit factis, dum antea flagello e funiculis facto eiecit vendentes & ementes. Omnes enim tales cæci sunt, & duces cæcorum. Quanto salubrius ii facerent, adeuntes Iesum, vt lucis beneficium consequi mererentur. Accedite (inquit Dauid) ad eũ, & illũinamini, & facies vestræ nõ cõfũdẽtur. Accedi: ad deum desideriis piis, & conatu liberi arbitrii. Quibus si nos in deum contu lerimus, aderit nobis nosque illuminabit gratiæ suæ splendore. Proinde aperiendæ sunt fores, aperienda est ianua, referendi aditus occulti, omniaque tollenda impedimenta, & repagula, quibus sol ille iustitiæ Christus impediri possit. Per nos igitur est, quod præstandum sit, id est vt accedamus fide, accedamus spe, ac ad Deum cum fiducia adeamus thronum gratiæ, tum quod per ipsum præstandum est, aderit nobis præsentissime, id est sanitas. Obserua duo hoc loci genera hominum sanitati restituta. Alterum quod claudum erat, quo in genere omnes referendi sunt, quia dei mandatis claudicauerunt, qui per deuia quæque aberrantes, veritatis viam non incesserunt: quales fuerunt, qui dixerunt: Errauimus a via veritatis, & iustitiæ lumen non illuxit nobis. Et Psalmista decimoseptimo. Claudicauerũt a semitis suis, id est, deflexerunt, vel ad dexteram fœlicitatis temporalis, vel impacti sunt sinistræ infœlicitatis, contra illud Neq; declines ad dexteram, neq; ad sinistram. Alterum genus est eorũ, qui ignoratione veritatis excæcati sunt, qui oculos quidem habent, sed non vident. Quin impingunt in meridianam lucem, quales sunt, de quibus Esaias quinto. Væ qui di-

Mat. 15.

Psal. 33.

Duo gña hoĩm sanitati restituta.

Sap. 5.

cunt bonum malum, & malum bonum, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem. Quorum e numero sunt Pharisæi cæci, & horum imitatores hæretici, non intelligentes scripturas, & clauem quoq; auferentes veræ intelligentiæ. Iam si sanitati pristinæ restitui volunt, hoc curent necessum est, vt Christum adeant, errorem agnoscant, veniamq; præcentur, tum aderit illis Christ⁹. **Videntes autem principes dixerunt, &c.** Perpendite charissimi quantũ malũ sit inuidia. Oportebat enim hisce præclare factis Christi, quibus ne ausi quidem sunt reclamare, respicere Pharisæos & Scribas, verum illi odio, liuoreq; occæcati, nec populi applausu, nec puerorũ infantium aggratulatione, neq; beneficiis laborantibus impensis, adducti, a concepta malitia respuũt. **Audis (inquiũt) quid isti dicunt? IESVS autem dixit eis: Vtiq;. Nunquam legistis? Ex ore infantium, &c.** Confutat CHRISTVS Pharisaicũ supereiliũ scripturæ testimonio, quod ex octauo psalmo citatũ est, qui totus in CHRISTVM competit. Quo significari voluit, hos pueros non casu, sed Dei volũtate, ad laudandũ ductos, idq; ad confutandos veritatis inimicos. Proinde relictis eũ suo liuore illis, qui saxis etiam duriores erant, excessit vrbem. **Abijt in Bethania.** Concludũt ex hoc loco plærique viri sancti, paupertatem CHRISTI, nẽpe, quod in tanta vrbe, neminem habuit hospitem, sed consedere in Bethaniam ad Lazari, Martæq; hospitiũ cogebatur, iuxta illud quod in Psalmista tricesimooctauo testatur DAVID. Aduena ego sum & peregrinus, sicut omnes patres mei. Vide quorsum euasit Iudæorũ duritia Consueuerũt eorũ patres præ foribus operiri peregrinos, consueuerũt vel inuitos cõpellere ad hospitiũ, id quod ĩ Abraham, Loth, & plærisq; aliis constat. Verũ i omnes a se hospitalitatis, & commiserationis gratiam abiecerant, & lapidibus duriores, non tam peregrinos, quam fratres, & incolas sinebant inedia, fameq; perire. Quos tum sequuntur Christiani, quando non colligũt egenos, vagosq; domi suæ quando sanctorũ pedes nõ lauant, maxime vero si quando

Hospitalitas.

Gen̄ 18. & 19.

diuini verbi ministris mercedem laboris non perdunt Contra id, quod præcipit Christus: Dignus est operarius cibo suo. & Paulus. 1. Cor. 9. Quis militat suis stipendiis vnquã? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascis gregem, & de lacte gregis non manducat? Et item: Non alligabis os boui trituranti. Et, si nos spiritualia vobis seminauimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus? Eadẽ scribit ad Timotheũ. Nos igitur qui euangelici & dici & haberi volumus, Lazarum & Martham imitemur, tum Abraham, & Loth, & Tobiam, & quotquot tandem per hospitalitẽ placuerunt deo: Hospitales inuicem sine murmuratione. ad Rom. 12. præcipuit Paulus. Hactenus de iis. Matt. 10

Feria quarta post primam dominicam quadragesimæ. Matth. 12

ACcesserunt scribæ & pharisæi ad Iesum dicentes: Magister, volumus a te signum videre. Lectio huius Euangelii in initio nos monet, ne CHRSTVM simulato animo accedamus, alioqui subdola animi malitia, iusta cum pharisæis animaduersione percutietur. Est enim qui nequiter se humiliat. & interiora eius plena sunt dolo id quod cernere licebit in pharisæis. Animi furorem non ponunt, sed dissimulant, ne qua possit illis calumniandi malitia obiici. Aggredientes quidem Christum blandioribus verbis, veluti iam illi credituri, si in eorum gratiam æderet signum aliquod, quo testaretur se æterni patris filium, quem semper in ore habebat. Interim nihilo secus & hoc ipsum calumniaturi, præsertim cum facilius, quæ eminus e cœlo ostenduntur, calumniari, quam quæ coram cernuntur audiuntur, tanguntur, possint. Imitantur hos pharisæos omnes qui proximis suis blandi loquentia imponere contendunt, adeunt quidem pacificis verbis, cum interiora plena sint dolo, fraude & hypocrisi. Tales sunt qui probas quasq; virgines decipiunt, multis quidẽ promissis, vt suam iterum libidinem expleant. Quales item sunt, qui fictis sermonibus concionatorem aggredientes, periculũ facturi, si quid expiscari valeant, quo hunc

¶ Simulatores.

Eccle. 19

subinde apud vulgus traducere queant Simulator enim ore decipit amicū suum. Cuius rei periculum fecit David Psal. 27. Qui loquuntur pacem cū proximo suo, mala aūt in cordib eorū. Et item. 13. Sepulchrū patēs est guttur eorū, linguis suis dolose agebant, venenū aspidū sub labiis eorū. Væ enī
Eccle. 2 duplici corde, & labiis scelestis & manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus viis. Qui scilicet vno ore & flare & sorbere volunt. Aliud in animo nimirum lætale venenū, aliud in ore gerētes, pacē scilicet ac salutē. Imitantur & hos hæretici, qui verbū domini in ore, adeoq; brachiis assuūt, intus vero melita propinant venena, fœlicitatē scilicet promittentes, sine operibus fidem attestantibus
Esa. 3 Aduersus quos Esa 3. Popule meus qui te beatum dicūt, ipsi te decipiūt, & viam gressiuū tuorum dissipant, fallunt enim omnes hæretici, splendidis quidē verbis, & arte compositis miserū popellum, eoq; gressus recte viuendi dissipant. Dicimus hoc ipsum, nostro malo, sub id temporis, quo sepultæ hæreses VVicklef, & Husz resuscitatæ sunt.

Magister volumus a te signum videre. Magistrū appellant, cuius nolunt esse discipuli. Imo quem perdere malunt, quam imitari. Petunt autem signa e cœlo, rara &
Exo. 7. 8 insolita, & talia forsitan, qualia Moses in Aegypto ædidit,
9. 10 &. aut Heliæ in morem, cupiebant ignem e sublimi descende
11. re, secūdū Hieroni. vel in similitudinem Samuelis, tempore
4. Reg. 1 æstiuo, contra naturā loci, mugire tonitrua coruscare fulgura, imbres ruere, quasi non possint & illa calūniari & dicere ex occultis & variis aeris passionibus euenire. Nam siquidem ea quæ oculis vides calumniaris, manibus tenes vtilitate sentis, quid factur[9] es, de iis, qui de cœlo veniūt, vtiq; dices & magos in Aegypto multa signa ædidisse. Exod. 7. Recte igitur & iustissime a xpo hac responsione refellūtur.

Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signū Ionæ prophetæ.

Adulteros ac nothos eos, qui se gloriabantur Deum habere patrem deinde & abraham progenitorem, appellat, quod derelicto Deo, idola coluerūt, quod prophetas, prophetarūq; dominū occiderūt, nihil min[9] quā Abrahæ fidē merci

q; expresserũt Neq; solent qui natura filii dici volũt a patrũ piorũ degenerare vestigiis. Patrem enim imitantur proles quo ad possũt. Si imitari nolint degeneres sunt ignobiles & obscura loco, quamlibet patrũ stemmata iactent, natæ Sensit hoc Moses qñ iis sic opprobrat: Deũ qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es domini Dei creatoris tui. Itemq; dereliquit Deũ factorẽ suũ, & oblitus est domini dei creatoris sui moxq; cuiusmodi filii sint dicendi, plena voce declara: Generatio peruersa est, & infideles filii. Qui infideles sunt erga Deũ factorem suũ, non legitimi, sed nothi dicendi sunt. Infideles vero sunt, qui non modo Deũ, sed & huius vnigenitũ, & electissimũ filiũ negant. Hinc .1.Io.5. Omnis qui credit quoniam IESVS est Christus, ex Deo natus est. Iam si conuertas hanc sententiam, ita dicendũ erit. Quisquis non credit quoniam IESVS est Christus, ex Deo minime natus est, Is igitur infidelis est, quoniam non credit in nomine vnigeniti filii Dei, Quales non tam Iudæi, quam plæriq; hæreticorũ fuere: de quibus & Dauid Psalm. 17. Filii alieni mentiti sunt mihi: filii alieni inueterati sunt. Mentiũtur oẽs, qui de Christo nõ synceriter credũt, quiue aliud verbis, aliud factis agũt, omnes igitur tales alieni filii sunt inueterati in suis erroribus, atq; ad inuẽtiõibus Tales sũt, qui in sacramẽto altaris nihil quam signũ agnoscũt, nõ CHRISTVM, nõ carnem & sanguinem re ipsa præsentissima de quibus est illud. Sap.3. Filii enim adulterorũ in cõsumatione erũt, & ab iniquo thoro semẽ exterminabitur & siquidem longe erũt, in nihilũ computabitur, & sine honore erit nouissima senectus eorum. Adulteri sunt qui purissimum DEI verbum, suis fœdis commentis corrumpunt. alienum ac peregrinum sensum germaniæ intelligentiæ inuehentes. Adulterini sunt sensus In Eucharistia nõ est nisi signum, non res ipsa, quam ipsa etiam genua verborum significantia præ se fert. Quicunque eiusmodi dogmatis subscribunt, qui amplectuntur, in consumatione erunt, exterminabuntur, interibunt, quantumuis ætatem vixerint longæuam. Adulterinæ enim plantationes non dabunt radices suas altas, nec stabile firmamentum collocabunt. De talibus. Esa.1. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spre-

Degenerare.

Deute.23

Sap.41

uerunt me. Intellige in omnibus, quæ Deus instituit (qualis est Eucharistia, qualis est baptismus, pœnitentia, & reliqua ab Ecclesia catholica sacramenta recepta) contemni ac sperni Deum, si id negantur esse, quod sunt, quod efficiunt ac operantur in credentibus. Sunt autem signa efficacia gratiæ, quibus deus nostram salutem operari pro sua clementia in dies non cessat. Qui id inficiatur, falsisq; glossematis aut corrumpit, aut alio torquet legitimum sensum Paulo teste, adulter est, & spurius. Non enim sumus, inquit sicut quidam adulterantes verbum dei. Addã & illud quod
De sanctis nuper dum publicitus in hac florentissima vrbe, adeoq; ex hoc proscœnio declamarem, quoddam (vt audio) equestris ordinis viro male habuit, eos quoque esse adulteros, qui sanctis suum honorem, ac pro nobis interpellationem detrectant, qui Ecclesiæ iustissimas constitutiones, ac receptas cæremonias a se reiiciunt, contemnunt, nauci non faciunt, Hos omnes seu principes quamlibet illustres, quamlibet gloriosos, Augustos, seu Comites, seu nobiles quibuscunq; titulis insignes, ac pollentes, ego ex sanctis scripturis probaui filios degeneres, adeoq; a communi Ecclesia catholica alienos, Credit enim Ecclesia sanctorum communionem id quod inficias eunt omnes, qui negant sanctos interpellare patrem pro nobis. Exosculantur legitimi filii, non tã patris, quam matris præcepta vt in Prouerbiis Salomon præcipit. Conserua fili præcepta patris tui, & ne dimittas
Pro.6. legem matris tuæ. Proinde & deus non modo patrem, sed vtrumque iubet venerari parentem. Verum qui diebus prohibitis suaptete meritate, quolibet cibo vescuntur, qui cærimonias Ecclesiæ (quæ est mater illa nostra liberrima. Gala
Gal.4. 4.) contemnunt, nec patrem venerari, neq; proinde veri filii dici aut haberi possunt. Adulteri sunt, Nothi sunt, de-
Pro.30. generes sunt, omnes item a deo maledicti sunt, atque exæredes futuri, nisi benedixerint, beneq; precati fuerint matri. Generatio inquit Solomon Prouerb.30. quæ patri suo maledicit, & quæ non bene dicit matri: adde, est execrabilis. Væ enim impræcamur filiis desertoribus. Ab Esa.30 & qui
Esa.30 cõsiliũ faciũt, sed non ex domino, qui ordiuntur telam, sed non ex domini spiritu, addentes peccatum, peccato. Ob-

serua quod ait non ex domini spiritu. Spiritus enim domini, non aliis quam vnius Ecclesiæ filiis & promissus, & in arrabonem, ad doctorem perpetuo datus est. Iam qui ab Ecclesiasticis sacramentis cæterisque piis obseruationibus, ad Dei sanctorumq; cultum institutis, deficiunt, spiritum domini non habent, filii igitur sunt desertores & fornicationis. Quin si patrem requiras eorum, respondeat Christus Ioan. 8.
Vos ex patere diabolo estis. Sin matrem, loquatur Oseas: Ose. 2
Consula est quæ concæpit eos. Et Ezechielis: Mater vestra Eze. 16
Cethæa, & pater vester Amorræus, soror maior Samaria & item Sodoma tua Gomorra, Hanc Ioannes in Apocalypsi. 18. Meretricem magnam vocat, quæ de vino prostitutionis suæ, id est hæresos, aureum poculum multis & regibus & principibus, & nobilibus miscuit. Quæ proinde ebria a sanctorum sanguine, & martyrum Iesu dicitur. Qui volet facile hæc in huius sæculi hæreticos & agiomastiges interpretabitur. Quanquam igitur sibi illustria arrogāt noīa quanquam Deum patrem se gloriantur habere nisi in Eucharistia Christum adorent, nisi præcepta, matrisq; decreta libero exequantur animo, nothi sunt, desertores sunt, & scortationum filii sunt. Quis locis offenditur, suo errori, non meis concionibus imputet. Neque enim non licebit mihi imitari Christum, qui idem crimen impingit pharisæis? Generatio (inquit) mala & adultera. Malis enim auspiciis nati sunt, qui aduersus matrem suam, Ecclesiam catholicam pugnant, sed iam reliqua pertractemus.

Sicut enim fuit Ionas in ventre cœti: & cętera.

Iudæi & sublimi signum petebant, verum Christus, vt conuincantur signo e terra memorato, eos ad Ionæ, Prophetæ miraculum mittit, qui absorptus a belua maris, post triduum redditus est viuus. Nam Ionæ. 2 sic habes. Præparauit Deus piscem grandem, vt deglutiret Ionam, & erat Ionas in ventre piscis, tribus diebus, & tribus noctibus Ionæ. 2.
per Synecdochen, intellige. Videamus charissimi, quam bene consonet figura rei exibitæ, per Christum. Si propter me (inquit Ionas) tempestas orta est, mittite in mare. Eadem propter æterni patris sapientiam, filium qui æqualis patri fuit, orta est in cœlo, adeoque id paradiso ipso terre-

ſtri tempeſtas. Iam vt habet BERNARDVS, qui dedit conſilium ferat & auxilium, Dedit conſiliū CHRISTVS, vt innocens quiſpiam deſignaretur, qui inter vtrunque manum poneret, atq; nemo nocentior hominibus Adamo, nemo inter omnes nocentior Chriſto. Is igitur ſua ſe ſponte præcipitauit in hoc mare magnum & ſpatioſum. Oblatus enim eſt, quia voluit, inquit Eſaias. Fuit autem in corde terræ triduo, ac trinoctio: tandem vbi multis periiſſe viſus eſt, rediit cum maiore & gloria, & triumpho. Hoc igitur ſigno horum Iudæorum peruerſitatem libuit conuellere, ſeu accommodatiſſimo ad Chriſti mortem, ac reſurrectioné, quæ duo maxime voluit omnibus eſſe tectatiſſima DEVS. Altero enim victus eſt princeps huius mundi, belua plusquam cruentiſſima, altero noua vita palam declarata, quæ nobis ſua reſurrectione auſpicatus eſt. Atque hæc eſt ſumma huius portentoſi facti Ionæ: Quo commonitos voluit Phariſæos, malitię, qua excandeſcebant in CHRISTV.

Niniuitæ ſurgent, & cætera. Vulgo dicitur comparationes eſſe odioſas, & tamen id odii non pertimuit CHRISTVS hac ſua collatione incurrere. Erat enim periculoſiſſima eorum ac pertinaciſſima per duellio aduerſus veritatem tot teſtimoniis commendatam. Qui enim gratiam oblatam non ſuſcipiunt iuſto DEI iudicio magis quam increduli ac extorres Turcæ punientur in ſupremo die. Viri igitur. Niniuitæ, a DEI cultu alieni, ſurgent & condemnabunt, comparatione (inquit Hieronymus.) non ſententiæ poteſtate, generationem illam peſſimam, quæ ſemper veritati pertinacius reſtitit. Quod eis STEPHANVS

Act. 7. exprobat. Act. 7. Dura ceruice & in circunciſis cordibus & auribus, vos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis, ſicut patres ve

Ionæ. 3. ſtri, & ita vos. Quem enim prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri? Ideo & CHRISTVS: Et vos implete menſuram patrum veſtrorum. Serpentes, genimina viperarum, quomodo fugietis a iudicio gehennæ? ſcilicet qui Niniuitis deteriores eſtis? Hi namque pœnitudine veterum delictorum ducti, ad ignoti prophetæ verbum reſipuerunt. Et vidit Deus opera eorū, quia cōuerſi ſunt de via ſua mala, &, & miſertus eſt Deus ſuper malitiam, quā loquutus fu

rat vt faceret eis. Cinere, ieiuniis & ciliciis igitur opus, siquidem impendentem Dei vindictam euadere volum⁹, si Niniuitas iudices habere nolumus. Væ nobis miseris, quos Deus longa sua benignitate ad hoc tolerat, vt resipiscamus: ad hoc percutit, vt doleamus. vt gratiæ oblatæ obuii eam⁹. Væ, miseris mortalibus, potissimum vero illis, qui scientia, qui iudicio, ac dignitate superiores cæteris videntur, cum interim sint vita corruptissimi. Vilissimus enim computendus est (inquit Symachus) nisi præcellat scientia, & sanctitate, qui est honore præstantior. Hæc ob oculos perpetuo charissimi ponam⁹ quib⁹ Dei Euangeliũ innotuit, quibus subinde totis Deus ignouit, quos itẽ toties monet toties vt resipiscant, cohortatur. Metuẽdũ maxime, qui fastigiis episcopalis & sacerdotalis dignitatis in authorati sũt, ne plurimi (inquit Hieronim⁹) in populis Episcopos iudicẽ, subtrahẽtes se ab ecclesiastico gradu, & ea, quæ Episcopo conueniunt, non exercentes. Sic iudicandi sunt omnes, qui cæteris prælati sunt, nisi suo officio respondeant, ab inferioribus. Recte igitur dixit Christus. Iustificata est sapientia a filiis suis. Addit præterea & aliud exemplum. Regina Saba surget in iudicio. Hanc historiam. 3. Regnum 10. habes, qua idem agitur, quod priori commonstratum est collatione. Vt enim illi. Niniuitæ scilicet, ad Ionæ (qui multo inferior fuit Christo) prædicationem resipuerunt, eoq; Dei fauorem commeruerunt, sic & Regina Saba, quæ a finibus suis egressa auida erat Solomonis audire sapientiam, hacq; ratione commendanda, & pessimæ iudæorum genti præferenda, quæ præsentem CHRISTVM, verum illum pacificũ Regem Salomonẽ, repudiauit. Cum hic neq; Ionas, neq; Salomon quippiam simile gesserit, quod omni ex parte ad CHRISTI præclara gesta respondere possit, ob id ait. Ecce plus quã Ionas hic. Et, Ecce pl⁹ quam Salomõ hic. Eadẽ cæcitate laborant Christianorum plæriq;, qui e vicis & plateis vix adire volunt sacras conciones, totos dies, noctesq;, aut domi sedent, & otio inani torpent, aut symposiis conuiuiis que vacant, aut certe histriones malunt, quam diuini verbi prædicatores audire. Similes prodigo filio, qui stomachũ laborantem, de siliquis porcorum explere cupiebat. Quo

Contra eos, q verbum Dei Audire contẽnũt.

Luc. 15

Pro.1. alicubi obiurgat. Sapiens. Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam. In capite turbarum clamitat, in foribus portarum vrbis profert verba sua, dicens Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quæ sibi sunt noxia cupient, & imprudentes odibunt scientiam? Conuertimini ad correptionem meam : en profero vobis spiritum meum, & ostendem vobis verba mea Igitur ne aduersus nos, vel Niniuitæ, vel Sabæorum Regina in iudicio exurgat, comparationeque nostri melior sit, nos vero deteriores:

Psal 94 Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Hodie resipiscamus, alioqui atrocior nos perpetim pœna manet. Id quod rursus alia similitudine nempe hominis dæmonio malo obnoxii, declarat Christus : Cum

immundus spiritus exierit ab homiue, &c. Sic erit generationi huic pessimæ. Hac similitudine notare volebat Iesus, prodigiosam Iudæorum cæcitatem, subinde ad pristinos mores relabentium. Seruiebant olim vitiis & cupiditatibus, quãdo contra dominum murmurauerunt, peius vero quando vitulum adorauerunt: deinde quando immolauerunt dæmoniis, & non Deo, diis quos ignorabant, Deu.32. & Psal.105. Et initiati sunt Beelphegor, & comederunt sacrificia mortuorum. Et iterum. Commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & sacrificarunt sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalum, immolauerunt filios suos, & filias dæmoniis Cum aliquandiu sub hoc statu misere diuexarentur a cacedæmone, tandem per legem & prophetas liberati sunt. Per le-

Psal.118 gem enim cognitio peccati. Rom.4. Per Prophetas quoque declaratio legis facta est, vt in Psalmis testatur Dauid Declaratio sermonum tuorum illuminat, Accessit igitur Iudæis lex, accessere & Prophetarum responsa, & diuina oracula, quibus immundus ille spiritus pulsus atq; eiectus est. Quanquam & sub Prophetarum tempus, non semel

Rom.11. gentilitios mores sequerentur, redibant enim ad idola, sa-

3.Regũ.19. crificabant in lucis, occidebant Prophetas: id quod Helias testatur Domine Prophetas tuos occiderunt, & derelictus sum ego solus, & quærunt animam meã, vt auferant eam,

Cessit id mali Infœlicissime quidem illis. Nam vexati sunt ab hostibus. Emendati afflictionibus sub Nabuchodonosor, sub Sennacherib, Balthasaro, & aliis item multis, qui eos in seruitutem redigerunt plus quam ærumnosissimam Postremo omnium venit Messias, Christus Iesus, eiecit verbo suo dæmonium, libertate donare voluit immerentem populum, & eum populum, qui præter crassas Mosaicæ legis cærimonias, quibus turgebat inanissime, nihil in se habuit veri cultus, nihil fidei. Purgatus quidem deforis intus vero vacuus pietate, vacuus veritate, non habuit hospitem Christum, qui per fidem habitat in cordibus nostris. Verum quid ad hoc Christus? Relinquetur vobis domus vestra deserta. Cur ita? quia a se abiecerunt hospitem, & verum hæredem Christum, multis partibus Maiorum suorum impietatem sperantes. Illi enim seruos, illos Dominum e vinea electum, ad crucem falsis criminibus adegerunt. Hinc sextuplo miserabilior cæcitas, quam fuerit maiorum, irrepsit, atrociusque supplicium perpetuo calamitosam gentem detinet, totum per orbem sub Romano imperio exulem. Ad hunc fere modum Hiero hanc lectionem interpretatur, & facile huc textum accommodabis, modo & illud obseruaueris Interim quo legem obseruant Iudæi, dæmonium, obambulasse per loca arida, id est, corda gentilium, in quibus ceu propriis domiciliis, antea quã fidem susciperent, habitabat magnus ille Draco. Iob, 40 Sub vmbra dormit insecreto calami, in locis humescentibus. Vt enim calamis inanis est, ita & gentiles alienati a Christo, inanes & fide vacui, & pietate fueri. Verum, vbi se, indignos Iudæi teddiderunt verbo Dei. Ecce (inquit Paulus in Actis.) Conuertimur ad gentes, sic enim Act. 13 præcepit nobis Dominus. Tractat idemfere argumentum Paulus ad Roman 11. Electio consecuta est. Et propter incredulitatem fracti sunt, tu autem fide stas, noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, forsan nec tibi parcat. Idem ad Hæbræ, fere in sexto cap. Et apertissime. Huc respexisse videtur, qui dixit Petrus. Si enim refugientes coinquinationes mundi, in cognitione domini nostri Iesu CHRISTI, & saluatoris, iis 2 Pet. 2

2.Petri.2 rursus implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim illis erat non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsus conuerti, ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato. Contigit enim illis illud veri prouerbii. Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti. Atqui ita constat hanc similitudinem non tam in Iudæos, (quanquam in hos potissimum authore Hieronymo) quam in omnes Hæreticos & recidiuantes dictum a Christo. Timendus igitur hic locus est (inquit Beda) non exponendus, ne culpa, quam in nobis extinctam credebamus, per incuriam nos vocantes opprimat. Verum de hac re apud Magistrum Petrum Longobardum in commentariis theologicis, vigesimasecunda distinctione lib.4. **Adhuc eo loquente ecce mater eius & fratres, & cętera.** Docet hoc loci Iesus quam parum affectibus tribuendū sit humanis: deinde quanto studio Dei verbū, opere exequēdū sit, vt prosit & fides, & verbi auditus Cum enim præ foribus obsisteret turba, quo minus Christū mater, comitata cōsobrinis aliquot illius, adire posset, atque audire, interpellauit per alium. En, inquit, mater tua, &c. Tum Christus: Quæ est mater mea, &c. Quicunq; fecerit volūtatem patris mei qui in cœlis est, hic mihi mater, hic frater, hic soror est. Neq; enī deligo sexū, neque personas. Quādoquidē non ex voluntate viri neq; ex voluntate carnis, aggregaui mihi & conciliaui fratres & sorores sed quotquot habeo, cœlesti semine, & Dei verbo sati sunt, Qđ si non frustra suscipiunt, si intus cordi inscribūt, si opere exequantur, tum veri cognati mei existunt. Audis hic opera exigi: Qui (inquit) fecerit voluntatē patris mei. Voluntas vero patris est vt non solū fidem in Deū habeamus, sed vt maceremus carnē nostram, vt mandata decalogi oībus quibus possumus modis exequamur. Et qđ Paulus ait: Hæc est volūtas Dei sanctificatio vestra, vt sciat, vnusquisq; vas suū possidere in honore & sanctificatiōe, & nō in passionibus carnis. Quæcūq; eī sacris literis, aut præcepta sunt, aut prohibita, sub Dei volūtate cadunt. Non aūt sola fides, sed & charitas, & opera ex hac prodeūtia præcepta sunt igitur

Affectib⁹ hūanis parū tribuendum.

Ioan.1.

Fides sola nō sufficit

1.Tessa.4.

summmopere pſtanda & ipſa. Nec ſola incredulitas peccatum quanquã interim ianuã aperiat peccatis, vt fides virtutibus aditũ reſerat, ſed & auaritia, & luxus, & ira, & liuor, & hæreſis, & reliqua id genus, iter opera carnis, quæ a regno dei excludũt peccata eſſe conſtat, etiã fide diſtinctiſſima. Quo circa & ad facta, operaq; nos mittit Xp̃s. Qui fecerit (iquit) Et diſcedite a me oẽs qui operamini iniquitatẽ, &c. Reſpõdeant facta verbis, verba fidei tũ digni erimus qui repottemus coronã iuſtitiæ quã reddet nobis ſuo tp̃e iuſtus iudex.

Incredulitas, nõ ſolũ peccatum eſt.

Math. 7.

Feria quarta poſt primam dominicam quadrageſimæ. Ezec xviii

FActus eſt ſermo domini ad me dicẽs, Quid eſt quod inter vos, &c

Euangeliũ ad futuram dominicam iam inſtantem, reſeruamus exponendũ. Sola nobis lectio Ezechielis, quam ad ſacram miſſam recitauimus paucis abſoluẽda eſt verbis. Vnº hoc loci Hierony. mihi imitandus eſt, ne quis exiſtimet me ſolis meis ipſius ſomnii inniti, aut certe illud honoris aliis nolle tribuere, vt Hiero. alioſq; viros præclaros & ſanctos, meorum dictorum non auſus ſim fateri authores. Qnanquã ſi tacitis eorum nominibus, dicta, dogmataque præclara interea ſequar, nihil erit periculi, nihil etiam piaculi. Chriſtus eodem cœpit ſermone homines ad reſipiſcentiam, quo Ioannes Baptiſta reuocare: Pœnitentiam agite appropinquabit regnum cœlorum, Eodem & Apoſtoli vſi ſunt Proinde mihi ſat fuerit eos ſequi, qui intra vnius eccleſiæ ſepta & nati & educati ſunt. Nolo enim me nothis, nolo committere impoſtoribus, ac apoſtatis, habent ipſi ſuos catulos habẽt & ſuos aſſeclas, apud quos nemo niſi iprobus valet. Ego vnũ iis mõſtris, etiã ſi ſexcẽta ſint, pfero Hieronymũ. Idẽ authoritatis & fidei & honoris Auguſtino. Idem Chriſoſt. Idem tribuo cirillo, & cæteris deniq; qui multa poſt ſæcula, hos imitati ſunt. Gregor. Bern. Richard. Albert. Bonauen. & ſi qui alii ſint, quos obſeruat, quot colit eccleſia. Hi enim mihi pro patribus nati ſunt filii, Per hos didici Chriſtum, didici fidem, ſuſcepi religionem. Iam vero ad rem.

Authores imitandi.

ps. 44.

Sapi.10. **Factus est sermo.** Aduertendum, vnde sibi propheta, & authoritatem & fidem captet, Nimirum quod a domino di dicerit, sitque missus ab eo, qui linguas infantium disertas facit. Non habent domini verbum, neq; a domino mittuntur, qui secus quam dominus præcipit, dicent. Aut certe qui veniunt, quales sunt omnes pseudapostoli, impostores. & Christiani populi seductores, hæretici, ac schismatici. Neq; enim os domini, sed suum spiritum phanaticum consultant. Dicentes: dixit dominus, quum minime missi sint neque a deo docti, neque id munus designati. Væ prophe-

Hiere. 23 tis qui visionem cordis sui loquũtur, non de ore domini, quos vetat, dominus, ne audiamus. Nolite (inquit Hierem. 23.) audire verba prophetarum, qui prophetant vobis & decipiunt vos. Visionem cordis sui loquũtur, dicuntque iis, qui blasphemant dominũ in sanctis suis, in sacramẽtis, & sacris cærimoniis, Neq; enim vnus est modus blasphemandi dominum solum, sed plures sunt, Qui enim sanctis suam potestatem, a domino collatã, aufert, is in dñm blasphemat, vt ex Apocalypsi colligimus, verum alias de iis

Duo pœnarũ gña. **Quid est quod inter vos, parabolã vertitis &c.** Tota hæc lectio eo tendit, vt intelligas neminem perpetua manere tormenta, nisi quem propria comitatur culpa, id quo fiat manifestius, nostris præstantissimi viri Coloniẽses me non semel dixisse duo pœnarum genera esse. Sunt enim aliæ pœnæ temporariæ. Aliæ sunt æternæ & perpetuæ. Quæ temporariæ sunt non tam parentibus, quam filiis inferri possunt, siquidem deo id collibitum fuerit. Quæ vero perpetuæ, nemini, nisi paternorum & auorum scelerũ imitatoribus infligũtur. Porro hæc summa totius lectionis est, adeoque cardo huius loci vbi in Sacris literis occurrat,

Pœnæ tẽporariæ Quo res euadat explanatio. Tres hoc loci obseruandos puto pœnarum ordines, Ordo primus, temporarias pœnas complectitur, frigus, famem, pestem, & varia morborum

Cur christ⁹ pœnis tẽporariis fuerit subiectus genera, quibus passim afficimur mortales. Hoc genere dei filius subiectus est, sed alia atque nos ratione. Nos propriis delictis vindicem irã experimur. Ille externis, adeoq; nostris. Nam vt Esa. 53. Ipse dolores nostros portauit, & attritus est propter scelera nostra, qui peccatum non fecit, ne-

inuentus est dolus in ore eius. De hac plæraq; multa Paul⁹. Proprio (inquit Roma. octauo) filio non pepercit deus sed pro nobis omnibus tradidit illum Et CHRSTVS. Ioannis tertio. Sic deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Nostra enim peccata, nostra errata hunc emendarunt, hunc perturbarunt. Quin & nostri ob causam corpus passionibus obnoxium assumpsit formã serui, & quod Paulus testatur factus est peccatum ipsum, & maledictum, vt in seipso peccatum damnaret, & nos de maledicto absolueret, cæterum, nos iis incommodis afficimur non semel, vt resipiscamus, vt errata quib⁹ in deũ Optimũ maximũ deliquimus corrigamus ipsi Si enim inquit Paulus, nos ipsos diiudicauerimus, non vtiq; iudicabimur, cum autem iudicamur, a domino corripimur, ne cum hoc sæculo damnemur. Contingit iis pœnis alterum pro altero, seu cum altero, occulto Dei iudicio affici, nam iudicia dei abyssus multa. Etenim si verum est quod in Iob dicitur. Nihil in terris sine causa, & de humo non progreditur dolor, quo significare voluit non aliunde, quam vel a nobis ipsis nos lædi, aut certe non casu neque fortuna & fato accidere afflictiones, sed deo disponente, & occulto suo iudicio decernente quibuslibet (quamlibet etiam piis & iustis) hominibus pœnas infligi, alios enim probat, alios commendatiores nobis redditi sunt, quos purgationes. Siquidem nostras afflictiones intus perpendamus, fere omnes commeriti sumus Nam omnes peccatores & filii iræ nascimur, & propter peccata, quæuis supplicia commeriti sumus, quantumuis etiamnum ingentia. Quamuis qui CHRISTO insititii facti sunt si æquo animo omnia, seu commeriti, seu immerentes sint, ferant, iis afflictiones in cumulũ cedunt meritorũ & gloriæ. flagellat enim deus omnem filium quẽ recipit flagellat proinde & in subditis, & in superioribus citro vltroq;, quod vtriq; delinquerunt, vel alteri solum, neminem tamen iniuria afficit. Omnes enim hac lege, & quidem exactissima, ad eum pertinemus: potest itaq; ex nobis quiduis magis facere, quam quod sumus commeriti, nec est qui obiicere possit, cur ita facis? Dicturus enim est Amice nõ facio tibi iniuriam. Quanquam igitur nobis crudelis aut in-

Gal 3.

Cur nos pœnis huius sæculi afficiamur.

1. Cor. 11.

Iob. 5.

Rom. 9.

Mat.20. Iustus videatur, ipse tamen interim est iustissimus, etiam si ita decretum sit, neminē sine propria, vel externa, alienave noxa, vindicaturum. Ita punit non semel deus iustum, vt impius resipiscat. Sic Iob animaduertere multis incommodis placuit, vt amicos ab errore, qui illos occupauerat, reuocaret, id est quod AEliphas nescius quid diceret, sic extulit, de humo non egredietur dolor, id est, non fortuitu accidunt mala. Quis hoc nesciat? Certe homines ignorant, nouit deus præsentissimam caussam. Igitur beatus homo, qui corripitur a domino, increpationē ergo domini ne reprobes, quia ipse vulnerat & medetur, percutit, & manus eius sanabunt. Sic & ob Dauidis adulterium, & innocentis viri homicidium, comminatur deus per Nathan, Dauid, dicens Quamobrē non recedet gladius de domo tua vsq; in sempiternum, eo quod despexeris me, & tuleris vxorem Vriæ Ethei, vt esset vxor tua. Sequitur paucis īterpositis quod ad confessionem Dauid dominus transtulit peccatum, filius tamen qui natus est, neq; precibus patris neq; vigiliis, neq; ieiuniis seruari potuit, mortuus enim est die septimo. Ita & in Exodo vicesimo. Et Deuteronomi. quinto capitulo, testatur deus se reddere peccata patrum super filios, vsq; ad tertiam & quartam generationem, quod manifestissimum est, non tam ex hoc, quam aliis scripturæ sanctæ locis. Certum enim est regnare mortem etiam in eos, qui non peccauerunt in similitudinē prioris Adæ, propagata est enī in nos afflictio, mors, & omnia deniq; incommoda. Nam filii nepotesq;, seu ramusculi parentum sunt, adeoq; præcisis etiamnum radicibus superstites Ecclesia. 20. Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus, similem enim reliquit sibi post se, & item ibidem. Pro animabus filiorum colligabit vulnera sua, & super omnem vocem turbabuntur viscera eius. Ita & Heli ob filiorum lasciuiam graui morte ac subita animaduersus est. Demum hac temporaria pœna multi puniuntur, etiam postea quā porro pœnituerunt, veteremq; hominem a se eiecerunt, quales fuerunt patriarchæ, prophetæ, apostoli, martyres, ac alii innumeri, cum viri, tum mulieres. Tanquam aurum in fornace a deo examinati & probati. Id testatur post dauidem Paulus. Roman. 8. Propterea

Quod ob aliorū delicta interim tēporaliter puniamus.

Iob. 5.

2. Reg. 12.

Rom. 5.

mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis sed in iis omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Alter est pœnarum & afflictionum ordo, quo singuli ob propria delicta animaduertimur perpetuis ignibus obiecti, & impositi, si studia nostra non correxerimus, hoc est quod toties scriptura nostra inculcat: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et in fine huius capitis: Vnumquemq; iuxta vias suas iudicabo domus israel, ait dominus deus. Cõuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatib⁹ vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Si igitur tibi non vis imputari peccatum, respice, auerte oculos tuos ne videant vanitatem, prohibe gressus, ne itinera peccatorum currant. Hoc afflictionũ ordine nemo censebitur, nisi quem propria delicta onerant. Vnusquisque enim onus suum portabit, & pro seipso rationem redditurus est. Ignis ille æternus, & dæmonibus & perditis hominibus paratus est, & omnino illis, quos flagitiorũ nõ pœnituit quiq; hinc peccatis mortalibus onusti abierunt. Scriptum est Prouerbiorum. 10. Sicut vua acerba dẽtibus noxia est, & fumus oculis, sic iniquitas iis qui vtuntur ea. Ex quo perspicuũ est (inquit Hiero.) non aliorum dolore flentes, sed eorum qui vuam acerbam comederint. Atqui nec partes filiorum, nec filii parentum peccata ferent. sed quẽq; sua sarcina comitabitur. Tertius ordo, seu potius gradus, est earum afflictionum, quas æternũ, seu ad tempus sustinebimus, imitatores paternorũ scelerum. Id enim fere vbique compertum est, ex iniquis iniquos nasci filios. Sic Chain peccauit irridẽs nuditatem patris, & sententiam nõ ipse qui irrisit, sed filius eius suscepit Chanaan. Maledictus (ait Gene 9.) Chanaan erit seruus fratrũ suorũ. Erat enim impii patris, impi⁹ imitator. Si ad eum modũ Mosen legamus, nihil erit diuersitatis inter ipsum & prophetã hũc nostrũ, quin idẽ omnino sensus, Posteaq̃ enĩ dñs in Exo. & Deute. comminatus est sese in tertiã generationẽ ad quartã redditurũ pœnas, mox declarat, cur nepotes quoq; punierit. His inquit qui me oderint. Hic comminationis seu præcepti scandalum soluitur, significans ideo nepotes puniri, qui imitatores & zelatores patrũ extiterũt quasi ramusculi e corrupta radice nati. Tales fuerunt & Iu-

Quisque ob sua ipsi delicta punietur æternaliter.

Filii cum parẽtibus puniũtur, qñ eorũ delicta imitantur.

Exo. 20.

Mat.3. dæi tempore Christi. Progenies viperarum (inquit Ioannes) quis vobis demonstrabit fugere a ventura ira? Addit Christus Math.12. Quomodo potestis bona loqui, cum sitis muti & .23. apertius. Itaque testimonio estis vobisipsis quia filii estis eorum, qui prophetas occiderunt Et vos impletæ mensuram patrum vestrorum. Serpentes genimina viperarum quomodo fugietis a iudicio gehennæ? Quasi e matrum vberibus fugientes malitiam. Punit igitur deus in nepotibus auorum peccata, quando ii non tam naturam quam scelera quoque ab illis suxerunt. Hic opinor Ecclesia sumpsit ansam puniendi filios præsbyterorum, deinde hæreticorum in quartam generationem, vt vtriusque iuris abunde satis decreta legesque commonstrant. Iam ad textum reuertamur qui sua sponte obuius erit, si quæ præfati sumus nobis non excidunt. **Quid est quod inter vos parabolam vertitis, &c.** Parabola aliud in verbis sonat, aliud sensu tenet (inquit Hieronym.) & vt habet Diomedes est rerum aut administrationum genere dissimilium comparatio. Constat enim parabolis multis scripturæ arcanæ, de zizaniis semête, sinape, itemque & hoc loci, Quid est quod inter vos parabolam vertitis, qua aliud tamen significare vultis, quando dicitis. **Patres comederunt vuã acerbam.** Hac vtemur quoties filii luent, quod patres deliquerunt. Id vsu venit multis. Solent enim parentes plærunque per fas & nefas multas sibi coaceruare possessiones, multa hinc inde corradere, & in aceruum reponere. Verum succedit filius impius, luxu, Veneri, inertiæque deditus, omnem patris substantiam, omnes sudores, tamque anxiæ patrum patrimonium vno atq; altero anno prodigere studet Sic quæ iniuste parta sunt. satis in filiorũ prodigatione vindicantur, neq; enim finit deus inultum iri peccata, aut hic aut alibi suas oportet, si non resipiscas. Laborant hoc morbo negociatores multi etiam nostra ætate. de quorum numero is est, de quo in Ecclesiaste quinto. Est & alia infirmitas pessima, quam vidi sub sole, diuitiæ congregatæ in malum domini sui, pereunt enim in afflictione pessima

Generauit filium, qui in summa egestate erit, sicut egressus

Margin notes:

Vũ sumptũ ꝙ vtriusq; iuris decreta phõrũ hæreticorum q; filios puniant.

Parabola quid Mat.13.

Iob.1.

Eccle.1,

est nudus de vtero matris suæ, sic reuertetur, & nihil aufert secum de laboræ suo. Competit & hoc prouerbii in eos, qui ob parentũ gloriam dignitatem, potentiam, diuitias, fauorem, & alios eiusmodi titulos, ad multa quidem data opera conniuent filiorum parentumque peccata, ac vbi ii satis cesserit, mox Prīcipis iussu oīa diripiũtur bona euertũtur domus, expoliētur & dantur omnibus Hic dētes filiorũ obstupescũt: hic mærent, hic exclamant, Væ nobis miseris de malis exortis progenitoribus. Viuo ego dicit dominus. Hieronimus. Sicuti omnia, ita & hanc locutionem belle, fideliter & pie. 16. Ezeh. interpretatur, Deum ob id viuere scripta t statur, quod suapte natura, ipsissimus viuat, non aliunde sibi vitæ expectanda. Ita & Christus. Ego sum via, veritas & vita Ipse enim solus vita est essentia, vt bonus essentia eit, potens, misericors. Nemo autem absolute bonus nisi solus Deus. Imo comparatione. Dei ne angeli quidem vere viuũt. Nam & in angelis suis repperit prauitatem Et qui seruiunt ei, nō sunt stabiles ait Iob Vbi vero instabilitas, vbi non est vitæ per se subsistendi ratio, sed inconstantia. Quod igitur angeli viuũt, aliunde, nimirum a Deo, habent. De hominibus vero, manifestum est ex Dauide Quis est homo qui viuit, & non videbit mortē? Vnde & Paulus & primæ Timothe. sexto Qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessam. Solus itaque vita dicere potest. Viuo ego dicit dominus. Id est a meipso viuo, ac subsisto. Sunt quidem alia, sed ea tenus, quatenꝰ a me & esse & viuere & operari participiant. Eo pertinet, quod in Ioanne ait: Nisi credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro. In omnibus rebus citra Deum productis, licet reperire fuit & non est, vt Augustinus habet, in solo Deo. Sum qui sum, & qui est misit me. Ergo Paulus: Ipsi peribunt, tu aũt idem ipse es. & anni tui non deficient. Præterea. Viuo ego dicere Deus potest. Nam viuorum Deus est, non mortuorum. Ego inquit, sum Deus Abraham, & Deus Isaa, & Deus Iacob, non est deus mortuorum, sed viuentium. Et alibi in Psalmis: Placebo domino in regione viuorum. Viuorum regio ea est vbi Deus suam gloriam non iam pertranseam, sed perpetuo osten-

Deũ cur scriptura dicat viuere.

Ioan. 14

Iob. 4

Psal. 88

Ioan. 8

Hebr. 1

Matt. 22

Psal. 114

Dormire ac quiesce re in domino quid.

tat. Quicunque in hac degunt, viuũt, etiam si mortui si dormientes dicantur. Dormire in domino quiescere est. Quiescere vero non est stertere, non sudare, non ægrotum esse non esse sitibundum, neque infirmum, neque ignarum, sed id esse quod Deus est, id esse vero. vitam lætitiam perpetuam item in Deo requiem significat, multoque aliud esse est, quam illud, quo miseri mortales viuimus. Mortalium enim vita volubilis est, & pendula, nihil in hac integrum, nihil stabile. Ipsi peribunt, inquit, & alio in loco Paulus

1. Cor. 7

Præterit enim figura huius mundi, Vmbras habet, non honorum, sed malorum, sed rerum inanium & caducarum. Neque igitur hæ vmbræ vere viuunt, neque in iis agentes subsistunt reipsa, sed magis emoriuntur, simul atq; in lucem æditi fuerint. Nouerca nobis, non mater, quæ seruet natura, dicenda est. Vbi vero adepti erimus veram vitam, Tum

Apo. 7. & 21.

absterget Deus omnem lachrymam, omnes singultus, fletum: omnem denique rerum permutationem ac vicissitudinem agente, & id operante eo, qui est, qui erat & qui venturus est. **Omnes animæ meæ sunt. Quomodo anima patris. &c.** Hoc intelligit Hiero. iuxta creaturam non iuxta meritum. Neq; enim vlla creatura ab alio, quam eo, qui vita est essentia, vitam habet, Scilicet hic meam pronunciare sententiam, ita mihi Ezechiel videtur intelligendus. Omnes animæ etiam si ex æquo in manibus meis positæ sint, vt interfici ac viuificari per me, pro arbitratu meo possint (nam quis est qui voluntati meæ resistere possit) nolo tamen me sic crudelem existimetis, vt vllum citra demeritum interficere velim hominem. Nolo enim mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat Nolo igitur vt id mihi imputetis prouerbii, quod apud vos inuulgatum est. Patres vestri comederunt vuam acerbam, nostri dentes stupent. Quum vnum quanq; sua comitabuntur peccata Sentiet enim quisque suum onus & pondus, & damnationem Hoc est quod mox infert **Anima quæ peccauerit ipsa morietur.** Non abolitione substantiæ, sed ex eius consortio, qui dixit: Ego sum vita. Moritur enim quicunq; non fecerit voluntatem domini, qui transgressus fu-

Ioan. 14

rit diuina iussa. Sic mortuus est Adam simul atq; ex prohibito ligno edit. Quacũq; enim die comederis, morte morieris. Id est, orbatus eris gratia Dei ac fauore, donec resipiscas ac per me ad vitã redeas. Ego enĩ sum vita, Qui ouibus meis abundantius vitam administro. Moritur autem aĩa, si separauerit seipsam a deo, si sibi ipsi mortem, prauis facinoribus consciuerit, non quidem substãtia, nec re ipsa, sed voluptate, sed iucũditate, sed fœlicitate, sed dei fauore. Omnibus enim iis seipsam priuat q̃ peccat anima. Huc spectat quod toties in Euãgelio repetit eos viuere, neq; mori qui in se credunt. Omnis qui viuit & credit in me non morietur in æternum. Et iterũ. Amẽ amen dico vobis qui sermonẽ meũ seruauerit, mortẽ nõ gustabit in æternũ. Eo pertinet & illud: Amẽ amen dico vobis, quia qui verbũ meũ audit & credit ei qui misit me, habet, vitã æternã, & in iudiciũ nõ veniet scilicet cõdemnationis, sed transiet a morte ad vitam. Et illud, Si quis mãducauerit ex hoc pane viuet in æternum. Hæc est illa vita, q̃ manifestata est nobis, qua si viuamus, nostra vita abscõdita est cũ Christo. Ad hanc anhelare, hãc expetere hanc desiderare, hanc exquirere perq; noctes perq; dies debemus. Quærite, inquit DAVID. dominũ, & viuet anima vestra. Et vt vno verbo omnia dicam Qui hãc vitam habet, patrem habet filium habet spiritum sanctum viuificatorem rerum omnium habet. Habet enim in semetipso vitã, eam q̃ vera vita est. Qui vero secus egerit, quam iussit Deus qui Dei præcepta violauerit, quãquam viuat substãtia, neq; ipsa subsistat, mortuus tamẽ & vita gloriæ. Sic vidua quæ in deliciis agit vitam mortua dicitur in semetipsa id est morte secũda Est mors prĩa qua anima diuertit a corpore, cedẽs fatali necessitudine. Sic oĩbus statutũ est semel mori. Est & secũda mors, quæ immortales animas, immortalia corpora perpetuo quidẽ afficit, vrget, punit nũquã tñ occidit, teste Christo. Animam vero non possunt occidere. Qui enim non diligit, manet in morte homicida est. Et omnis homicida non habet vitam in seipso manentem. Id est eã quæ iucũda est vita, non habet in seipsa manentẽ. In fœlicissimus ille est, qualiscũq; sit etiãsi in deliciis videatur trãsigere vitã suã omnẽ. Mori igitur hoc loci, sic accipi-

Gene. 3.

¶ Anima quõ mori dicatur.

Ioan. 11.

1. Ioan. 1.

Colo. 3.

1. Timo. 5.

Heb. 9

Matt. 10

1. Ioan 3

as vt non desinere substam, atque interire rem ipsam existi-
mes, sed bene esse rei, adeoq; optimum esse. Bene esse & fe-
liciter nemo sine peculiari DEI fauore potest. Male esse o-
mnes etiam dæmones sine Dei gratia peculiari & benepla-
centi possunt, sic hunc locum si intelligas, recte quidem &
religiose sentis. **Et vir si fuerit iustus, & cætera.**

Totus hic cathalogus in multas partitur virtutes, paulo
inferius in multa iis apposita secernitur vitia. Quæ si vicis-
sim expandere cœperimus, ingens resultabit liber. Ne ig-
tur tædio qui adiutorio præsentes sunt, afficiantur, vno at-
q; altero verbo Prophetæ sensum explicemus. Dauid ait:

Psal. 33 Quis est homo, qui dies cupit videre, bonos, declinet a ma-
lo & faciet bonum. Facere bonum initio docet Ezechiel:
Si fuerit (inquies) iustus, & fecerit iudicium & iustitiam, i
montibus non comederit &c. is viuet, is iustus erit, is me-
ritum coronamq; reportabit, Quo ad alterum, quod iusti-
tia exigit, declinet a malo, id est a malo culpæ abstineat ne-
si mœchus, nõ raptor, non stuprator virginum. Is que
vita viuet, nec perpetuo, etiamsi tẽporarie, morietur, Hæ
est summa eorum quæ hoc loci tractantur. Iam ad parab-
lam. vt intelligas, quid eam multa verba, tot vicibus repe-
ta velint. Id accipias velim, nunquam perpetua tormen-
manere filios, nisi æmulatores paternorum existant cri-
num. Iungit enim culpa in pœnis, quos in opere iunxit vi-
uentes. Intellige ergo si nõ resipuerunt, si in peccatis dura-
uerint, si vsurã, a rapinis, sursum scortationem, & id gen-
reliqua crimina exercuerint, tum eadem tormenta vtroi-
mansura. Sin vero resipuerint, misericordia Domini e-
quod non sunt consumpti, vita enim viuent, & non mori-
tur in æternum, quantumuis pater, vel mater, valeamus-
liquerit, ob id addit Propheta. Filius non portabit iniq-
tatem patris, & pater nõ portabit iniquitatem filii. Iusti-
iusti super eũ erit, & impietas impii super eũ erit. Si aute-
impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, qu-
operatus est, & custodierit vniuersa præcepta mea, & fe-
rit iustitiam & iudicium, vita viuet, & non morietur Om-
nium iniquitatum eius quas operatus est, non recordabo-
His habes, quibus misericordia suppetat nimirum iis, q

resipiscũt, qui dignos agũt fructus pœnitentiæ, seu filii sint seu parẽtes, & filiorum progenitores, & aui & proaui. Quisquis igitur non volet sentire parentum pœnas perpetuo, is curet, oportet, vt malos parentes non æmuletur, aut certe si æmulatus fuerit, resipiscat. Si resipuerit, nihil est quod auos metuat, quod progenitores pertimescat. Contingit enĩ non semel vt optimi filii, de corrupta massa generentur parentũ. Contra quoq; ex optimis parentibus improbos nasci filios nemo est qui nõ videat. Est enim, mater sit hæretica esto progenitores omnes a religione deflexerint (id quod in præsenti sæculo cernimus, plerãq;) tu si in fide vnius ecclesiæ duraueris, nihil apud Deũ pœnarũ laturus es. Quid enim tibi oberit, si radix sit inutilis, modo tu in fide infractus sis, modo naturali oliuæ, id est Christo, insitus sis? Eris aũt perpetuo, si hunc in te habeas hospitem, si vitã, si cibũ administrantẽ sentias. Hoc est enim: Vita viuet, & nõ morietur. Vita autẽ nostra Christus est, qui per fidem inhabitat in cordibus nostris, idq; perpetuo, si modo ipsi velimus, si nostram vitã illi accommodemus, illiq; feramus acceptam, deniq; si veteris ĩ peccatis transactæ vitæ & pœniteat. Ephe. 3.

☞ Feria sexta post primam dominicam Quadragesime. Ioan. 5.

ERat dies festus Iudęorum, & ascendit Iesus Hierosolymam, & cętera. Declaraturus est suam authoritatem Christus miraculo insolito, idque sub diem festum Pentecostes, quo frequentior erat populus Hierosolymæ, atq; id primo loco, continet hæc lectio. Secundo vero loco, Iudæorum supercilium, maxime vero Pharisæorum, confutatur, falsa religionis specie turgentium, idq; per eum, qui sanitati restitutus est. Qui inquit me sanum fecit & cætera. Primo itaq; temporis declaratur opportunitas, nam sub diem festum Pentecostes, quo omne masculinum tenebatur apparere coram domino. Ter enim in anno id decretum obseruare cogebantur viri. Paschæ Pentecoste & Scenophegiæ, seq; ad templum omnium augustissimũ, & celeberrimum conferre. Huc igitur sese con-

tulit CHRISTVS, parum vt legem probaret veterem, pa
tum vt suam in celebriore hominum conuentu authorita
Psal. 39 assereret, iuxta illud: Annunciaui iustitiam tuam in eccles.
magna, id est, sub celebri populi conuentu, Simulq; hoc lo
Verbum ci docens, Dei verbum non angulis, nec crypticis hæreti
Dei publi corũ prostibulis, sed palam omnibus coram prædicand.
citus esse Quod enim in aure locuti estis, prædicabitur in tectis. S
p̄dicandũ Petrus in plena hominũ cõcione pręclicat, arguitq; iuda
perfidiæ idem Paulus, idem cæteri Apostoli. Hoc est quo
Psal. 88. Psal. 88. continet: Confitebuntur cœli mirabilia tua dom
ne, etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum: & ite
Ibidem. DEVS qui glorificatur in consilio sanctorum, magnus
terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt. Cœlor
nomine Apostolos intellige & ecclesiæ doctores cum v
tum doctori fulgentes, qui dei miranda opera, adeoq; e
gelicæ legis potentiam tũ cõsilio, & in sanctorum conu
tu elucidant. Secus agunt, quibus cum veritate pugna e
Hæretici, ii latebras quæritãt, in angulis latitãt, suaq; d
mata, nõ oĩbus ĩ cõfesso, sed suis catulis clãculario ĩcul

Erat autem Hierosolymis probatica picina, &c.

Quæ Hebræis dicitur Bethseda &c. quasi dicas domũ pe
lē. Probatica locus est Hierosolymis, sic dicta authore H
rony. quod sacerdotes hostias immolandas, illic abluere
lebant. In eo lacu seu probatica, erat natatoriũ ad lauand
seu lauacrum, vt scribit Cirrillus, cuius aquã die Pẽtec
angeli de cœlo descendentes mouebant, & huius motio
sonus, adesse ipsos ad sanctificandũ aquã significaba
quã enim destitit Deus præsto esse filiis Israel ab eo tẽp
Deus nun quo semẽ pollicit⁹ erat Abrahã, vsq; ad id tẽporis quo h
quã Israe- fœlicissimũ semẽ exhibitũ est, Primũ egrediẽtibus de Ae
litis defuit pto, suã præsẽtiam variis signis testatus est. Dein per lo
quod nõ p̄stitit, pq; Mosen, & Aarõ? Rursus per Heliã
3. Reg. Helisæũ multa beneficia eaq; rara, & insolita p̄stitit po
lo alioqui ĩgratissimo. Postremo die Pẽtecostes, sub Chr
tẽpus angelum mittit, qui turbaret aquam, & sanaret e
qui primus intraret, post aquæ motũ. Quare si Chrysos
dimus, baptismi efficacia iã iãsper Christũ designãdi sig
cabatur. Vt eĩ hæc probaticæ piscinæ aqua neq; suapte

ra sanabat omnes, alioqui non certo die neq; certo tempore, sed semper & ex æquo oēs descendentes sanasset, ita etiā baptismi Sacramentum non alios sanat, quam eo qui remoto obice, certa fide accedunt, neque passim quælibet aqua sanat, sed ea quæ ad vsum sanctificata est, potissimum tamen ea, ad quam accedit verbum. Sic enim habes ex Aug. Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. Testatur id quoque Christus: Nisi qui renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire regnum. Tres enim sunt qui testimonium dant in terra, aqua, verbū, & spiritus sanctus. Et ii tres vnum efficiunt id est purgationem animæ a peccatorum sordibus. Neque igitur aqua solum, neque verbum solum, sacramento efficaciam præstat sed si adhibeantur ad vnum effectum producendum. Accessit enim angelus & mouit aquam, deinde sanabatur vnus. Nam vnus est Deus, vna fides, vnus baptismus, non plures. Neque enim iterabile est hoc sacramentum, vt cætera iterari possunt, semel legitime adhibitum perpetuo sui characterem ac imaginem imprimit. Igitur vnus sanatur Quo nomine vnitatem sacramenti intelligas. De hac sancticicationis ac expiationis aqua Ezechiel quoque testaturi, quod e latere dextero templi egrediebatur, & quotquot ad has venerunt sanabātur & viuebant E dextro enim latere Christi in cruce pendentis, exiuit sanguis & aqua, in remissionem & ablutionem peccatorum nostrorum. Hinc enim baptismus, suam efficatiam sumpsit. Quod vero omnes sanabantur & viuebant, ad quos inundabat torrens, intellige, de iis, qui fide non simulata accedunt. Oportet enim accedentem credere verbis, oportet deponere obicem. alioqui parum illi sacramentum externaq; larua profuerit, qui perpetuo languebit, & infirmabitur. Porro si allegoriā queras, quinque porticus legem adumbrant secūdū Augu. quibus popul⁹ ille cingebatur, iacebat in iis multitudo languentiū Nam neminem ex integro sanabat lex, imo lex occidebat, monstrauit q; morbū, sed nō contulit plenā, sanitatē, sanabatur vero vnus, adueniente Christo, qui medetur lāguores nostros, qui sanat contritos corde & alligat oēs cōtriones eorū. Euntes inquit, discite quid est m̄iam volo, & nō sacrificiū. Nō enim

Quæ sacramentū baptismi efficiant.

Ioan. 3

1. Ioan. 5

Ephe. 4

Eze. 47

Neminē sanabat lex.

Matth.

qui sani sunt opus habent medico: sed qui male habent. Ip-
se enim est seruator, qui saluum faciet populum a pecca-
eorum Tam diu igitur in iis porticibus iacebant mi-
Christo abséti, qui qualesq; simus? donec Deus opt. max. sua pro clementia, seruatorem mitt-
ret CHRISTVM, verum illum Samaritanũ qui, & vi-
& oleum vulneribus nostris infunderet, nostrosq; langu-
res ipse ferret, ipse curaret. Hoc absente, claudi sumus a-
fectibus, cæci sumus ignoratione veri & optimi boni, a-
di quoque, & ad omne opus bonum reprobi. At vbi se n-
stris accommodat imbecillitatibus, vbi nostras inuisere p-
ticus studet, iam prope est verbum, quo sanamur om-
Rom. 10 Hoc autem est verbum fidei. Ore enim confessio fit ad
lutem. Id enim exigit Christus, vt te infirmum, te claudu-
teque confitearis ad omne opus bonum, reprobum, cu-
tiam, vt resipiscas, vt erigas tollasq; te in pedes, quibus m-
datorum Dei viam incedere possis. Qui prior desc-
disset. &c. Vt allegoriam obseruemus, aqua, Pentecos-
festo mota, gratiam diximus significari spiritus sancti, q-
cordium nostrorum immunditiæ abstergendæ erant. Eff-
Ezec. 36 dam, inquit Deus, super vos, aquam mundam, & mũda-
mini ab omnibus inquinamentis vestris. Quod vero p-
post turbationem aquæ descendens sanatur, ad ratio-
Exo. 13. respicit primogenitorum, quandoquidem in Nu 3. dici-
Primogenita Xpo debetur. Meum est omne primogenitum, & Exo. 13. Sanctifica-
ni omne primogenitum, quo instruimus omnia primoge-
ta iure æquissimo ad Christum pertinere, non tam quia
te omnem creaturam primogenitus & vnigenitus æt-
patris filius, iuxta illud Ego primogenita ante omné c-
turam, quam quod suapte potentia, primitiæ fuit resur-
Psal. 88 tium. Igitur Dauid: Ego primogenitum ponam illum,
Rom 8 celsum præ regibus terræ. Et Roman. 8. Et ad Col. 1. Et
Col. 1. se est caput corporis ecclesiæ, qui est principium primo-
nitus ex mortuis, vt sit ipse in omnibus primatum ten-
Porro vt ad rem nostram hæc referamus, Turbatio-
aquæ, angelorum virtute factam, baptismi gratiam dixi-
significare. Atqui vt omnia mysteria veteris testamen-
vnum Christum referenda erant, ita & huius aquæ

ctiua illa vis eum sanans qui prius ingrediebatur. Christus enim plenitudo legis, summa mysteriorum, summa totius Euangelii ac omnium noui instrumenti sacramentorum. Iure igitur optimo, huic primogenita debentur, quando ex hac solo salus omnium expetenda sit. **Erat autem quidem homo ibi. 30. & octo annos habẽs, &c.** Diuturnitas morbi simul & patientis constantia significatur, tamen etiam docemur hunc non casu neque fortuna, tot annis morbo affectum, ac ægritudinem dilatã, sed Dei voluntate sic dispensante, vt nobis innotesceret & Dei seueritas in languendo homine sese vlciscens, & nihilominus animi constantia qua omnia vt potuit patienter tulit. Iam cum omnia ad nostram doctrinam scripta sint. Rom. 15. consequens erit, & huius languidi infaustum valetudinem esse nostrum exemplar, quo nostras cruces & omnes item afflictiones non iam vno anno, sed toto æuo feramus, Id si prestiterimus, nõ deerit olim Christus, nostris excitus singultibus, non aberit præsidium cœlitus, si toleremus. Sicut inquit Paul. abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum consolatio abundabit. Et sicut socii sumus passionum, ita erimus & consolationis. Hoc est quod subdit Euangelista. **Hunc cum vidisset Iesus &c. Vis sanus fieri?** Recte inquit Dauid. Misericordia eius præueniet me. Præuenit enim vt velimus, subsequitur vt possimus inquit Aug. Qua re sua immensa misericordia declaratur sic omnibus obuia, sic omnium vota & preces preoccupãs, testatur sua ipsius per Esai. 65. voce. Erit antequam clament ego exaudiam, adhuc illis loquentibus, ego audiam. Igitur hoc verbum, consolationis plenum, æternum ob oculos ponamus, quo Abacuck. 2. dicitur. Adhuc visus procul, & apparebit in finem, & non mentietur, si moram fecerit expecta illum, quia veniens veniet & non tardabit. Expecta igitur dominum, viriliter age & sustine labores, patere incommoda, patere & rerum, & corporum, & famæ quoque dispendium, si emendare nequiueris. Videbis auxilium domini, breui super te. Interim exclama, & dicito: Veni domine liberare populum tuũ placere domine, & fac.

2. Cor. 1

ps: 58
Mĩa Dei.

Esa. 65

Abacuck. 2.

Præstolatio.

Quod vero Christus interrogat, nõ ignorantiæ est, sed sti-
mulus quidam nos excitãs, nosq; inflammans, ad Dei fa-
Psal. 45. rem precandû, fatetur id Dauid. Molliti sunt sermones
Cantic. 5 ius, & ipsi sunt iacula. Et item in Canticis, Sponsa. An-
mea liquefacta est, vt dilectus loquutus est. Vox dilecti
pulsantis, aperi mihi soror mea sponsa. Quem non con-
terent, quẽ non mouerent hæc ardentissima desideria? V
sanus esse? potissimum si miseriam spectes propriam, sin
ipsius imbecillitatem perpendas. Quis enim non deside-
magis corporis ad totius hominis sanitatem, quam to-
vitæ annos in miseriis degere, variisq; morbis affici, &
tandiu affligi modo huc modo illuc ob ægritudinis acer-
tatem agi, impelli? Nemo est quem non emolliat, vis sa-
esse nisi qui propriæ imbecillitatis ignorans, seipsum n
inhabitat. Mollitur cor nostrum atque sauciatur porro
ad pristinam sanitatẽ redeat. **Domine hominem n**

habeo &c. Dum enim venio alius ante me de-

dit. &c. Perinde atque diceret: Equidem velle adiacet m-
sed perficere non inuenio. Non deest quidem volun-
nec deest spes recuperandæ sanitatis, etiam si tot annis
misere lecto affixus sim, tamque graui morbo affe-
Semper enim hoc optaui, hoc omnibus meis votis a
posui, quanquam spe hactenus frustratus, humanum
solum defuit præsidium, quod præstolor miser. Atqu
duo obseruabis Principio infirmam egeni hominis fi-
Infirma paralytici fides eiusq; charitas quam concœperat ex compellatione Christi tam blan-
tamq; benigna, quamq; nescierit esse seruatorem Chri-
Solet enim quasi ignotus aliquando se Christus inf-
insinuare, vt fidem augeat & desiderium accendat,
su venit duobus illis discipulis in Emaus euntibus.
stantur hoc ipsum plenis vocibus Nonne cor nostrum
dens erat, &c. Secundo: Charitatem quæ patiens est n
rum, neq; irritatur, neq; inuidet, vt habet Paulus. La-
dus enim, non accusat, alios neq; conuitiatur, neq; ma-
Luc. 24 cit iis, qui sese præueniunt, sed mœrens, atq; candide
1. Cor. 13 & citra contumeliam aliorum narrat, quod præueni
ab aliis, suam imbecillitatem confitens. Fœlix hæc co

sio,&vtilissima quidem,qua commeruit auxiliũ deitus sibi impendi. Domine hominem non habeo,miser totus sum,& omni humano destitutus præsidio si tu quicquã vel cõsilii, vel auxilii habes,mihi ter misero succurras. E quæstiõe tua subõdorari licet,nõ vanũ esse hãc cõpellationẽ tam amicã. tãq; blãdã. Surge tolle grabatũ tuum, & ambula. Hoc est charissimi,quod toties dixi,toties sacris literis probaui,neminem videlicet,sine assensu liberi arbitrii consequi salutem. Surge,inquit christus,Id est erige aures,manus,pedesq;,deserto infœlicissimo,in quo hactenus laborasti, statu. Id tu vero facis,si quãdo te gratiæ tam liberaliter oblatæ accommodes,si e cœno porcorũ surgas. Audis enim quam te compellat Christus ad surgendum misericorditer: Pulsat vt aperias,vt fores,repagulaq; reseras Ego sto ad ostiũ, & pulso dicit in Apocalypsi, Sic & Paulus. Surge qui dormis, exurge a mortuis,& illuminabit te Christus. Nemo est, qui se excusare possit,qui dicere audeat. Surgere nequeo, nam pedes manusq; cõstrictæ sunt. Qui igitur surgam? Cũ hoc prætexis,longo interuallo a scopo aberras. Si enim porro impossibilis esset e peccatis ad gratiam reditus, nunquam sic compellaret te Christus. Neq; enim vel stultus est vel tyrannus,aut certe tam stupidus vt ignoret,quid possis,vel id exigat.,quod nequeas,Offert gratiã vt possis, quod monet, præuenit misericordia domini voluntatem vt exequaris: Igitur perditio tua ex te erit nisi euestigio surgas. Grabatum, status est peccati,cui si incumbere mauis,nõ deo monitori, sed inertiæ tuæ imputãdũ, Verũ deserendus est hic miserrimus status vt ambulare queas,vt opera exercere valeas vitalia id est,vitæ æternæ digna. Ad hoc enim nos vocat Christus,ad hoc in sortem domini delecti sumus. Ego, inquit,elegi vos de mundo,vt eatis,& fructũ afferatis,& fructus vester maneat Idem fere Romano.decimotertio, monet Paulus,vbi noctis tenebras,nempe comessationes, cubilia, ebrietas, & id genus alia primum abiicienda esse docet,deinde vt in die honeste ãbulemus. Neque enim ante honeste ambulare,nisi prius omnem turpitudinem abiecerimus,possumus. Vides vbiq; locorũ,penes te esse nõnihil,quod a te deus exigat id

Nemo sine assensu liberi sui arbitrii saluatur.

Apoc 3.
Ephe. 5.

Deponenda est peccatorũ sarcina.
Io 15.

Rom. 13

est, cooperationem gratiæ seu assensum. Si enim assentire non possis momenti, nunquam si blande cohortaretur Christus. Surge, scilicet per voluntatis conatū, tolle grabatum, id est desere peccati statū, in quo seu grabato incubuisti, ambula viam domini & mendatorum. Hæc enim est via, inquit Esaias, ambulate in ea. Hoc & alibi præcipit Paulus, Spiritu ambulare, & desideria carnis ne perfeceritis. Humo qui non surgit, ambulare, nemo incedere potest surge igitur, vt dei viam, quæ virtutis est, incedere possis.

Esa. 30.
Gal. 5.

Et statim sanus factus est. Hoc mandato Christus miraculum celebrius reddit. Primum enim præcipit ferre grabatum, vt omnibus manifestum fiat, eum vere sanatum. Nam nisi membra firma & robusta facta fuissent, non tulisset lectum, declarat vero potentiam suæ diuinitatis, quæ neque temporum interualla, neq; mortales obseruat, statim inquit hoc medicorum arte non potest fieri, vt omnibus membris destitutus in pristinæ vitæ statum ad vocem iubentis, restituatur. Mora indigent medici. Cæterum si allegoriam spectemus, dicamus: tunc nos sanitati restitutos, si e peccatis surgamus, si ambulemus de virtute in virtutem, si opera vitæ exerceamus. **Erat autem sabbatum,** Hinc sibi insaniendi in Christum ansam arripuere Iudæi.

Allegoria

Sabbatum inquiunt est. Non licet tibi tollere grabatū. Hoc est quo excerbati sunt, adeoq; indignari aduersus veritatem. Proinde, si intus spectassent, quid sabbati nomine deus significare voluit, multo maxime probassent miraculum ferias perpetuo vult nos agere deus, perpetuoque sabbatissare, vt ita dicam, a peccatis. Hinc tam solenne ædidit de septimo die mandatum, toties repetitū. Exodi vicesimo Sex diebus operaberis & facies opera tua. Septimo autem die sabbatum domini dei tui est, non facies omne opus in eo. Et Hierem. 17. Hæc dicit dominus, custodite animas vestras, & nolite portare pondera die sabbati. Exod. 31. Videte vt sabbatum meum custodiatis, quia signum est inter me & vos in generationibus vestris. Quo colligimus. Sabbatum perinde atque reliquas veteris testamenti cærimonias vmbram esse signum rerum verarum, quibus præsentibus

Quid sabbati noīe significetur & qd in eo vel licitū vel non licitū sit operari
Hier. 17.
Exo. 31.

id maxime curandum, quod potissimum intendit legislator. Sabbatum vero, quatenus vmbra est, vetuit externnm, ac manuarium opus, quatenus veritas, nullum p ccatum (quod vere seruile opus est) permittit facere Ideo hunc diem ceu peculiarem deus consecrauit, eoque requieuit, significans nobis perpetuo quiescendum esse, & feriandum a peccatis, vt videlicet a sabbato in sabbatum transferri possimus A sabbato gratiæ, quo omnia peccata mortua sunt, in sabbatum gloriæ filii dei Esaias sexagesimo sexto. Erit neomenia ex neomenia, sabbatum ex sabbato. Ex hoc perpendissent Iudæi, alterum quendam Sabbatismum. multo celebriorem & sacratiorem a nobis agendum, quam nunquam CHRISTVS profanauit. Neque enim peccatum fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Sed homines cæci, nec fidē nec charitatē habuerunt, fide erga CHRISTVM destituti erant, charitate erga proximum. Esa.66.

Sabbatū est, non licet tibi tollere grabatū, &c. Mentiebantur, nam ea quæ in dei gloriam cedebant, qualia fuerunt holocausta, victimæ, quibus etiam sabbato sacerdotes diuinam reconciliabant fauorē licuit facere, multo magis tollere lectū, nō erit prohibitū. Vides hic impios ex dei mirabilib⁹ obstinatiores reddi, vt in Pharaone patet Exo. multis ī locis

Respondit eis, qui me sanū fecit, is mihi dixit. Id est, debeo illi obedientiam, quia tanta potentia vsus est, vt me integrum restitueret, solo verbo. Cui parendum mihi est qualis, qualis sit Quod vero hunc ignorarit, quis esset. nemo miretur. Valetudinarius enim erat, nec fama apud hunc increbuit multa de Christo. Quo ingentem Dei erga nos misericordiam perpendimus, vt verum sit quod ait Esa. 65. Inuenerunt mē qui non quæsierunt me Dei enim beneficentiā nostrā cognitionem præuenit, id quod in hoc paralytico claret: præuenit & dilectionem nostram, vt Ioannes testatur: non quasi nos dilexerimus Deum, sed ipse prior dilexit nos. Postremo nostrum officium atque obsequiū præoccupat, id quod Paulus testatur Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos sed secūdum magnā miam suā &c. Esa. 65. Deus nos cognitiōe & dilectione pūeunit. I Ioan. 4. ad Tit. 3.

IESVS declinauit a turba. Cur ita? quia (vt ait Pro. 27.

Salomon) Grauis est lapis & ponderosa arena, vtroq; grauior & ira stulti. Quanquam igitur Christus omnes aduer-
Iratos docet esse declinādos. sarios verbo perdere potuisset, exinaniuit tamen sed ad extremam ĩpotẽtiam, ac subduxit clāculum a turba: nō quod timeret, sed vt exemplo eius discamus non tentare DEVM, & declinare impiorum insaniam, donec aliquantulum ita deferuescat. Sed quo declinauerit, mox indicat. Inuenit enim sanatum in templo. Concedendum igitur est in templum orationis, & contemplationis gratia, declinanda turba, & malorum hominum consortia, siquidem conditoris gratiam cognoscere si animum ad diuina corri-
Chrisost. pere volumus. Vnde tam Christus, quam curatus ille vterq; in templum secessit, non ad nundinas (inquit Chrysost.
Notãtur sacrarũ ædiũ cõtẽptores. neq; voluntati, aut negligentiæ se dedit, sed in templo diuersabatur, quod maxime religionis & pietatis est signum. Contra plæriq; agimus, qui frequentiores ad spectacula ad forum, ad diuersoria confugimus, quam ad ædes sacras.
Allegoria Quo fit vt neq; sani neque integri simus. Si allegoriam petas habes, & aliud templum, in quo obambulādum tibi cū
2. Cor. 3.
ps. 110. Iesu. Nempe cordis. Nescitis quoniam corpora vestra templum sunt spiritus sancti? & Dauid: Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ. Hoc ingreditur Christus si quidã te intus domiq;, non foris offenderit. Consiste apud te, quæue recta, aut perperam ædibus tuis aguntur, diligenter perpendito. Tibi enim de te ratio reddẽda est, deque custodia propriæ, non alienæ conscientiæ, nisi
Bonis & malis cur mala inferantur. & aliis prælatus sis. Ecce sanus factus es. &c. Ex hac domini sententia discimus, afflictiones sæpius propter peccata oriri. Vbi scias duos esse genera hominum, qui affliguntur non semel præsentibus malis. Primum eorum est
Gene. 4. qui innocentes sunt, qualis fuit Abel, Ioseph, Iob, His affli-
Gene. 39. ctio omnis, purgatio est reliquiarum, aut certe probatio
Iob. 2. dei, qua declarat se charitate affici erga tales. Quem enim
Prouer. 3 diligit deus corripit, & flagellat omnem filium, quem reci-
Heb 12. pit. Et Sapiens: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Ex hoc numero fuerunt illi, de
Heb. 11. quibus Hebre. 11. Tentati sunt, secti sunt, in occisione gla-
Sap. 3. dii mortui sunt. Et illi, de quibus. Sap 3. Et si coram homi-

nibus tormenta passi sunt: spes illorum immortalitate plena est. Tanquam in fornace probauit illos, tales fuerunt & martyres omnes, & multi viri euangelici, multis incommodis & afflictionibus expositi. Quos imitamur, si propter iustitiam patiamur, vt inquit Petrus, id est, si iusti, si pii, si obedientes Ecclesiæ filii fuerimus. Tunc enim si quid patiamini beati. Alterum genus, eos cõplectitur homines, qui flagitiosam deducũt vita, qui hæresi, qui cæteris portẽtuosis vitiis diuinã in se vindictã exigũt. Quo ex numero, hic videtur fuisse curatus: alioqui non dixisset CHRISTVS 1.Pe.2.

Vade, amplius noli peccare, ne deterius tibi cõtingat. Quasi diceret: Sanitati pristinæ restitutus es, depulso corporis morbo, quem tibi ex animi labeculis contraxisti: sustuli vtrunque malum, quandoquidem dei perfecta sunt opera: ob id inferius paulo dicitur: Totum hominem in sabbato sanum feci. Caue igitur posthac, ne recidens in pristina peccata, grauius aliquod malum tibi accersas. Solent enim iterata peccata hominem reddere ad resistendum imbeciliorem exaggerare culpam, Deum reddere implacabiliorem, addere proinde diabolo calcar, quo manis impetat nos, & quod quidam ait: Peccatorum frequens irretario inducit peccandi consuetudinem, quæ fert in naturam conuertitur, nisi mox abolita fuerit. Minuit & concupiscentiæ vermiculum, cuius est reluctari, reclamare vitiis. Postremo afficit, & erga omne bonum nauseationem Desipit enim omnis virtus, & honestas, & integritas hominis vitiis assueto, vt lucet in Iudæis cernere. Anima, inquiunt, nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Hoc est, ingratissimum omnium genus, quod dei beneficia neque agnoscit, neque veneratur. Quin quo maioribus afficitur, eo magis insolens redditur. Hinc diuina ira desæuit plærunque in homines vsqueadeo vt simul cum impiis & iusti periclitentur, Sic dauid: Multa (inquit) flagella peccatoris. Et Moses: Quod si non audieris vocem domini dei tui vt custodias & facias omnia mandata eius, &c. sequitur Percutiat te dominns egestate, fame, pestilentia, hulcere Aegypti, amentia, cæcitate, &c. Eo modo pharao percussus, sic Antiochus, sic Herodes, & plærique omnes, quisuis

Iterata peccata quæ ma faciunt.

Num. 21.

Psal. 31.

Deut. 28.

exo. 9. 10.

1 Mac. 6.

Act. 12.

peccatis diuinam in se vltionem prouocant, Quicquid enim mali patimur, peccata nostra meruerunt. Merentur peccata nostra hæreses, vt manifesti fiant qui probati sunt merentur pestilentiam, & varia morborum genera, vt immodicus ciborum vsus tollatur: merentur & alia innumera incómoda: maxime vero si viam veritatis agnitæ, hæreticorum more deseramus. Si in idem impietatis & sceleris recidamus, a quo nuper liberi, per Dei gratiam euasimus. Merito igitur nobis ob oculos ponenda est monitio Christi: Vide amplius ne pecces, ne deterius tibi contingat. Satis enim uobis debet esse, & heus plus satis, semel insanisse.

Peccata pœnā merentur.

Abiit ille, & nuntiat iudæis, & cætera. Chrysostomus existimat non malitia, sed simplici ex animo Iudæis renuntiasse IESVM esse, qui se sanum fecerit, Neque enim aliud fecit, quam nomen medici, & beneficium præstitum recensuit. Quod quilibet tenetur, etiam Iudæus benefactori, quanquam hinc Iudæi magis, magisq; efferuescerent, ac niterentur columnias extruere. vt dicit Euangelista Proinde & nos dei beneficia perferre omnibus rebus debemus. Deumq; magnificare, maximopere etiam cauere ne in eadem recidamus peccata, satis enim sit semel fuisse infœlicem. Non addamus tertiam aut quartam vicem, id enim miserrimum est.

Chrysost.

Sabbato post primam dominicam quadragesimæ. matth. 17.

Post dies sex, assumpsit IESVS Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & ducit illos in montem excelsum seorsum & trāsfiguratus est ante eos.

Incidit huius euangelii lectio in sabbatum illud, quo ieiunium quatuor temporum (vt vocant) celebrari consueuit, nec id iniuria, mea quidem sententia. Nam ea quæ ex lege, hodie nobis a choro ecclesiastico pronuntiantur, ac decantata sunt nó admodū dissident, neq; ab euāgelica sententia abhorrent. Declarat enim suam Christus hodie paucis coram maiestatem declarat, & ceu per transcursum monstrat

futuræ gloriæ dignitatē, excellentiam. Testatur & paterna vox, hunc esse filium, qui merito audiendus sit, adsunt tum Moses, tum Helias familiarius cū CHRISTO conferentes, Auxerunt hæc vniuersa, fidem in apostolis, roborarunt & nutantes alioqui conscientias. Quo factū est, vt consolari, ac firmiores apostoli e vertice montis descenderint, quanquam hactenus carnales fuerunt, minimeq; altioribus & abstrusioribus rebus assueti discipuli. Proinde non admodū abhorrent hæc ab iis, quæ ab hoc ipso quoq; die a Mose decantata sunt. Quanquam non in Mosen, sed in CHRISTVM, inq; patrē illū cælestē iusti⁹, quæ sequūtur, dici possūt Dixit (inquit moses, Deu.11.) filiis Israel Si custodieritis mandata, quæ ego præcipio vobis, & feceritis ea, vt diligatis dominū Deū vestrū, & ambuletis in omnib⁹ viis ei⁹, adhærentes ei, disperdet domin⁹ De⁹ oēs gētes ante faciē vestram, & possidebitis eas, quæ maiores & fortiores vobis sunt. Nō hic existimes crassum illum Mosen loqui, sed eū qui hoc multo præstantior est CHRISTVM. Is enim loquitur Israelitico populo, id est, fideli, oēm spem in se collocantis, Si custodieritis mandata mea, qui videlicet nō tā in monte Synai, quā in vertice mōtis Tabor, vobis dedi, vobisq; præscripsi, si quidē hæc vniuersa præstiteritis, veri discipuli mei eritis, adero tū etiam vobis aduersus quaslibet gentes, auxiliatricesq; copias feram vobis. sicq; vestro nomine pugnabo. vt olim omnibus superiores sitis euasuri. Iusti⁹ igitur in Christū (quē vt audiamus præcipit cœlestis ille pater) hæc conuenit, quā Mosen, vox. Si custodieritis mandata mea. Itemq; vt diligatis Deum, id est, non verbo solum ostendatis vos diligere Deū, sed opere, & veritate, vt Ioannes præcipit. Si igitur (inquit Christus) diligitis me, mandata mea seruate, Et iterum: Qui diligit me, sermones meos seruat. Tum enim diligimus Deum recteq; ac pie affecti sumus ad eum, si quæ iusset, rebus factisq; declaremus, Ferax enim est dilectio operum proinde nisi rebus, factisq; declaretur, ficta est, simulata est ac hypocritica est, Adiecit ob id Moses, vt ambuletis in viis eius, adhærentes ei. Neque igitur qui per deuia quæq; aderrant, qui ambulant vias difficiles, qui post concupiscentias suas habeunt, qui in omnem libidinem se-

Deu.11

1.Ioan.3

Ioan 14

Dilectio Dei vera ferax est bonorum operum.

se effundunt, diligũt Deum, neq; venerantur. Quo sequitur necessium est, quotquot eiusmodi sunt possessionem terræ promissæ minime assequuturos. Nam non extente conditione (inquiunt iurisperiti) inualidus est contractus, ac pollicitatio conditionalis. Præmisit autem dominus manifestariam conditionis notam. Si (inquit) custodieritis. Et, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Iam nisi mandata præstes, neq; vitã neq; gloriam spectabilis in monte eminus commonstratam, sed neque hoc futurum erit quod subdit Moses omnis locus quem calcauerit pes vester, vester erit. Id enim solum præmii manet eos, qui fide, spe, charitateque operosa adhærent Christo. Quorum possessio non in vnum locum relegabitur, sed in orbem terrarum omnium, adeoq; supra omnem terræ, mundiq; huius labentis ac inconstantis globum, vt verum sit quod dixit Moses. A deserto & libano, & flu mine magno Eufrate, vsque ad occidum mare, erunt termini vestri, nullusque stabit contra vos. Qua sententia iudicatur magnificentia & augustissimum futuri illius sæculi & regni, & imperii, dominium, quo regnabunt, & imtrepide perstabunt aduersus impiorum tyrannydẽ iusti. Sap 5. Stabũt iusti in magna constãtia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerũt labores eorum. Hac sua statione incutient omnibus hostibus, quos aliquando in Dei itinere aduersarios habuere, terrorem ac formidinem. Hinc sequitur, Terrorem vestrum & formidinem dabit dominus DEVS vester, super omnem terram quam calcaturi estis. Sunt enim omnibus nefariis hominibus formidini iusti, stupent ad horum fœlicitatem mirenturque subitam rerum fortunæque vicissitudinem. Verum quibus meritis his tam præclaris ac magnificis dignabimur promissis? Nullis aliis, quam si custodieritis mãdata mea, & cærimonias, & concilia, quæ ob tui commodum dedi. Atqui hæc præloquutus est Moses, nec dum radiante Euangelio. Quid igitur hoc locatur, audiamus.

Sap:3

Post dies sex assumpsit iesus petr. & Iac. & cæte.

Post sex dies, subaudi, circumactis sex diebus, vel id quod Lucas habet. 9. c. fere octo, posteaquam dixit. Amen dico vobis, sunt quidã de hic stantibus, qui non gustabunt mor-

tem, donec videant filium hominis venientem in regno suo: tum subduxit hos tres discipulos, ceu familiares, & secretorum conscios, seorsum a turba, in æditiorem montẽ, neue porro animum desponderent metu mortis, quam iam prædixit futuram, aperuit illis futuræ gloriæ, quam spectarent, fores, seq; in aliam formam, vt inquit Hiero. non perdens interim pristinam, multo excellentiorem transfigurauit in eam videlicet, qua venturus est iudicare mundum. Miscuit hic CHRISTVS gaudium mœrori, antea enim hortatus erat crucem, quam ne horrerent, pertimescerentq; discipuli, sic mitigat, vt ostendat, quanta gloria hanc sequatur, si modo ob CHRISTVM patiatur. Hinc Paul. Roma. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et item Si compatimur, & conregnabimus. Obserua, quod in montem, adeoq; ab hominum consortio remotum abduxerat Christus discipulos, quos volebat esse secretorum participes, vt declarat siquidem nos futuri sæculi dulcedinem experiri, si a veteri vita respicere, si gratiæ & diuini fauoris participes esse volumus, fugiamus turbam, & tumultuantem mundum. Ita DAVID. Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine Quid aliud fugiebat, quam pauorem hominum mores, consuetudinem? mansit vero in solitudine.

Rom. 8. 2. Tim. 3. Fauor diuinus ĩ solitudine acquiritur

Psal. 54.

Quia, si Hieremiæ credimus. Threñ. 3. Sedebit solitarius, & leuabit se supra se. Sic Moses se, dum legem accepturus esset, a vulgi consuetudine subduxit. Exo. 19. Et Christus noctu solus erat in monte, inque desertis locis. Ita & Franciscus, solitarius frequenter oberrabat, per syluas atq; nemora, quo esset, diuinis adflatibus idoneor. Tum igitur erit ascendere in montem Domini, sed mundo corde, sed impollutis & castis desideriis. Quis enim (inquit DAVID) ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus, & mundo corde. Atqui quos comites habebis? Petrum, qui a fidei firmitate laudẽ cognomenq; commeruit, & Iacobum, qui supplantans vitia interpretatur, ac Ioannem. In quo gratia est Dei peculiaris. His tribus comitatus, conscende montem Domini, ac diuinæ contemplationis verticem transuola id est, vt in fide vnius Ecclesiæ sies firmus, constans, ac infractus,

Trheñ. 3

Mat. 14.

Quos oporteat suæ solitudinis habere comites

aduersus omnes hæreseos adsultus: dicente Petro: Aduersarius vester diabolus tanquã leo rugiens: circuit, quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Accerse subinde Iacobum, vt teipso semper superior ac robustior euadas, nec vnquã vitiis cedas. Genere. 4. Supter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Et Dauid: Beatus qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram, id est, qui primos lubricitatis, & turpitudinis, & cupiditatis obtruncat cogitatus frangit ac pessundat, alliditq; ad petram, quæ Christus est. 1. Cor. 10. Adhibendus est & tertius comes Ioannes, id est gratia diuina, cui acceptum ferre debemus, & fidem nostrã & victoriam ac triumphum. Sic Paulus. 1. Cor. 15. Non ego sed gratia Dei mecum. Et gratia Dei sum id quod sum. Hos iunge in vnum discipulos, iisq; comitibus facile cõscendes ad videndum, quam suauis est dominus, quam mendaces homines, quam fallaces mali illi dæmones. Coniunctos vero oportet, ac sociatos esse, si vincere cupis. Nam vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, de omni re quam petierint patrem fiet eis. Matthæi. 18. Sunt igitur Petrus & Ioannes concordes. Intersit & Iacobus vitiorum & obiurgator, & suppressor: tũ petant in nomine Christi, & factum si quidem salubre fuerit, existiment. Secundo loco, quatenus ad transfiguratum Christum attinet, paucis obseruabimus hanc gloriam, deliberationem quandam futuræ gloriæ fuisse: neq; enim perpetua fuit, neq; diuturna, sed temporalis, sed euanescens. Erat tamen interim gaudii & lætitiæ, & fausti omnis plenissima. Inclaruit enim nomen Christi in monte Thabor, de quo Dauid: Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt. Quod factum hoc loco, nemo est, qui ambigat. Auxit hæc gaudia, spectatus ibi Moses & Helias, & maiestas patris. Apparuerunt enim

1. Pet. 5.
Gene. 4.
Psal. 136
1. Co. 15.
Mat. 18.
Psal 88.

illis Moses & Helias, cum eo loquentes, &c.

Cõfutatur hic eorũ temeritas, qui dicere presumunt. Neminẽ nẽ e mortuis redire ad superos. Quin facilis descensus auerni, sed reuocare gradum hoc opus est, hic labor est. Verum hic habes certis testimoniis etiam noui testamenti, non tam resurrectionem probatam carnis, quam immortalitatem animæ, & spirituum si quando deo collibitum fuerit;

Taxantur q neminẽ e mortuis redire asserunt.

visiones,& apparentiam. Sic & Lazarus resuscitatur, & alii Nō debe-
item innumeri in Euangelica historia,& Apostolicis Actis mus ab iis
excicati leguntur. Quin & Christus hos blaterones sic ob- qui extra
tundit,sicque confutat sua ipsius resurrectione,vt nemo ro Ecclesiam
tundius possit. Visus enim est vndecim,testatus testamētū, sunt,chri-
quod antea cōdiderat,æquissimo a se iure æditū. Itaq; suffi stū q̄rere.
ciāt nobis nō tā illa spectatissima exēpla,quā alia,quæ tem
poris progressu ad fidelium consolationem in Ecclesia æ-
dita a sanctis sunt viris. Habent, inquit Christus, ad diui-
tem epulonem, Mosen & prophetas,audiant illos. Habem⁹
& nos Christiani Christū,habemus Petrū, habemus Pau-
lum: maxime vero omnium, Ecclesiā matremq; nostram, in
qua & nati & educati sumus,huic fidem habeamus. Alio-
qui si pristinam fidem nouis miraculis obfirmari petimus,
metuendum ne nobis obprobret Christus. Generatio pra-
ua & adultera signum quærit,& nullū aliud ei signū quā Io
næ prophetæ dabitur. Roborata est fides nostra cum mira-
culis, tum illustribus viris, tum martyrum sanguine. His
obfirmemus aduersus hæreticos oblatrantes, fluctuantes
conscientias nostras. Proinde,quod MOSES cum Heliæ
apparuere, nec mysteriis vacat. Quandoquidem adfuit
plenitudo legis. Roma. 10. Christus,quæ per Mosen data
est Io. 1. Impleta fuere & prophetarum oracula, quod præ-
sentia Heliæ testabatur. Igitur Christus,vt medius inter le- Io. 1.
gem & prophetas,vt verus legislator,hos fecit, curauitq;
diuina sua virtute esse præsentes, duos præstantissimos vi-
ros. Et legem videlicet perficiens,& prophetarum oracu-
la adimplens. Deinde & hac ratione,vt vtriusq; vaticinia,fi
dem,constantiamq; ac zelum,suis factis verbisq; compro-
baret. Vterque enim zelatus est super populi errata, vterq;
delinquentes grauiter obiurgatus est, Moses in vituli cultu
Exodi. 32. Helias destructione diuini cultus. 3. Regum. 9. Exo 32.
Altaria inquit,domine tua destruxerunt,Prophetas occide- 3. Reg. 19
runt,& relictus sum ego solus. Vtrunque vero,in se perfe-
ctissime expressit Christus,obiurgans Pharisaicam perfi-
diam,eiiciensque vendentes & ementes de templo,Ioannis Ioan. 2.
secundo. Tertio,spectata ea gloria,quæ tum in Christi fa-
cie,tum in habitu, & ornatu resplenduit,sic orditur Petrus

(Dñe bonũ est nos hic esse si vis faciam⁹ hic tria tabernacula, tibi vnũ, Mosi vnum, & Heliæ vnũ.

Secundum Origenem hæc vox ex carnali affectu prodiit. Necdum enim Apostoli receperunt illustrantem illum spiritum veritatis, quandoquidem nec Christus glorificatus per resurrectionis potentiam fuit, nec triumphatus mundus, neque principatus alieni traducti & explanati, alieno igitur spiritu, hoc est carnis loquutus est PETRVS, ideo eodem quo dixit: Absit a te domine. Maluit enim in tabernaculis Christum transquillam agere vitam, quam ire Hierusalem, capi, ligari, flagellari, crucifigi. Sic enim caro semper aduersatur spiritui. Gal. 5. nisi igitur tantis sit qui hanc in seruitutem redigat, facile succumbit, labiturq; in peccatorum fœdissimorum cœnum. Sic misere aspernamur crucem, qua vel sola itur ad gloriam. Si (inquit PAVLVS) compatimur, & conregnabimus. Antea igitur præstandum quod iussit Christus. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Hoc tenere nobis eundem est, si in gloria Christum fidenti, ac alacri animo spectare volumus. Ita enim oportuit pati Christum & sic intrare in gloriam suam. Luc. 24. Neque nobis secus, neque aliter incedendum Gloriandum primum in cruce, in toleratione malorum, in miseriis, porro in afflictionibus multis, & ita demum regnandum & in tabernaculis fiduciæ, in opulenta requie, & in pulchritudine pacis conquiescendum, vt habet Esaias. Cæterum est tamen cur Petrus audeat iactare, Bonum est nos hic esse. Nempe quia illustrior reddebatur ac firmior, in misteriorum cognitione. Hinc bonum, imo optimum illi erat, eo loci ... arcanaq; colloquia illa audiuisse illustrium virorum, id quod in 1 c. epistolæ secundę fatetur. Non indoctas fabulas sequuti, notam fecimus nobis Domini nostri Iesu Christi virtutem & præsentiam, sed speculatores facti illius magnitudinis. Sequitur: Et habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Vides ergo has oratione bonum ...

Per crucē itur ad gloriam.

Mat. 16

Luc. 24.

Esa. 32

2. Pe. 1

Petro, in montem concessisse cum Christo. Eo enim didicisse se iactat, quæ post, tam constāter aliis inculcabat, quæ omnium philosphorum inanem philosophiam superabant. Verum ibi figere tabernacula non debuit, ibi extruere tentoria. exædificare ædes, nondum redempto genere humano: nec salubre fuit, nec tutum. Facile enim has ædes irruissent venti, subuertissentque e fundamentis extructa ædificia. Oportuit primum sternere fundamentum, quod CHRISTVS est. 1 Conrinth. 3. spiritualis ædificii, tum ædificandi muri, parietes, tecta, denique domus tota. 1. Cor. 3.

Adhuc eo loquēte, ecce nubes lucida obūbrauit eos, & vox de nube dicēs, Hic est filius meus dilect⁹, in quo mihi bene cōplacui, ipsum audite.

Quod in nube paruit paterna vox, significat apostolorum mētes, diuinis rebus contemplandis, nec dū idoneas. Sic & Mosi, & Salomoni per nabulā atq; caliginē loquut⁹ & ob id Pau. 1 Co. 10. Patres nostri oēs sub nube fuerunt. Accommodauit se eorū imbecillitati pater in nube, quemadmodū Christus in aliena forma spectatus est duobus discipulis in via. Luc. 24. Intonat per nubem pater, sed multo blandius, quam fecit olim legem statuens Iudæis. Neque enim accessimus ad inaccessibilem ignē, & turbinē, & caliginem, & procellā, & tubæ sonū, & vocē verborū, sed ad ciuitatē Dei viuentis ad Ecclesiā primitiuorum, & mediatorē Christū. Adblandientis igitur vox est illa. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene compalcuit. In hoc vnico placuit paternæ voluntati, cæteri degenerauimus fere omnes: hic solus innocens, solus quod iussum erat, seipso exequutus est. De gentibus, inquit, non est vir mecum. Esa. Igitur recte in proprio suo & naturali, adeoque obsequenti filio cōplacuit patri, id est, quod totus ille Psalmus. 88. testatur. Quia domini, inquit, est assumptio nostra, & sancti Israel regis nostri. Tunc loquutus es in visione, & dixisti. Posui adiutorium in potente, & exaltaui electum de plebe mea, Inueni Dauid seruum meū. oleo sancto vnxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei, & brachiū meū confortabit illū. Quæ verba si quis expendat, in Christū competere verissi-

Exo. 20. Luc. 24. Heb. 12. Esa. 63. Psal. 88.

me dixerit Ipse enim est, qui in monte sustulit suos, ipse[q]
oleo lætitiæ vnctus est, ipse brachiũ dñi, quo victus ac p[ro]
stratus est acerrimus ille hostis humani generis Leuiat[han].
Quin ipse qui prorsus ad patris natum ac renutũ péde[t]:
eoque magis nobis suspiciendus, & audiendus, & imita[n]
dus quoque **Ipsum inquit pater, audite.** Hoc dig-

Quos debeam⁹ habere doctores.

tatis, hoc excellentiæ nulli tribuo, neq; etiam non mosi, [ne-]
que Heliæ, neq; vllis deniq; quãlibet spectatæ vitæ mori-
bus, nisi qui huius legatione funguntur, qui ab hoc e[le-]
cti fuerint: vnigenitus enim, qui est in sinu patris, ipse en[ar-]
rauit. Audiendus igitur is maxime vobis est, audiédi [sunt]

Luc. 10.

& discipuli, Lu. 10. Qui vos audit, me audit, & qui v[os]
spernit, me spernit. Qui auté me spernit, spernit eũ q[ui]

Matt. 17.

me. Audienda & Ecclesia catholica. Mat. 18. Si Ecclesiã n[on]
audierit, sit tibi sicut ethnicus & publican⁹, sed & apost[olo-]
rũ successores, põtifices & præpositi, iuxta Paulũ audien[di]
sunt. Pro patrib⁹ enim tuis nati sunt tibi filii, cõstitues e[os]
principes super omnem terrã In locũ prophetarũ surroga[ti]
sunt apostoli, apostolis successerũt Episcopi, doctores, E[uan-]
gelistæ, pastores, vt locupletissime testatur Paulus ad Co-
rinthios & Ephesios Quisquis igitur horũ decreta cóte[mnit,]

1. Cor 12

Christũ non audit, adeoque neque patrem cœlestem ve[ne-]

Ephe. 4.

ratur, sed spernit, sed contemnit. In fine addit, Chri[stus]
**Visionem nemini dixeritis, donec filius hom[i-]
nis a mortuis resurgat.** Quo præcepto inanem g[loriam]
ex apostolorũ animis excutere volebat, tum etiam inu[idiam]
tollere in aliis, qui hac visione non sunt dignati, occa[sio-]
nem. Needum perfecti erant apostoli, vt æquo animo [fer-]
rent, tres illos discipulos aliis præferri, quin indigne [tule-]
runt morem cum eisdem in monte. Proinde, colligere [pos-]

Examinãdas esse visiones.

sumus & hoc loco illud documenti, ne quibusuis visio-
bus mox fidẽ adhibeam⁹: sed probãdas esse, & examinã[das]
antea, quã illis credatur. Nolite (inquit Ioannes) omni [spi-]
ritui credere, sed probate spiritus, an ex Deo sint. Id vt[inam]
multi hac tépestate fecissent, neq; sic misere permisissen[t si-]
bi imponi a pseudoprophetis & hæreticis. Aduersus q[uo-]

Hie. 14.

rũ inanissima figméta sic intonat Hiere. 14. Visionem [...]

dacẽ & diuinationẽ fraudulẽtã, & seductionẽ cordis sui prophætant nobis. Mendax vaticinatio est, quam multi verbi diuini temeratores, dixerim potius quã enarratores aliquot iam annis auribus hominũ instillare conati sunt, aduersus Sacrificiũ Missæ, aduersus purgatoriũ aduersum Põtificũ decreta, adeoq; aduersus receptissimas & probatissimas Ecclesiæ Catolicæ consuetudines. Quarto satius fuisset horum dogmatum authores tacuisse, ac sui capitis spectra, visiones, somniaque siluisse. Nemini, inquit Christus, dixeritis, id est, nolo vos nouarum rerum esse vel renarratores, vel proditores. Quin bonum est sacramentum regis absondere, & meminisse, quod alius dixit. Secretum meum mihi. Esa. 24. Esa. 24.

Dominica secunda quadragesimæ, Euangelium. Matth. 15.

EGressus inde, secessit in partes Tyri, & Sidonis., Matth. 15. In hoc Euang energia describitur constantis ac fidentis animi. Quem inde colligamus, quo, gentilis mulier Syrophœnissa, ad solam Christi famam, quam nimirum vt Marcus refert, & bonam & plausibilem audierat, simulque intellexerat, Christum virum esse benignum, pium, & mire ad iuuandum quoslibet propensum, Eo factum est, vt hac via illi potentia verbi innotuerit, visque Euangelii & gratiæ patefacta sit, vnde coalita est fides illa Neque enim hunc sequuta fuisset, neque tam constãti voce exclamasset, Miserere mei fili Dauid, nisi illi credidisset, seque participem fieri posse eius clementiæ sperauisset. Traxit enim hanc ad Iesum non sua propria voluptas, sed miserentis propensissima in miseros voluntas. Offecerat eminus quod iandudum, in Canticis sponsa decantat dilectito. Oleum effusum nomen tuum. Et curremus in odorem vnguentorum tuorum, Vnguenta Christi, clæmentia, pietas, misericordia, deinde blandis illa ac comis omnibus que exposita consuetudo, nulli intractabilis, nulli seuerus, sed omnibus ex æquo obuius. Venite, inquit, ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Matth. 11. Canti. 1 Vnguẽta xpi q̃ sint.

Hæc fama increbuit mulieris auribus. Nam fides est ex au-
Rom.10 ditu Auditus autem per verbum Dei Romano. decimo: er-
go Samaritanum quæsiuit, pulsauit & precibus & lachr-
inis, donec, quod voluit, obtinuit. Itaque Euangelium
habet. Egressus illinc Iesus, secessit in part
Tyri & Sidonis. Hic secessus a Iudæis audaciam a-
undi Christum præbuit gentibus secundum Chrysosto-
Act.13 Quemadmodum & in actis testatur Paulus. Vobis op-
Regnum tebat primum loqui regnum Dei, sed quoniam indig-
Dei quid vos fecistis, ecce conuertimur ad gentes, decimotertio.
Matthæi vigesimoprimo, Christus. Ideo auferetur a vo-
regnum Dei, id est, gratia & peccatorum remissio, vera
spiritus libertas quam repudiatis, malentes seruire pec-
tis, quam in libertatem asseri. Verum cui cedet huius reg-
dignitas? In quos merito transferetur: Dabitur, inquit, ge-
ti facienti fructum eius. De huius gentis albo, fuit hæc
Ingratis ro phœnissa mulier. Prospiciendũ nobis, ne nostris er-
se substra- bus extrudatur a regno animæ Christus, seq; ad exteras
hit gratia tiones conferat. Tene, inquit Ioannes in Apoca.3. quod ha-
Dei. bes, ne alius accipiat coronã tuã. Tene oblatã gratiã, ade-
omnibus expositam, vt nemo tergiuersari queat. Stat e-
Epoca.3 & clamat, venite ad me. Væ nobis, si aliter quispiã prę-
hãc coronã, hocq; dono dignetur, ꝑ nobis exhibitũ
Inciderunt obstinati Iudæi suo malo in hũc infœlicissi-
statum Cadunt & multi iisce temporibus sua propria
litia in idipm in fœlicitatis barathrũ Sed væ vobis
væ si duriores permãserimus, væ si a nobis abeat Chri-
si alio cõmigret, queritur hanc commigrationẽ a se spo-
Canti.5: Canti.5 Pessulum meũ aperui dilecto, at ille declinau-
atq; trãsierat. Anima mea liquefacta est, vbi dilectus loq-
tus est, quæsiui & non inueni illũ. Væ nobis, ve nostræ
tiæ, qui & ostiũ dilecto claudimus, & hostibus ferocissi-
referamus, Aperuit sponsa pessulũ, & tamen declinauit
ctus Contra nos omnibus viribus ac neruis, plenoq;
resistimus gratiæ, nõ mollescit anima nostra ad vocẽ spo-
non resipiscit, non reconsiliat sese dulcissimo sponsa cu-
chara est tam adamata, vt seipsũ, pro hac reddimẽdi in p

cium dederit. Merito igitur si alio se confert, si nos deserit. si seu orphanos relinquit, nostræ id & inertiæ & malitiæ, Oseæ 13.
de putemus Perditio, inquit Oseæ. 13. ex te est Israel, tantum ex me salus tua. id est tibi ipsi malorum omnium est caussa, tu confusionis tuæ, atque desertionis, & ignominiæ quoq; ansam ipse præbuisti Ego, qua, potui te benignitate ac pie tate allicere, curaui, sanare vulnera volui, pharmaca salubria adhibere singulis quidem statui morbi, verum noluisti sed abiisti post amatores tuos. Quo factum est, vt inde te deseruerim, inque hostium manus & cuneos tradiderim, eaque ratione Iudæos iam deserto, & ad gentium populũ me conuerto. **Et ecce mulier Cananæa a finibus illis egressa clamauit dicẽs ei: Miserere mei domine, fili Dauid, filia mea a dæmõio male vexatur.** alii legunt agitatur, sed eadem sententia. Vide quantum sitiebat hæc mulier Cananæa iustitiã fidei. Ecce, inquit mulier a finibus illis egressa est. Stupet Euangelista, id quod admirationis nota indicat, & recte quidẽ stupet & admiratur mulieris audaciam, vt pote alienigenæ, idolis deditæ, a Deo alienæ, adeoq; a Iudæorum cõmertio oblegatæ, vt canibus eas gentes (e quibus hæc prodiit mulier) similes existimarẽt. Sed fœlicissimi canes qui Euangelii participes facti sunt. Hinc verũ est quod ait Paulus: Cæcitas ex parte cõtigit in Israel, donec plenitudo gẽtiũ intraret, vsu id venire cũ semel exploratũ est, etiãnũ hoc tẽpore publicanos videlicet & meretrices iustitiarios quosdã præire, in regnum cœlorum, ac gratiæ dei irrumpere vt quadã, & affectu ardẽtissimo. Quid clamat vero mulier? Miserere mei domine fili Dauid. Agnoscit mulier hæc, duo, quæ necessaria sunt, ei qui filiam suam .i. animam a dæmonio agitatam, cupit liberari. Alterum suam illi miseriam exponit, agnoscẽs se porro miseriam, & omni humano auxilio destitutã, pariter & in nihilum redactam. Quid enim miserius, quid crudeli⁹? quam rationis participem hominem, a dæmone vexari? Siquidem tot dæmoniorum seruus est homo, quot vitiorum A quo enim qui superatus est, huius & seruus est Hierem. 8. & 2. Petri. 2. Num hic miserandus est? Num omnibus

Rom. 11.

Hiere 8.
2. Pe. 2.

modis humiliatus spretus? Agnouit hanc suam infœlici-
Psal.37 tem Dauid Psalmo tricesimoseptimo. Miser factus sum,
curuatus nimis Et item filia Babylonis misera. Recte q.
dem ea misera esse asseritur, quæ in Babylonicam capti-
tatem detrusa est Itaque teipsum demittas, si miserand.
statum tuum, vicemque tuam consideres, eoque magis
doleas, ingemiscas, quo fœlicior es factus iam cum m.
liere exclama. Miserere mei. Id facit & Psalmista. Mi
Psal.37 rere mei, quoniam tribulor. Quid est quoniam tribu.
Id est, anxius sum, & afflictus, & peccatis pressus, porro
in cœnum demersus. Neque enim tuta est conscientia,
tot dæmones, tot vitiorum stimuli exagitāt. Alterum q.
hæc Cananæa oculos posuit, misericordia est dei, & be-
gnitas & fauor obuius, quo prestabilis est super malitia
nostram, multoque paratior ad cōdonādam noxam, q.
ps.144. ad inferandam vindictam Misericordia enim eius, in
omnia opera eius, erigitur enim hæc sententia, miser.
alioqui desperata conscientia, & fiduciā cōcipit, proper.
Lucæ.1. que anhelanti animo ad medicum. Esurire enim & si.
oportet iustitiam gratiæ, & ita demum saturabitur. Es.
entes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Lucæ pr.
Traxit hæc misericordia Dauidem e barathro inferni, c.
Psal.50. ob adulterium, homicidiumque mersus erat. Miserere (
2. Tim.2. quit) mei deus secundum magnam misericordiam tu.
Et Psalmista nonagesimo tertio, agnoscens calamito.
suum statum, diuinæ misericordiæ aggratulatur dicēs
dominus adiuuit me, paulo minus habitasset in inferno
nima mea Si dicebam motus est pes meus, idem si con.
sus fuero affectu, me a deo defecisse, meque ipsum rep.
hendero, misericordia tua domine adiuuabit me. Et secu
dum multitudinem dolorum meorum in corde meo, c.
solationes tuæ lætificauerunt animam meam. Anxietate
enim cordis sequitur solatio mentis Fidelis enim deus
quit Paulus, seipsum miseris negare non potest. Verum
ps.131. quies, Cur mulier hæc Christum Dauidis & non Abrah.
Isaac, Iacob, vel hominis filium appellat? Hac opinor
tione, quod DAVID peccatorum formam, & pœnite.
tiam appositissimam gesserit, & proinde ī pauperes & c.

linquentes mesericordissimus fuit. Meméto, inquit, Dauid & omnis mãsuetudinis eius, Sic vbi deliquit, obiurgatusq; a propheta esset, mox agnouit culpam. Peccaui, inquit, domino, Et dixi: Confitebor aduersum me iniustitiam meam, & tu remisisti iniquitatem peccati mei. Sed vide vt vrget, vt inflammat CHRISTVS, vt extimulat ad sui dilectionem, quo scilicet euadat anima roboratior, & robustior, ac ad rogandum constantior duret. Neque enim mox exaudiet mulierculam hanc vndique desertam & deploratam, sed differt, quo gratius sit futurum beneficiũ. Instat, vrget ipsa, cum interim CHRISTVS sic se illi exhibet, quasi frustrari vellet omnem eius fiduciam, falsamq; suam famã efficere, incidere potuit animo mulieris sic contemptæ. Num hic ille est tam expositus, tam benignus omnibus? Hoccine laudatissimæ suæ famæ exemplum? Tacet perinde atq; stipes foret, nec me ope sua vel verbo dignatur. Hic sane grauem plagam animæ mulieris inflixit CHRISTVS, vt fere in desperationem incidisset. Sed vrgebat inter hæc mulier, quanquam inexorabilem sese CHRISTVS dissimulet, perstat in fiducia dei, de qua audierat & quam animo conceperat, Deus donet nobis p̃cipuæ in morte tam immotum animum, & fidem tam firmam. 2 reg. 12.

Qui non respondit ei vllum verbum. Spes inquit Salomon, quæ differtur, affligit animum, & desideria dilatione crescunt. Hac ratione non respõdit ei vllum verbum Christus, nouerat enim ante mœrorem, nouerat & cõstantiam, & ardorem, adeoq; bonam de se opinionem mulieris exploratam & cognitam habuit, interim tamen differt, moraturque exhibere beneficium, imo adirato homini similem se foris exhibet, sed non cessat illa, nec moras patitur, sed rumpit, aditq; discipulos, quorum interpellatione, sperat se assecuturam, quod postulat. Sic & ille de quo Luc 11. Amice accommoda mihi tres panes, sequitur, propter importunitatem eius surgit, & dat illi quotquot sunt necessarii. Noluit tamen Christus hactenus respõdere mulieri, ne a se æditæ doctrinæ authoritatem immineret, & calumniatoribus obtrectãdi ansam præberet Antea enim prohibet discipulis: In viam gẽtium ne abieritis, & in ciuitates Sama- Prou. 13

ritanorum intraueritis, sed potius ite, ad oues quæ perie-
Mat. 10. runt domus Israel. Math. 10. Hac ratione silet, etiamsi scan-
dalo, suum illud silentium esse potuit, quippe quod non
dignabatur vel non respondere, pro filia flagitanti matri.
Quanquã hic taciturnitate, fœminea audacia, nõ quiesceret
petẽdo, instat enĩ, opportune, & importune, aditq; discipu-
los quasi familiares Christo, narrant discipuli importunita
tem, vt vult Chris. mulieris. Quanquam me iudice, non tam
pudore ob improbum pudorem, quã misericordia ob chari
tatis vinculum moti, interpellant Iesum, rogantes, vt miæ
memor, iniuriæ immemor esse velit. Hoc est quod subdit,

Accedentes discipuli eius rogabant eum dicentes, Dimitte eam quia clamat post nos.

Accedũt discipuli, vt viciniores & familiares magis, magis
q; assueti cõsuetudinis magistri Dimitte inquiunt eam, i. si
ne. vt libere abeat, vt liberetur filia, vt in pristinam redeat
spiritus, & sensuũ libertatẽ Tam solicite curarunt proximi
1. Cor. 12 salutem. 1. Corinth 12 Sunt enim inuicem solicita membra
Gal. 6. Et. Gal 6. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis
legem Christi. Frater enim que adiuuatur a fratre, quasi ci-
uitas firma, sum⁹ inuicẽ mẽbra. Mẽbrorũ vero est, vt infir-
miorib⁹ suppetias ferãt. Infirmũ in fide (inquit Paulus Ro,
14.) suscipite. Hic igitur rationibus, partim adducti discipu
li, partim molestis & importunis clamoribus, vt homines
erãt, offensi interpellãt, dimitte eam, quia clamat post nos,
persiste & tu & exclama, Miserere mei fili Dauid Perge
Psal. 9. in clamando, & adderit tibi is qui pollicitus est. Clamauit
ad me, & ego exaudiã eũ, cũ ipso sum in tribulatione, eripi-
am eum, & glorificabo eũ. Adhibe vnũ atq; alterũ, vt verũ
sit, quod ait Christus: Si duo ex vobis cõsenserint super ter
Mat. 18 ram, de omni re quacũq; petierint, fiet illis a patre meo. Itẽ
Quicquid petieritis credite quia accipietis: iis precib⁹, iisq;
Mat. 6. sic adunatis, sic consentientibus, aderit Christus, modo ea
Mat. 26 precentur, quæ salubria sunt. Verum num salubre erat a dæ
mone liberare filiam? Erat vtique, sed tempore definito a
patre, Id enim omnibus nostris precibus anteponendum
est, vt ad Dei voluntatem regeramus nostra desideria & vo
ta, & omnes dicamus Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in

terra,& non mea,sed tua voluntas fiat.Id cum needum aduenisset tempus,merito vota morantur precantis muliercule Quanquam hæc interim non concidat, nec desperet omnino,fidit enim verbis CHRISTI, vtcunque dissimulet vtcunque eam abiiciat. Verum quid interpellatoribus discipulis respondet Christus. Nempe hoc quod sequitur,

Ipse autem respondens ait,Non sum missus nisi ad oues quæ perierant domus Israel,& cętera,

Illis enim præcipue missus fuit,qui ex israel secundum carnem,prodierunt,illis & promissus,illis & prædictus,& multis figuris præmonstratus.Deuterono.18 Prophetam suscitabo de medio fratrum tuorum similem tui, & ponam verba mea in ore eius,loqueturq; omnia quæ præcepero,Et itē Ezech.34. Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas. Esa 40. Sicut pastor gregem suum pascet in brachio suo.i.in filio,quo vici & strauit hostem,congregabit agnos & in sinu suo leuabit,fœtas ipse portabit.i. debiles,& infirmas conscientias ipse corroborabit,vt pondus diei & æstus ferre queant.Ipse enim est qui tollit & fert peccata ouium qui congregat dispersas oues qui dirigit & ducit ad vberrima pascua Igitur oportuit has oues,a quibus secūdū carnē prodiit,pascere primū iisq; pabula administrare & verba vitæ Deinde si repudiarent oblatū beneficiū,alias adducere oues,quæ veri pastoris vocem audituræ & sequuturæ essent Alias(inquit)oues habeo,quæ non sunt ex ouili hoc, & illas oportet me adducere,& fiet vnum ouile, & vnus pastor Id dum est futurum,audiam omnes, pascam omnes, quotquot tandem in me credituri sunt Sequitur hæc mulier,instat rursus,procidit ante Christum,repetit alia quidem verba,sed non alium exprimit affectum, idem enim affectus eadem ratio postulandi,eadem & necessitas.

Deu.18

Eze.34

Cur iudæis pri⁹ p̄di catū sit euangeliū.

Ioan.12.

Domine inquit,adiuua me O constantem animum fœmineum,ac plane modo non fœmineum,sed vtilem fœmineo insertum, CHRISTVS alloquio non dignatur mulierem,ipsa vero pergit nihilo secus, Domine adiuua me. Tu enim adiutor in tribulationibus,tu solus es qui fortem illum alligare vales, qui filiam meam exagitat.

Psal.45

Id equidem apud nos insonuit, id nobis fama tam plausibilis, tanq; illicibilis persuasit. Quid vero Christus.

Apoc 21

Qui respondens ait: Non est bonum panem sumere filiorum, & mittere canibus. Hic refert lætalem & attrocem plagam mulier, obiiciente illi domino in faciem, ipsam canem esse, & talem quæ indigna sit panem filiorum particeps fieri Relegare videtur Christus iis verbis mulierem, in eorum numerum de quibus dicitur, Foris venefica & canes, & impudici, & homicide. De quibus & Dauid: Famem patientur vt cane, & circuibunt ciuitatem. Palmista quinquagesimooctauo. Famem scilicet patiuntur omnes proscripti, & perditi homines nō cibi & potus, sed verbi dei, quo viuit homo in ciuitate dei, quæ est ecclesia catholica. Quotquot enim extra hanc sunt, seu increduli sint, seu hæretici, seu schismatici, fame, ac inedia torquentur. Quanquam interim non semel sese iactent, dei verbum possidere, eoque viuere. Verum siliquæ sunt, & stercora, & excrementa putida Neque enim adest illis spiritus viuificans, ac corroborans corda hominum Respondet itaq; Christus, non esse auferendum panem filiis, & iis quidem qui ecclesiæ decretis obsequūtur, qui patrem cœlestem, qui filium, qui huius legatos, pontifices, Apostolos, ac euāgelistas (qui panis cœlestis digni sunt dispensatores) audiūt, obseruant, venerantur, dandumque canibus, qui omnium ingratissimi sunt. Præstitit hic CHRISTVS verbis, quod alibi præcipit discipulis: Nolite sanctū dare canibus. Quorum videlicet stomachus aliis assuetus est cibi, nempe immundis: communibus, & putidis. Iam quæ communicatio sancto homini ad canem? Quæ pars bona diuiti homini ad pauperem. Quandoquidem sanctis & Deo dignis, cibus cœlestis debetur, indignis vero, ne panis quotidiani ac frumentarii quadra danda est. Quæ enim communicatio Christi ad Belial? Quæ pars fideli cum infideli? inquit, ad Corinth. Paulus. Sed nec sic despondet animum mulier, nec precari destitit, quin mire philosophatur, ex vulgarium dominorū consuetudine: concludēs. Siquidē cum canis sit, authore Christo, illi vel micas, vel reliquias, ac fragmenta

Psal. 58

quotquot extra ecclesiā sunt magnam verbi dei famen patiuntur.

Matt. 7

Eccle. 13

1. Cor. 6

panis dãda, que ĩ mesis dñorũ elabũtur. Quo aĩo qđ potest esse superius? quod præstantius? Fatetur enim vltro se canẽ esse fatetur ne hominũ cibo quidẽ se dignã, quãquã ĩterim cupiat, ea sibi dari, quæ etiam brutis nõ negarentur, nisi im probe ac malignius, Christũ illaqueat propriis verbis, ipse eã cani similẽ fecit, id agnoscit, id fatetur, ac orat, vt sinat canẽ esse secundum, suã sententiã. Fateamur & nos nostrã imbecillitatem, fateamur brutales mores, & caninam vitam interpellemus iudicem Christum, adoriamur eisdẽ Cananitidis verbis. Etiam domine, & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Edere nos conuenit de micis, quæ decidunt e mẽsis dominorum nostrorum, Antea iudæi, titulo filiorũ gloriabantur ocurgebant, Cananeosque ceu abhominandos aspernabantur, At vide, quã inuniuersa sunt omnia. Sũt Iudæi canes, sunt a Deo alieni. Sunt & cananei plerique tales, quales tum Iudæi erant, Cecidit in gẽtes, & a Deo alienas sors Euangelicæ gratiæ quæ panis nomine significatur Panem (inquit Sapiens) angelorum manducauit homo. Et Sap. 16. item Dauid. Educas panem de terra & vinum lætificet cor Psal. 77. hominis. Destribuitur hic panis per Christum in cruce, destribuitur & per Apostolos. per electos denique omnes, seu per organa nobis administratur. Adeamus igitur eam mensam, etiam nos qui canũ nomine censemur, quam Luc. 22. parauit ac ministrauit Christus, Ego inquit, Vado parare vobis mensam, vt sedeatis, & edatis in regno meo, & cæte. Erunt Apostoli huius mensæ assessores, erunt & conuiuæ tam diuini ac religiosi cõuiuii. Iam nostrum est ex hac mẽsa, micas panem postulare, nostrum ad hãc aduigilare, colligereq; fragmenta, ne pereant. Quæ vera sunt illa inquies Preces opera merita, preclare gesta, & omnia proinde, quæ ad nostrum commodum spectare possunt. Item Dei gratia, quã in nobis efficit pater familias, dona, operationes, & id genus alia quæ etiam per amicos non semel præstat fidelibus. Erimus autẽ participes horum, siquidẽ nos indignos iudicemus, Sic Paul. Ego sum minimus Apostolorum & non dignus vocari Apostolus. Tu quoque exclama 1. Cor. 15.

Fragmẽta colligẽda quæ sint.

canis sum vermis sum & nō homo, sperma quoq; fœtidū, & putredo vermium Insta subinde, ac persta in orando, terque quaterq; obsecra, vrge, vt tibi auxilio esse velit clemēs ille pater teque a malo eripere dæmone, cuius hactenus nutu actus es in peccata, tum audies **O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis, & sanata est filia eius ex illa hora.** Hinc cōcludim⁹ edicaciā fidētis, ac constātis animi, qui sic impetrat, sicq; obtinet subitam laborantis filiæ sanitatem, & sensum, & rationis integritatem, vt simulatq; diceret Christus, Fiat t bi sicut vis, id est, pro arbitratu tuo, filiam tuam integritati restituo, mox liberrima euaserit filia. Non opinor hanc fidem inanem fuisse,

Rom 1. Gal. 5. ac mortuam, qualem multi proh dolor mortales videntur habere, sed efficacem, sed feracem operum Et omnino talem, quæ seruare ac iuuare poterat a dæmone vexatam filiā, de qua Paulus: Iustus ex fide viuit, Et iterum ad Galatas, Fides quæ per charitatē operatur, hæc est illa iustificatrix peccatoris, hæc salutis basis est, & est, lapis & tot⁹ ædificii spiritualis fūdamentum.

Quid fides aliena aliis profit.

Colligimus loco secūdo, si quidem allegoriam interius ac diligentius spectemus, alienam fidem sic instructam, maximi esse meriti, vtpote quæ in libertatē asseruit captiuam filiam. Talis fuit & illorum

Matth. 9 fides. De quibus, videns Iesus fidem illorum dixit. Cōfide fili, remittuntur tibi peccata tua. Tale quid & per Stepha-

Act. 7. num effecit Deus in Paulo, vt acta plenissime testantur, Sic & Ecclesiæ matris nostræ fides, non parum multū prodest recens baptizatis infantibus, quanquam non solum illa sed & Christi sanguis, & Dei gratia, Sacramentum abluens, prosit maxime. Sanata est filia, sine vlla sua ipsius interpellatione, sola enim mater adit Christum, adit ecclesiam primitiuorum, id est Apostolos, declarat se miseram, interpellat auxilium, obsecrat, vrget, obtinet demum pro suo arbitratu quidlibet. Sanantur & infantes, modo per baptismum Christo inserantur, parentum ecclesiæque intercedente merito. Fidelis autem deus, qui sponsam suam exaudire non grauatur.

Feria secunda post secundam Dominicam

Quadragesimę. Ioan. 8.

DIxit Ies9 turbis Iudęorũ, Ego vado & quęretis me, & in pctõ vestro moriemini, & quo ego vado, vos non potestis venire. Duo hæc Euangelii lectio obiicit oculis nostris. Alterum Iudæorum, percipue vero Pharisæorum, pertinacem incredulitatem. Alterum crucis efficaciam. Et primo quidem dicit Ego vado, hoc est, ego per crucem ad patrem eo, paraturus omnibus credentibus iustitiam, salutem, fœlicitatem & redemptionem Conscendam enim cœlos, mittam veritatis doctorem, effundam & in credulos bona, quibus iustificentur, seruentur, totumq; mundum mihi subiiciant. Itaq; ii sunt gressus mei, iis pergam ad patrem, vos autem quæretis me, neque tamen inuenietis, quin & in peccatis vestris moriemini. Tria sunt hominũ genera qui Christum, id est bona Christi, sed non quibus debent modum, quærunt, verum non inueniunt, neque eum assequuntur. Primum Iudęi quærunt iustitiam, quæ est Christi bonum, quærunt & salutem, sed non per fidem Iesu Christi, sine qua impossibile est placere Deo. Heb. 11. Neq; enim ex operibus legis, sed per Christum obtigit nobis salus & redemptio, vt abunde satis declarat Paulus ad Ro. & Gal Atqui conclusi sunt oẽs Iudæi sub incredulitatem, quæ illis magno exitio fuit, & vsq; in æternum misit prædem. Et expectabant Iudæi suũ Messiam, quem magno studio ac desiderio quærebant, sed non in scripturis, nõ verbo, nec fide, sed carnali opinione & põpa At Messias iã aderat, non põpa, nõ exercitu regio stipatus, sed abiecto homine, forma serui, & crucis scandalo tectus. Hunc Iudæi exhæredẽ fecerũt, hunc e regno suo eiecerunt, Dicentes. Nolumus hunc regnare super nos. Et item, Tolle tolle crucifige eũ. Quærũt igitur ii Christũ, sed vt interficiant, eũ quo authore seruãdi essent. Sic Herodes. Mat. 2. recens natu quærere puerũ sese iactabat. Sed cõfundantur & reuertantur oẽs retrorsum, inquit Dauid, qui sic quærũt animam meam. Et. 70. Operiãtur pudore & confusione qui quærũt mala mihi Mala illi q̃rũt, qui mactare, qui perdere nõ seruare volunt animã Christi. Verũ bona illa hæredita-

Tria gña hominum quærunt. Christum

Heb. 11

Mat. 21.
Luc. 19.

Mat. 2.
Psal. 39.
Psal. 70.

ria Christi non assequuntur. Oportet enim accedere fide, quærere fiducia, ac peruestigare ardenti desiderio, deinde ambire præclaris facinoribus. Secundũ genus eorũ est, qui Christũ quidẽ quærũt, sed ob sua cõmoda, suã enim propriam vtilitatem, non domini gloriã, neque animarum fructũ spectãt. Omnes inquit Paulus, quærũt quæ sua sunt, nõ quæ Iesu Christi Ex hoc genere sunt hypocritæ, qui in faciẽ parant hominibus ieiunãtes, splendideq; ac reliogiose omnia ostẽtãtes, intus vero sunt, dealbatis sepulchris adsimiliores quam Christo Gloriantur quidem, non in Christo, neque in puritate conscientiæ, sed in suis adinuentionibus, repudiato Christo, vel saltem neglecto. Referuntur ad hoc genus hominum, omnes pseudochristiani, adulteri, homicidæ scortatores, & quotquot tandem specietenus, multis vel paucis malis miscent aliqua bona. Sed quid ad eos Christus? Vado & quæretis me, & non inuenietis. Nempe quod non perinde quæretis vt decet. Arcta enim est via, Matth septimo qua Christus inuenitur, & aspera & paucis cognita, paucioribus comperta, & inuenta, a paucissimis potita Ad hoc gen⁹ pertinet quod dixit Esaias. Me etenim de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt, quasi gens quæ iustitiam fecerit, & quæ iudicium Dei sui non dereliquerit. Quam vero hypocrisi laborarint, quam indigne quæsierint, ea quæ sequuntur, indicant eodem 58. capit. Omnes debitores vestros repetitis, & in die ieiunii vestri, quo simulatis vos Deum quærere, inuenitur voluntas vestra, & percutitis pugno impie Solue igitur, antea quã quærẽdo inimules Deum iniustitiæ, colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, remitte eos qui fracti sunt, tum demum accedas ad Dominum. Eadem fere Hiero. 50. Verum, horum nullus reperire potest Christum, id est, salutem, conscientiæ gaudium, fœlicitatem perpetuam. Transeunt enim omnia eorum fucata opera, instar vmbræ, & lanuginis in modum disperguntur, vt habet Sapiens. 5. Spes impii tanquam lanugo est, quæ a vento tollitur, & tanquã spuma gracilis, quæ a procella dispergitur, & tãquã fumus qui a vento diffusus est, & tanquã hospes vnius diei. Cur vero eorum spes fiduciaque interit? Id est in causa, quia non sequuntur

Matt. 6. & 26.

Mat. 7

Esa. 58

Hie. 50.

Sap. 5

Christum, nō pergunt per crucem ad Christi gloriam, eo- q; nec eius gloriā, sed suā ipsorū laudē q̃rūt. Tertiū gen⁹ eorum est, qui extra ecclesiam quærunt, id est hæreticorum, ac scismaticorum & omnino eorum qui agnitæ veritati repugnant, vel certe, agnoscere nolunt ac negligunt, quærūt hoc sæculo multi Christū, a pseudoprophetis, quærūt a maleficis, ab præstigiatoribus. Amos. 5. Nolite quærere Bethel. i. ab iis nolite perscrutari Christū, quia Christi corpore exciderunt. Nolite inquam, existimare penes hos, vos reperturos Christū, qui huius sponsam non agnoscunt. Foris enim sunt venefici, & canes itaque si Christum, id est veritatem, iustitiam, fidem scire volueris, noli apud eos requirere, qui impii sunt, qui in fide naufragiū fecerunt, qui data opera veritatem sacramentorum, sacras cærimonias, diuorum cultum, expugnant. Neque apud hos veritatis notionē agnosces, neque ex iis dices, quum ipsi expertes sunt, quum proprio iudicio condemnati sunt. Id præcipit tibi Ioannes. Ne aue ei dixeritis. Et Paulus: Videte canes, videte malos operarios. Proinde ii sunt, qui in suis peccatis obire mortem, perpeti supplicia, enses, ignes experiri non detrectant, id quod pertinaciæ proprium est maxime omniū irremissibile peccatum. Iam, qui sic satis cedunt, qui hoc pertinaci animo hinc abeūt, nihil habēt, quod illis suppeditare possit opem, suis enim ipsorum criminibus, & impiis dogmatis perditi sunt. Hoc est illud peccatum de quo i. Ioan. 5. Est peccatum ad mortem, pro eo non dico vt roget quis. i. pro iis minime precandum est, qui suo ipsorum iudicio damnati sunt ad Titum. 3. Neq; enim digni sunt, vt materna viscera iis aperiantur, qui hanc dū viuerent, varis & diuersis dogmatis corrūpere adnitebantur. Non igitur orat Ecclesia pro iis, qui ab hac defecerunt, neq; sic se gesserunt, vt eis preces, suffragiaq; viuorū prodessent. Linquendi sunt igitur ii & horū adsimiles. Qui enim non credit, iam iudicatus est, proscriptus scilicet, & cū vulpibus in inferna detrusus. Quartū possit addi genus pro ædificatione fideliū, eorū qui fideles sunt, soliciteq; dn̄m, ac digne quærūt instant, vrgent, pulsant ianuā illā, non patentē. Petite, inquit Christus, & accipietis, quærite & inuenietis, &c. Et Esa. 55.

Nō debemus ab iis qui extra Ecclesiam sūt X p̄m q̃rere.

1. Ioan.

1. Ioan. 5

Titum. 3

Io. 3.

Luc. 11

Esa. 55.

Quæritæ dominum dum inueniri poteſt, inuocate eum dum prope eſt, id eſt, dum reſipiſcendi tempus vobis conceſſum eſt, quum nec dum animam exufflaſtis, dum viuitis, dum ſani eſtis. Quærite autem, ſed in ſimplicitate cordis veſtri. Sap.1. Id præſtabitis, ſi quod Eſaias adiecit egeritis. Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas, & conuertatur ad dominum, hoc eſt igitur quærere dominum, reſipiſcere, adeoq; ad dominum conuerti, veterem excutere vitæ conſuetudinem, id ſi diligenter, ſi grauiter fecerimus, non moriemur in peccatis noſtris. Creduli videlicet verbis Dei, quibus hortatur, vt tum eum quæramus, dum temporis opportunitas ſeſe offert. Quærite igitur dominum, & viuet anima veſtra, quærite faciem eius ſemper. Pſal.68. Sequitur **Dicebant ergo Iudæi, Numquid interficiet ſemetipſum, quia dicit quo ego vado vos non poteſtis venire?** Inſana hæc plebs, ſic inſanire exiſtimabat Ieſum vt ſeipſum neci daret, atq; inſania ac furore ductus ſeipſum in deſperatione præcipitaret. Verum abſit a prudentiſſimo ſimul & conſtantiſſimo domino, vt ipſe ſibi mortem conſciſcat, qui hoc ſcelus vt impium, & irremiſſibile iam olim deteſtatus eſt. Proinde liberat eos & ab hoc impudenti errore, dicens: **Vos de deorſum eſtis, ego de ſupernis ſum, vos de hoc mundo eſtis, ego non ſum de hoc mundo, dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis veſtris.** Si enim non credideritis, quia ego ſum, moriemini in peccatis veſtris, id dixi. Vos veſtris in peccatis obituros, neq; id iniuria, neq; abſq; ratione. Nam eſtis ab infernis, eſtis de hoc mundo, homines eſtis carnales, mendaces ſtupidi, veritatis oſores. Atqui eiuſmodi homines, non capiunt, quæ per me pater pronunciat. Animalis enim homo non percipit quæ ſunt ſpũs DEI. Spũalis autem omnia diiudicat. Spũalibus ſpũalia comparans. 1. Cor. 2. Vos autem carnales eſtis, & ſecũdũ carnem ambulatis, metientes omnia ex vobiſipſis, quæ vel ago, vel doceo, vel operor. Notandũ hoc loci, duplicẽ viuẽdi modũ deſcribi, aut certe vt apertius dicã,

Margin notes: Eſa. 55. — 1. Cor 2. — Duplex vivendi genus.

duplex esse. Alterum eorum hominũ complectitur naturam qui carnẽ sequũtur quasi vitam ac vitæ ducẽ, Alterũ qui spiritũ, spiritualiq; vita subsistũt. Sũt aũt in viuẽdi modi disdiapalõ diuersi Nã caro cõcupiscit aduers⁹ spiritũ, & spirit⁹ aduers⁹ carnẽ. Hæc enim sibiinuicẽ aduersãtur. Gal. 5. Esse carnis, ex mũdo, & in mũdo hoc cæmentario, est vt testatur Ioan. Quicquid est in mũdo, aut est concupiscentia carnis cõcupiscentia oculorũ, aut superbia vitæ, de quo & Ioan. 1. Et mdũus eum nõ cognouit. Qui hoc, mundo hoc quemo do viuũ, non credunt Christo. Non enim per sapientiam in carnis cognouit mundus Christũ, sed per crucis stultitiã ac infirmitatem. Qui igitur mũdi sunt, qui mundo viuunt, neque agnoscũt neq; sequũtur Christũ eoq; ĩ pctĩs suis moriũtur. Alterũ genus vitæ est, quo spũ menteq; viuimus. Nã Ioan. 3. Quod ex carne, caro est, quod ex spũ, spũs est. Enim hoc genus porro spirituale, & cœleste & vltra mundanum Quo viuũt ac degunt ii, qui de mundo quidem sunt, verũ vicerunt mundum, & concupiscentias eius. Ioan. 2. Scribo, inquit, vobis adolescentes, quoniã vicistis mundum, id est, vos qui de super nis estis, vicistis malignũ, quoniam maior est qui vobis est, quam qui in mundo. 1. Ioan. 4. Igitur qui de supernis sunt, nouerũt deum, nouerunt proximum, eoq; & ibunt quo Christus, sequenturq; vestigia eius. Vadunt per afflictiones varias in regnum cœlorũ. Vt enim affectus carnis, non spectat nec ambit, nisi ea quæ sunt carnis, ita etiam & multo abundantius affectus spiritus, ea quæ ad spiritum attinent, fidẽ charitatem, bona opera exigt, id autem non est esse de hoc mundo, non est sequi mundum. quin potius est ire post Christum, ire quo ipse monstrat, quo ipse præcessit, Ascendit enim iter pandens ante eos, qui tales sunt iis mundus crucifixus est Galat. 6. Proinde ii neque moriuntur in peccatis suis, sed in Christo adeoque in gratia Dei, de quibus Apoca. 14. Beati mortui qui in domino moriũtur. Neque enim male mori potest, qui de supernis est, superasq; contendit ad auras. Dicebant ergo ei, Tu quis es? Dixit ergo eis Iesus, Principium qui & loquor vobis. Calumniosa est hæc īterrogatio, ac plane imprudens, Vt pote hoc rursus im du-

Gal. 5.
1 Ioan. 2
Ioan 1
Ioan. 3
Galat. 6
Apoc. 14

Principiũ qui & loquor vobis, pulchre huius difficultatis enodatio.

bium mouere, quod iam pridem solutum est, quod omnibus testatissimum est. Oraculis videlicet Prophetarũ prædictum nũciatum ab angelis, creditum (inquit Paulus) in mundo. Deinde non semel sed sæpius per CHRITVM declaratũ atq; expositum. Hac ratione ad priora dicta, mittit eos Christus, discens, Principium qui & loquor vobis, quod alii ita intepretantur, vt in CHRISTVM etiam nomen principi, eodem ipso authore CHRISTO, conuenire putẽt, quẽadmodum alias dicitur. Primogenita ante omnem creaturam sapientia. Et. Dominus possedit me in initio viarum suarum. Prouerbi. 14. Ante omnem, inquit, creaturam ego parturiebar. Verum magis cohærenter sic interpretatur vt dicamus, Principium, aduerbii loco sumi. q. d. Imprimis quod & locor vobis, id est, a principio dixi vobis, me esse verbum patris, pauloque post: anteaquam hanc obiiceretis quæstionem, dixi, me esse lucem, vitam, seruatorem mundi Hoc igitur ipsum sum, quod tunc me esse confessus sum. Ego inquam sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Et, Caro mea vere est cibus, itemque & forte accommodatius. Imprimis quod & loquor, vobis, hoc est, omnino hoc ipsum verbum sum, quod loquor vobiscum. Et enim Christus verbum patris, quod in plenitudine temporis declaratum est sæculo, per spiritum (inquit Paulus Roman. 1.) sanctificationis ex resurrectione mortuorum, quod, caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a patre.

Prouer 8

Ioan 8

Ioan. 6.

Roma. 1.

Ioan. 1

Cõminatio aduersus irrisores agnitæ veritatis huiusq; cõtẽptores

Multa habeo de vobis loqui & iudicare, sed qui misit me verax est, & ego quæ audiui ab eo hæc loquor in mundo. Comminatio, aduersus contemptores & irrisores veritatis agnitæ, est qua percutiuntur etiam hæretici, & quotquot tandem resistunt verbo Dei & ministris eius. Multis enim nominibus accusandi & dãnandi sunt, quia videlicet credere noluerũt in CHRISTVM qui salutis author est. deinde quod veterem vitam, peruersosque mores, quos non semel reprehendit, corrigere neglexerunt. postremo quod iudicium CHRISTI, perinde vanum quoddam somnium, irridebant Hoc enim est, ina...

habeo de vobis loqui & iudicare: addendum est, sed differo in opportunum tempus, quando scilicet iudicium conuertetur in iustitiam. Nam lento gradu ad vindictam diuina procedit ira, tarditatéque supplicii grauitate compensat. Tales sunt omnes qui Dei benignitate & dissimulatione abutuntur, Aduersus quos dicitur, quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore vllo filii hominum perpetrant mala. Ecclesiast. octauo capitulo. Verum quid adiecit? Attēde peccator ex eo, quod centies fecit malum, & per patientiam sustentatur, ego cognoui quod erit bonum timentibus Deum, qui verentur faciem eius. Ergo Ecclesia. 5. Altissimus patiens redditor est. De propiciato peccato noli esse sine metu, neque adiicias peccatum super peccatum, id est, peccato incredulitatis non adiicias, vt funiculos texas, non modo triplices sed multiplices, peccatū contemptus, arrogantiæ, luxuriæ, libidinis, scortationis, ebrietas. Pariunt enim seipsa vitia, & quod Gregorius, ait, peccatum quod pœnitentia non diluit, mox suo pō de re ad aliud trahit. Id quod tum in Iudæis, tum in Hæreticis videmus. Videmus enim quantis scateant vitiis Lutherani, quā fœteant peccatis, propter, vnum naufragiū fidei. Qui enim semel naufragium in fide vnius Ecclesiæ fecerunt ad omnia vitia precipites ruunt, ac merguntur, adeo, vt etiam veritatis doctorem rideant. Sed quid ad hos Samaritanos Christus? Qui misit me verax est, & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor. Hoc est Vos quidem nunc ridetis verbū meum, ridetis apostolos, ridetis Ecclesiæ doctores, ac naso suspenditis Ecclesiæ decreta. Hanc tamen vestram impietatem ac blasphemam irrisionem non impune feretis. Vindex enim est Deus de omnibus. 1. Thessa. quarto. Spernitis enim non me solum, nec modo discipulos meos, sed ipsum patrē, cuius nomine gloriamini, id qđ vobis in maius cedet iudiciū. Qui enim vos spernit (id est apostolos, horumq; successores) me spernit, & qui me spernit, spernit eum qui misit me. Luc. 10. Iam intelligitis quis vindex sit temeritatis vestræ. Verbum enim patris contemnitis, hanc iniuriam ipse pater vlciscetur, nisi resipueritis. Recte igitur terret nos Paulus. Ignoras quod benignitas Dei ad pœni-

Eccle. 8.

Eccle. 5

Seipsa vitia pariūt.

1. Thess. 4

Roma. 2

tentiam te vocat? secundum duritiam tuam & cor impœ
tens, thesaurisas tibi iram in die iræ & iusti iudicii Dei.
Et non cognouerunt quia patrem eius diceba
Deum Dixit ergo eis Iesus Cum exaltau eritis
lium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum
& a me ipso facio nihil, sed sicut docuit me pa
ter hæc loquor. Tam obcæcati erant Iudæi, non in
ligentes Christi verba. Qui misit me verax est. Si enim m
sus ab alio est. Nempe a patre Iam si pater verax est, & fil
patris legatus, non possunt non esse verissima quæ loq
Sapien.2 tur filius. Verum excæcauit eos malitia eorum. Sapie
Psal.35 secundo. Et Dauid. Noluit intelligere vt bene ageret. Qu
vero Christus ad hanc incredulitatem cõuincendam add
cit? Resurrectionis ac crucis potentiam, quo seipsum dec
rauit mundo. Cum inquit, exaltaueris filium hominis. i.
me crucifixeritis, & ego resurrexero a mortuis, tunc app
bit verbi mei veritas. Dixi ei vobis me esse fontẽ vitæ, pa
viuum, lucẽ mundi, filiũ Dei, adeoq; a Deo in salutẽ ho
num destinatũ. Huius verbi veritas declarabitur per cru
Roma.1. & sequentẽ resurrectionem. Rom. 1. declaratus est esse fil
Dei in virtute, &c. Agnouerũt vim crucis alii obeunte
Luc.23. vt Centurio, Vere filius Dei erat iste. Et latro, & ex
garibus complures, qui percutiebant pectora sua. Aliu
Act.2. missum spiritum sanctum, quando vna die quatuor m
additi sunt credentibus. Agnouerũt & multi tum Chri
tum patris verbum, resurgente dño, id quod sacris Eu
geliis testatissimum est. Et qui misit me mecum e
& non reliquit me solum, quia ego quæ pla
ta sunt ei, facio semper. Semper enim pater ad
filio. Quin & ipsa diuinitas nũquam animum reliquit,
quã destituit. Sed triumphare fecit carnem in cruce, an
in limbo, corpus in sepulchro. Id intellexit Dauid. Cla
ad me in cruce, exaudiam eum. Cum ipso sum in tribu
tione, eripiam eũ & glorificabo eũ. Cur ita? Quia quæ p
Psal.60. cita sunt ei, facio semper. Hinc pater ad eũ Math. 17. Hi
Mat.17. filius meus dilectus, ĩ quo mihi bene cõplacui, ipsũ au

Exequutus est filius patris æternam voluntatem, eoque vel maxime placuit patri. Sequamur & nos filii patrisque voluntatem, vt & nos, omniaque nostra illi placeant. At, quæ est dei voluntas? Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Audis dei voluntatem. Item: Si ecclesiam non audit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus, rursus suam nobis aperuit pater in filio voluntatem. Sed & Paulus. Hæc est voluntas dei sanctificatio vestra. vt abstineatis vos a scortatione, vt sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderii. Itemque. Et ne quis supergrediatur fratrem suum in vllo negotio: primæ Thessalonicen. quarto. Hæc fac, & voluntatem dei exequutus es. Sed & aliqua quæ diuinis scripturis continētur quæve relata sunt ecclesiæ filiis, diuinæ voluntatis simulachra quædam sunt. Quæ si rebus factisq; præstemus, non iniuria in nos conuenit, quod de se caput nostrum testatur Quia ergo quæ placita sunt ei, facio semper, Perpetuo enim bene agendum est, bene merendum de omnibus, recteq; viuendum, & dei voluntati ac iussui obtemperandum. Sic & Dauid. Benedicā dominum in omni tempore. Semper laus eius in ore meo. Id faxit deus perpetuo, vt præstemus.

Quæ sit voluntas patris. Mat. 16. Mat. 18. 1. Thes. 4. Psal. 33.

Feria tertia post dominicam secundam, Euangelium. Mat. xxiii.

Loquutus est Iesus ad turbas, & ad discipulos suos. Super cathedram Mosi sederūt scribę & pharisęi. Omnia ergo quęcūq; dixerit vobis seruate & facite, secundum vero opera eorum nolite facere.

Hac euangelii lectio in duo partiri potest circa quæ versatur, quanquam huiusmodi partitiones non admodum moror, verum quo luculentius quæque pars pateat Principio: authoritatem superiorum obfirmat Christus. Deinde ambitionis vitium quo scatebant, ac turgidi erant pharisæi, aggreditur. Quatenus ad primum, vt ex Hierony. & Chrysostomo colligere possumus, ne quis dogmata negligat & in sacerdotes insurgat, præceptaq; bene viuendi ab iis in-

Superiorũ uulgata contemnat. siquidẽ hos negligentiores viderit, præ-
authorita- cipit hos audiẽdos esse, eorumq; iussa opere exequẽda, ob
te Christ⁹ id Hilarius iubet legis mandatis omnibus obediri, sed a fa-
cõfirmat. ctis eorum atq; operibus abstineri, vt mores hominũ atque
infidelitas non legis doctrina vitetur. Cõfirmat igitur prin-
cipatum Christus, non euertit, vt falso calumnientur Hære-
Triplex tici. Stant enim aduersus eos, verba Christi, Omnia quecum
Cathedra que dixerint vobis seruate, & facite. Proinde vt ordine di-
geramus omnia, obseruandum cathedram esse triplicem.
1 Pestilentiæ, hanc occupant hæretici, qui seipsos mittunt, se-
2 ipsos intrudunt, Iustitiæ. In hac sedent reges, principes, &
3 legumlatores, magistratusq; sæculi, legis, & doctrinæ, hanc
moderari debent episcopi, doctores, & verbi enarratores.

Primã cathedrã occupant pharisæi, hæretici, & scismatici & quotquot tandẽ moderandis plæbibus, sine legitima authoritate præfecti sunt, de qua sede Psalm. ait: Beatus vir qui non abiit in cõsilio impiorũ, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilẽtiæ nõ sedit. Sedes hæreticorum letifero veneno oblita est, ac infecta, quẽ simulatq; insideris, pestis te inuadit longe dirissima, totũq; per corpus sese diffundit, ac spargit, Indicat hanc labẽ, hocq; letiferũ venenum Paulus, sub cancri similitudine. Prosana autem, & vaniloquia deuita, multũ enim proficiũt ad impietatẽ. Et sermo eorum vt cancer serpit ex quibus hymeneus, & phile-
2. Tim 2. tus, qui a veritate exciderũt. 2 Tim. 2. Hi audiẽdi nõ sunt, sed vitandi, neq; enim sinceriter tractant veritatis verbum. sed iuxta sui capitis somnia, fingunt ac refingũt, falsa quædam dogmata, quibus simplicibus, ac vulgaribus, incautisq; imponant, Altera sedes est eorum, qui gladii vsum habent, qui ad hoc deputati sunt, ac designati, vt iustitiã admi-
Sapien. 6. nistrant in subditos, nõ quod potestatis est, sed quod æquitatis, exerceant, de iis dicitur Sapien. 6. Si ergo delectamini sedibus & sceptris o reges populi, diligite sapientiam, vt in perpetuũ regnetis, diligite lumẽ sapiẽtiæ oẽs. qui pestis po-
Eccle. 10. pulis. Alioqui audiẽt: Sedes superborũ ducũ destruxit deus, & sedere fecit mites pro eis. Eccle. 10. Audiẽdi sunt ii, atque sequendi, nisi porro ea præcipiant, quæ vel bonis moribus,
Act. 5. vel diuinæ legi aduersentur. Nunc enim melius est obedi-

re deo,quã hominibus. Vbi vero pcipiũt,quæ ad cõmunẽ vel priuatã reip.vtilitatẽ pertinẽt meminerĩt subditi eorum quæ præcipit Paulus Omnis,inquit,aĩa sublimioribus po testatibus subdita sit.Nõ enim est potestas nisi a deo.Et qui potestati resistunt,dei ordinationi resistũt.Sic addit quoq;: Cui tributũ,tributũ:cui vectigal vectigal.Itemq;,omnibus redddite debita.Tertia est cathedra doctrinæ & legis quib' hoĩm mentes,moresq; formantur,de qua sede Psal.106.Exaltauit eum in ecclesia plebis,& in cathedra seniorum laudent enm.In hac sederunt Petrus,Paulus,Mathias,& reliqui qui in horum locum surrogati sunt episcopi,& sacerdo tes.Nam pro patribus tuis nati sunt tibi filii,constitues eos principes super omnem terram Dedit enim dominus quosdam quidẽ apostolos,alios autem doctores & pastores ad consummationem sanctorum in opus ministerii in ædificationem corporis Christi. Ephesiorum 4. Et ad Corinthios. Data est nobis potestas in ædificationem corporis Christi,& non in destructionem.Iam si quid horum autho ritate præceptum fuerit, quod vel ad vtilitatem Ecclesiæ vel ad vitiorum euersionem, vel ad temporis necessitatem pertinet.Id iubemur exequi,id rebus factisq; perficere præcipimur. Omnia quæcunque dixerint vobis seruate & facite.Sic & Paulus alicubi testatur. Obedite præpositis vestris,& subiacete eis,ipsi enim peruigilant quasi tatiouem redditurí pro animabus vestris,vt cum gladio hoc faciant, & non gementes.Hebræ.13.Gaudium enim patris est filius sapiens.Magnam certe gaudii,ac lætitiæ occasionẽ habẽt veri pastores siquidem obtemperantes viderint oues, si dicto parentes,si non secus atq; debent,viuant. Id est quod indicat Christus apud Iohãnem, Qui intrat per ostium,pastor est ouium.Huic hostiarius aperit, & oues vocem eius audiunt, & sequuntur illum.Nec despiciũt.neq; discutiũt oues qui præceptum sit.aut cur ita, secusve mandetur, sed simplici ex animo,vt aliquando præcipit Paulus,obediunt seruantes præceptorum enim sunt,non examinatores. Nisi aut in pharaismum,aut gẽtilitatem nos ducere velint,tum non in Mosi sede,neq; Petri,vel CHRISTI loco, sed pseudapostolorum positi cum sint,vno verbo est eis satisfa

Rom.13.
Psal,106
Psa.44
Ephe 4.
Heb.13.
pu.10.15
Vetus subditus supioris sui pcepta nõ discutit.

ciendum. Melius est obedire deo, quam hominib⁹. Verum tales necdum fuere nostri vel Episcopi, vel sacerdotes, qui de ieiunando, de psallendo, deq; aliis cæremoniis præclara multa sanxerunt, neq; igitur horũ hæc mãdata a nobis excutienda sunt, sed veneranda, sed exequenda, iuxta Christi verbum seruate & facite. Si enim tanti fecit Christus veteris testamenti decreta, vt per Mosen ingenue testetur
Deu. 17. Deut. 17. Qui superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tẽpore ministrat dño deo tuo, ex decreto iudicis moriatur homo ille, & auferes malum de Israel, multo maxime hanc reuerentiam atque obedientiam nostrorum pontificum decretis, & iustissimis constitutionibus debemus. Et ne quid tergiuersemur perinde atque multi tergiuersantur, atque sese pastorum erratis excusare contendunt Adiecit CHRISTVS. (Secundum opera nolite facere) Audi quid vitare, quid ad te excutere debes, opera videlicet mala, non legem, non decreta, non denique laudatissimas consuetudines. Decernunt enim & mali ministri, bonas quandoq; leges, & optima queq; decreta, non quia homines, sed quia de legatione funguntur. Pro CHRISTO enim legatione fungimur. Qui hæc ergo spernit, nõ hominẽ spernit, sed
2. Cor. 5, spiritum sanctum. 1. ad Thessalonicenses quarto, & Lucæ
1. Thes. 1. decimo. Qui vos spernit, me spernit. Neque enim vos estis
Lucæ. 10 qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Matthæi decimo. Viderint ipsi qui male, qui perperam viuunt, secusque agunt domi, quam in scholis docent, quid suo iudici respondere possint. Stat enim verbum dei aduersus eorum perditos mores. Qui soluerit vnum de mandaris istis minimis, minimus vocabitur in regno cœlorũ. Et potentes potenter tormenta patientur, exiguo autem conceditur misericordia. Ipsi respondeant suo iudici, a quo constituti sunt, in cuius manus si inciderint, durissimas daturi sunt pœnas, quod Sapiẽs testatur, Sapien. sexto. Vnum igi
Sap. 6. tur tibi in præsentiarũ ob oculos positum volo, quod Nicolaus papa reliquit, &ce. Canonicis decretis insertum prim. quæstione prima. Non quales sacerdotes domini sunt, sed quid de domino loquantur, est vobis magnopere prouidẽdum. Nec in vicariis beati Petri apostoli, vobis est atten-

dendum, quid sint, sed quid pro correctione Ecclesiarum, quid pro salute vestra satagant. Proinde si aliorum maxime præpositorum vitam nimio plus excutere volunt subditi, quid eis futurum sit. Gregorius ita fere indicat: Multi sæcularium hominum, cum plus sacerdotis vitam, quã suã discutiunt, in magnum contemptionis diuinorum sacramentotum crimen incurrunt: magna enim trahæ vulneratos habentes oculos, eamq; negligentes, festucam tamen in aliorum conspiciunt oculis, quam dum incaute festinant euellere, erroris in foueam dilabũtur. Quæ verba si in turbulentissimum hoc sæculum referas, optimo iure feceris, Quid enim malorum nobis non inuexit temeraritas hæc, qua nos diiudicare volumus, quorum iustis legibus obtemperare debuimus. Confusa enim sunt omuia, ac permista sacra profanis, contaminata sacramenta ecclesiæ, euersa tẽpla sacra, deo dicatæ virginis stupratæ, & quicquid tandem est legis, quicquid est religiõis quicquid ordinis inuersum est apud quosdam Germaniæ principes. Cur ita? Inuenti sunt in eorum prouinciis lupi rapaces, fures, ac latrones, qui ad se dominicam gregem dum colligere contendunt. a CHRISTO, adeoque ab vnitate Ecclesiæ dispergunt disturbant. Hi enim sunt magistri illi mendaces, qui sectas perditionis introduxerunt, & quod Petrus secundo capitulo secundæ epistolæ ait: qui post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulant, dominationem contemnunt, audaces sibi placentes, sectas non metunnt introducere, blasphemantes, libertatem quidem promittentes, cum sint serui corruptionis. Neque enim ii in Petri Cathedra sedent, neque synceriter CHRISTVM docent, sed id magis enitun tur, vt respublica CHRISTIANA, in miseram recidat (sublatis iustis legibus, quib' ceu pædagogo ducimur) Babylonicam captiuitatem. Testatur hoc facta', testantur & libri editi, testatur & tota GERMANIA nostra, suoque malo didicit. Vtile fuerit hactenus obsequi mandatis maiorum, quam periculosum, quam impium, non obsequi. Sequitur. **Alligant onera grauia, & importabilia, & imponunt ea in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere.**

Temerarium iudiciũ subditorũ ĩ p̃latos quid malorum induxerit Ecclestæ.

2. Patri. 1.

Vellem hanc ſententiam noſtri Epiſcopi ab oculos ponerent, neq; ſic paſſim, ac indiſcriminatim, ſine vllo fructu, ac neceſſitate onerarẽt miſeras ſubditorũ conſcientias. Manda, inquit quidam, remanda, expecta, reexpecta modicum ibi, &c. mandant, remandant, ſanciunt, decernunt, pro arbitratu ſuo plæraq; multa, quam vero ipſi nõ præſtent quæ a ſubditi exigunt, nemo non cernit. Prohibetur eſus carnium ſubditis, atqui qui licentius viuũt, quam legumlatores? Diſpenſatur cum iis, qui aliquot nummos in ærarium publicum conferunt, cur non cum famelicis, & mendicis, & laborantibus, atq; egentibus? Quanquam tamen mira de iis rebus moderatiſſime decernunt, porro multa remittunt nec ex æquo ab omnibus exigunt omnia Sed iam ad rem, Imponunt onera phariſæi Iudæi imponuntur & Chriſtianis, adeo vt Auguſti quæri audeat, in epiſtola ad inquiſitiones Ianuarii, ipſam religionem noſtram, quam dominus noſter Ieſus Chriſtus pauciſſimis ſacramentorum celebrationibus voluit eſſe liberam, quidam ſeruilibus præmunt oneribus, adeo vt tolerabilior Iudæorum conditio, qui non humanis præſumptionibus, ſed diuinis ſubiiciuntur inſtitutis. Eadem fere & Chryſoſt, teſtatur, quando dicit ſacerdotes quoſdam, omnem iuſtitiam mandare quidam populo, cum ipſi interim nec modicam præſtent. Tales ſunt etiam, inquit, qui graue pondus venientibus ad pœnitentiam imponunt, quia dicunt, & non faciunt, & ſic dum pœna præſentis pœnitentiæ fugitur, contẽnitur pœna peccati futura Quanto ſatius ii in animum reuocarent quod Pau. præcipit.

Ro. 15. Debemus enim nos firmiores imbecillitatem ĩfirmorũ ferre, & non nobis ipſis placere, Et ſi peccauerit quis in vobis, vos qui ſpirituales eſtis, in ſpiritu lenitatis inſtruite huiuſmodi, conſiderãs temetipſum. Ga. 6. Proinde obſerua diligẽter, quã prudẽter, & circũſpecte tãgat Chriſtus phariſæorum tranſgreſſiones, neq; enim contemnẽda dixit eorum præcepta, neq; abiiciẽdam authoritatẽ, ac poteſtatem quo cæteris prælati erant, ſed multo maxime hanc corroborauit paulo ante: dehinc monſtrans, qnam grauia ipſos manerent tormenta, qui ea ipſa nou ſeruarent, quæ aliis præſcribunt. Igitur Pau. volebat Epiſcopum eſſe irrepræhenſibilem in

Gal. 6.

omnib'(inquit ad Tit.2.)Teipsum prebe exẽplum bonorũ operum in doctrina, in integritate, in grauitate verbum sanum, irrepræhensibile, vt iis, qui ex aduerso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis: nihil potest hac sententia expressius, nihil ad rem accommodatius dici. Siquidem se exhiberent verbi ministri irreprehensibiles, si grauiter omnia agerent, nulla daretur calumniandi occasio infirmis. **Omnia vero opera sua faciunt vt videantur ab omnibus.** Hypocrisim animumq; corruptum nõ bona opera, q̃ optime ac iuste fieri põt, damnat Christ' in pharisæis Est enim maxima cæcitas, solum huc spectare, vt aucuperis inanes hominum laudes, cum fatuis virginibus, nec alio mentis oculum dirigere, quam ad has ipsas. Laborabat totus mundus sub id temporis fere hoc morbo, laborant eodem & plæriq; nostrum hoc ferreo sæculo Qui volet bene operari meminerit quod Moses in Deu.16. præcipit: Quod iustum est, iuste exequere. Iustum est orare Deum præcari veniam deprecari Dei impendentem iram sed iuste exequendũ.1.in Deũ potissimum, animus, vox mẽs spiritus, signa denique omnia referenda. Secus factitabant Iudæi. In foro enim orabant, vt hinc hominibus probi & religiosi haberentur, non deo. Tu igitur si quæ opere facere instituisti, eo animo fac, quo superius testati sumus.1 vt interius gaudium, non externam laudem quæras, id quum curauerint pharisæi minime, male audiunt apud Christum. Deu.16

Dilatant philacteria sua, & magnificant, & cæ. Animis inscribi oportuit, vita exprimi, non latis phylacterii circumferre in fimbriis id si præstarent, placerent oculis Dei, opera, ædificarentur & iis infirmis & miseri homines. Verum hoc spectatore contempto, vilissimam eandem affectabant apud inertem multitudinem, maluntq; vt histriones & ceu personati falsa religionis imagine fabulam agere, quã reuera iusti esse, & sctĩ. Obrepsit hic mos pharisæis, ex falso scripturæ intellectu, æditis enim legis præceptis. Deu.6. sic iusit Moses Eruntq; verba hæc (Scilicet diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo) quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, Deute.6

& meditaberis sedens in domo tua, ambulans in itinere, dormiens atq; consurgens. Et ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntq; & mouebuntur ante oculos tuos, scribesq; in limine & ostio domus tuæ. Illud nimirum sentiens, non oportere obliuisci vnquam pcæptorū Dei, sed ad horū regulam componēdas esse omēs vitæ actiones, omnia studia, moresq;, Illi vero solum personati nen verborum foliis gloriabantur, non in medulla. Sed væ nobis miseris (inquit Hiero.) ad quos vitia pharisæorum transierunt. Præcepta enim Dei in manu id est in opere compleantur sint perpetuo ante oculos vt die ac nocte meditertis in eis: adde etiam, vt sint in pedibus, quibus mandatorum viam incedas, in auribus super personent, in lingua, facieq; tota externa Sequuntur pharisæos nnstra ætate multi, qui præter Euangelium nihil in hore videntur habere, intus autem & in cute sunt lupi rapaces, fures & latrones, & quod Paulus testatur. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant, circunferunt Euangelium manibus Lutherani, re autem ipsa, non hoc præstant, quod Euangelio præcipitur. Quin ex diametro in Euangelium peccant. Tales apud nos etiam, vt testis est Hiero. sunt superstitiosæ quædam mulieres, in paruulis Euangeliis & crucis signo, & istiusmodis rebus, quæ habent quidem zelum Dei, sed non secundum scientiam factitant. Tu si ab hac pharisæorum infamia abesse desideres, id cura quod Ioannes præcipit. Non diligamus nos
1.Io,3 solum verbo, sed tempore & veritate. Rebus enim apud Deū, non solum laruatis nominibus agendum est, id quod mox subdit Christus. **Amant primos recubitus in cœnis, primas Cathedra in synagogis & cætera. &**
Lu.14 **vocari ab hominibus rabbi.** Deprimit christas rursus pharisaicas, quas domi forisq; erigunt ambitiosi homines Aduersus hoc vitium aliquando intonat Christus, Luc: 14 Cum inuitatus fueris ad nuptias, non accumbas primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo, Sequitur. Da huic locum. Quo notantur, omnes, qui honoratiora loca ambiunt, ac salutari gaudēt honorifice. Secūdū Origenē, & quotquot tandē hūc locū tractauerūt, pcidit dñs huiusmo-

di cõcupiſcentias ſcilicet velle vocari rabbi, velle ſalutari ab anima noſtra, & hortatur magis zelare humilitatem, quæ eſt prima exaltatiõis occaſio apud deum. Quanquam hic morbus multos hactenus occupet, multosq; detineat, qui ĩ ſcholis primas deſiderant, tamen interim vix rationem latinam reddere queant, Quos vere odiſſe deum, teſtatur DAVID, Odiſti obſeruantes vanitatem ſuperuacue. Vanitatis plenum eſt monſtrum, Rabbinum illud & magiſtri nomen, niſi adſint literæ, niſi tuæ profeſſioni reſpõdere queas. Sunt enim qui e ſcholis titulis glorioſis onerari domum redeũt, ſed ſcientia & eruditione vacui, nihil ſecum præter titulum ff. de iu. & fact. igno. reportantes, interim tamen turgent, ſibiq; mire placent. Sic & qui ambiunt dignitates Eccleſiæ, qui ſacerdotia prece, precatio ære, obſequio, adulatione obtinent, primum quidem diaconi, deinde presbyteri, tum etiam Epiſcopi vt fiant, inſtant oportune, importune inflati. ſ. (inquit Orige.) & per inflationem incidunt in laqueum diaboli. Aduerſus quos in decretis Canonicis ita pronũciat Leo Epiſcopus. Principatus quã aut ſeditio, aut ambitus occupauit, etiãſi moribus aut actibus non offendit, ipſius tñ initii ſui ẽ pernicioſ⁹ exẽplo. & difficile eſt, vt bono peragãtur exitu, q̃ malo ſunt inchoata principio. Multis nunc ſacerdotia ĩpoſuerunt non ob ſalutem animarum, ſed ob quæſtum, & propria commoda. Sed quid Grego. Nos inquit qui præſumus non ex locorum vel generis dignitate, ſed morum nobilitate innoteſcere, debemus nec vrbium claritate. ſed fidei puritate. Noli igitur vrgere, noli ipſe tibi honorem arripere, alioqui audies Chriſtum. **Vos autem nolite vocari rabbi, vn⁹ enim eſt magiſter veſter, omnes autem vos fratres eſtis.** Id eſt, nolite ambitione ad dignitates quaſlibet conſcendere vnus eſt magiſter veſter Chriſtus Io. 13. Vos vocatis me magiſter & domine, & benedicitis, ſum eteñ, Is igitur nobis ob oculos ponendus, huius exemplum imitandum. Exemplum, inquit dedi vobis, nimirum humilitatis, & charitatis, & benignitatis, ac comitatis, hoc imitari oportuit, hoc amplecti, hoc zelare debetis, non ambitioſos ac faſtuoſos Phariſæos.

Contra ineptos prælatos.

1. q. 1. c. Principatus.

Io. 13

Nō esse cō tra scriptu rā raræ eru ditiōis viros, docto res appelli tari:

Cæterum si, cui ob sanctimoniæ ac raræ eruditionis insigné, hic titulus obtigit, ad Dei gloriam referat, exequaturq; in Ecclesiæ ædificationem. Dedit enim Deus quosdam quidem Apostolos, alios autem doctores, &c. Et Paulus se doctorem vocat. Veritatem, inquit, dico, non mentior, doctor gentium in fide & veritate. Igitur quanquam vnus & is quidem præstentissimus, & omnium supremus sit magister ac doctor noster Christus, patitur tamen & alios eiusmodi honestari nominibus, modo quicquid est honoris, quicquid est laudis, & dignitatis in hunc referant, nec in alios sint turgidi & seueri, sed meminerint, quod Sapiens ait. Quanto maiores, humilia te in omnibus. Sic & quod sequitur interpretandum est. **Et patrem nolite vocare vobis super terram, vnus est enim pater vester qui in cælis est.** Id est, non eo animo patres vocemini, quo corruptissimi Pharisæi, qui ob hoc patres se dici sustinuerunt, ac ambiuerunt, quo cæteris sanctiores & honorabiliores haberētur, sed toto cœlo (quod dici solet) errarūt. Hunc errorem porro euertit Christus. Et patrem non vocemini in terris, semel professi patrem cœlestem, a quo omnis paternitas quæ in cœlo & in terris nominatur vt ad Ephe. 3. testatur Paulus. Huius cœlestis patris collatione. nemo vere patris nomine dignus est, siquidem ipse est qui pauit nos, qui condidit, qui seruat, qui delinquentes blandæ corripit. Ipse, qui omnium primas tenet, qui omnibus iure æquissimo præferendus est, Hoc honoris nulli dandum, si qui alii patris nomine censentur, vt qui nos genuerunt, seu bonis disciplinis instruxerunt, ab hoc id ipsum sortiti sunt: hunc igitur agnoscant authorem. Inquit enim Deus, quod & Christus, & Paulus confirmat. Honora patrē tuum, & matrem tuā, vt sis longæuus super terram. Et qui patri vel matri maledixerit, moriatur. Itaq; sustinet nos patres vocari Christus, modo cœlestem patrem, huiusq; selectum filium non deseramus. Laudetur ille, vindicet ille quod suum est, nos interim humiliemur sub potenti manu Dei, vt nos exaltet in tempore tribulationis, omnem solicitudinem in ipsum proiicientes, quoniam ipsi est

1. Cor. 12. & Ephe. 4.
1. Tim. 2
Eccle. 3.
Ephe. 1.
Exo. 2
Ephe. 6,
1. Pe. 5

cura de nobis, ita habet Petrus. 1. ca. 5 hoc est quod subdit. 1. Pe. 5
Christus. Qui maior est vestrũ erit minister qui autem se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur. Id est, quo quisq; maior est dignitate, hoc sit demissior. Alioqui vilissimus dicẽdus erit nisi virtute & humilitate vincat alios, qui dignitate præstat. Neq; enĩ ob præclaras dotes arrogantiorem, sed humiliorem, sed abiectiorem, sed solicitiorem conuenit esse, ne perdat arrogantia, quod gratis ac Dei benignitate largitũ est. Nam vt habet Salomon, in Prouerb. 5. Ne gloriosus appareas coram rege, & ĩ loco magnorũ nesteteris. Melius est enĩ, vt dicatur tibi. Ascende huc, quam vt humilieris coram prĩcipe. Hac vnica sententia, eliditur oĩm factuosorum hoĩm arrogantia, nõ tam Pharisæorum quam Magistrorũ, Patrum, Prĩcipũ, ac quorũlibet diuitũ, qui se cæteris præferunt, adeoq; anhelant ad magistratus. Gloriam enĩ præcedit humilitas, non sequitur vt habes. 15. Prouer. Et sedes superborum euertit dñs & sedere fecit mites pro eis. Radices gentium superbarum arefecit Deus & plantauit humiles ex ipsis gentibus. Vide Eccle. 10. Et Sap. 6. Altissimus enĩ interrogabit opera vestra & cogitationes scrutabitur. Percutiuntur hoc loco, non tã Ecclesiasticis officiis præfecti, quam omnes qui magistratum, vel præturam gerunt. Semper enĩ meminerĩt se esse Dei ministros, adeo ĩ regnum, præfecturam aut magistratum suffectos. Itaque illi rõnem reddituri sunt, non subditis, ipse enĩ scrutabitur horum opera, iudicia, onera, quibus miserum vulgus diuexarunt. Competit & CHRISTI verbum, in quemlibet hoĩem, qui DEI gloriam ambit & gratiã, quã si idipisci voluerit, seipsum demittat, se vermẽ, & oĩm peripsema iudicet. Sic Paul. Ego sum minimus Apostolorum, & non sum dignus vocaris Apostolus. Sic & Cẽturio de quo paulo ante diximus.

Marginalia: humilitas; Pro. 25; Pro. 15; Eccle. 10; Sap. 6.

Feria. 4. post secundam dominicam Quadragesimæ. Euang. Matth. 20.

A Scenden: Iesus Hierosolymam, assum-
psit duodecim discipulos suos & ait illis,
Ecce ascendimus Hierosolymam, & cæ.

Hoc Euangelium duo ob oculos nobis admodum graphi-
Crucis & ce depingit crucem Christi, & carnem. Hæc enim inuicem
carnis du- perpetuum indixerunt bellum . Crux delicias pessundat,
ellum. pompam sæculi execratur, spernit gloriam & hominum ap
plausum. Contra deliciari vult caro, gaudet pompis, oble-
ctatur vanis hominum laudibus. Verum qui Christi sunt
carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis,
neq; sinunt regnare rursus in se, quæ per crucem demolita
sunt. Ita enim eis crux, ita sui mortificatio, īposuit vt æter-
num confictentur cum carne. Hac ratione toties monet to-
lerandæ crucis Christus, toties suos præmunit, vt eo para-
Gal 5. tiores sint ad bellum, dum cum hoste in acie pugnandum
est. Hinc in hoc Euangelio reperit, quæ supra. 6. 16. Quasi
per transcursum monstrauit, ac indicauit. Filius (inquit) ho
minis tradetur gentibus, id est, Pilati ac Herodis sistendus
est iudicio, perinde atque perditissimus quispiam latro. Sic
enim traditus est, quasi reus, cum interim omnium esset in-
nocentissimus. Proinde imitatores sui voluit nos esse Chri-
stus, ergo, quod tum iculcauit apostolis, idem per sponsam
suam Ecclesiam, loquitur nobis, vt inquit Petrus: sequamini
1. Pet. 2. ni vestigia eius, qui peccatum non fecit nec inuentus est do
lus in ore eius. Hunc imitabimur crucis & incommodo-
Mat. 16. rum toleratione: Qui enim vult venire post me, abneget
semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Recte
dixit. Tollat crucem suam, nam Christi ferre impossibile
nobis, impossibile & legi, & humanis viribus prorsus no-
Crucē tol stram vero ferre, gratia cooperante, & factu facile, & iucun
lere quid. dum etiam si caro reluctetur. Tollere vero crucem, est ab-
negare seipsum, veteres exuere mores, affligere ac macera-
1. Cor. 9. re carnem ieiuniis, orationibus, vigiliis. Sic Paulus Casti-
go corpus meum, & inseruitutem redigo, ne dum aliis præ-
dicauero ipse reprobus efficiar. Castigare se est præscinde-
re concupiscentias, frenare gulam, arcere ardentem libi-
dinis flammam, cæteraq; vitia stirpitus euellere. Id quam-
quam horreat caro, mire tamen probat spiritus, inuc [...]

cet & Christo. Sic enim euades superior teipso, si per crucē a victoria tui ipsius inceperit Qui enim amat animam suam is perdat & mactet concupiscentias, vt quod reliquū est tē- 1. Pet. 4
poris, inquit, volūtate Dei, non carni viuat. Atqui de cruce plæraq; multa alias, & a quibus, & pro pacto toleranda sit, nunc prosequamur reliqua Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi, adorans & petens aliquid ab eo, &c. Cōstat ex Marco. 10. hanc matrē a filiis subornatam, Nam quod Matthæus in matrē, hoc Marcus porro reicit in filios. Accedunt ad eum, inquit, Iacobus & Ioannes filii Zebedæi, dicentes: Magister volumus vt quodcūq; petierimus, facias nobis existimabant hi, resurgente Christo mox exoriturum regnū illud, quod toties promiserat. Nondū enī penitus exuerant ambitionis affectum, nōdū erat spiritus humilitatis datus, quo duce discerēt, quid petendum esset. Petunt ergo hoc quod minime congruebat, id est, tolli in regnum, sine meritis, sine præclaris facinoribus. Id vero peruersissimum est, ac plane temerariū claret, vel ex ipsa petitione, vel maxime ex petitionis confutatione. Quid vis? Ait illi: Dic vt sedeant hi duo filii mei, vnus ad dexteram tuā, alius ad sinistrā tuā in regno tuo. Iaco. 4.
Audis petitionis stultā ac imprudētē propositionē. Quid enī imprudēti⁹, quā id petere quod adipisci, nō sine multis ærūnis & laboribus potest? Petitis, inquid Iacobus & nō accipitis, eo quod male petatis, Male petit, q̄ nō ordinē, neq; decorū obseruare studuit, neq; enim vt oportuit interpellauit pro filiis. Siquidē quietē filiorū visa est ambire, ante certamen, & coronā ante victoriā. Verū Pauli sententia est. Ne- 2. Tim. 2
mo coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Antea igitur militādū fortiter: quā regni coronā vel petas vel optineas, Quī & illud execrādū ī muliere, quod ad aliud nihil respexit, quā terrenæ, dignitatis īperiū. Hic suos voluit esse gloriosos, hic primas tenere, hic ab oibus honorari Sic est ferre vbiq; cōpertū, vt alii filiis suis militiā prouideāt (vt inqt Chrisost.) alii honores, nemo iis Deum prouidet, perditiōem illorum magno pręcio cōparant, salutem autem ne dono accipere volunt. Siquidem pauperes eos viderint, tristātur, sin delinque-

re, Desiq; offendere, nemo est qui mœrore conficiatur. Neq; igitur hæc mater, ordinẽ, neq; intẽtationẽ, neq; iustã ob oculos posuit materiam, destituta siquidẽ est ordine, quod præmium ambiit sine lab ore, adeoque sine vllo merito.

1.Cor.3. Quanquam enim gratia non sit ex præcedentibus meritis, est tamẽ ipsius beatitudinis vltima possessio, non sine meritis, & maximis laboribus indipiscenda. Vnusquisque e-
1.Cor.15 nim recipiet secundum suum laborem, mercedem. Quoties id Christus inculcat, quoties iterat Paulus? deinde, neque intentio ac animus satis erat integer, & syncerus Dic, inquit, vt sedeãt hi duo filii mei tibi & amicitia, & sanguine iuncti. Sed caro & sanguis regnum Dei nõ possidebũt. Neque enim ex voluntate carnis, sed ex sanctificante spiritu filii Dei sumus. Ioan. 1. sed, inquit, ex Deo nati sunt. Vide ergo quid hic ambiat caro: vide quam aduersus crucem (quæ regna. gloriam, pompas confundit, euincit, destruit) insaniat, sesque erigat. Hi, inquit, filii mei, non tam mihi quam tibi charissimi. Tertio, in materia etiam defecerunt, quod vtile, quod saluberrimũ erat, non postulantes Neque enim regni terreni gloria, sed cœlestis petenda est hoc enim
Ioan.18 docuit Christus, Adueniat regnum tuũ, dicens, hoc, testatur coram Pilato non esse de hoc mundo. Ioan 18. Neq; igitur huius regni dextra, neq; læua postulẽda, sed illius quod futurum est, quod omnium & pacatissimum & tutissimum est. His itaq; auribus quibus hæc voluit suos proximos esse Christo, nõ peruenitur ad regnũ Christi. Sed quibus inquies? audi Christum. **Nescitis quid petatis.** Quid terrena ambiunt nesciunt quid petunt. Hoc enim petunt, quod
Eccle.10 caducum est, quod vanissimũ est. Omnis enim potentatus
1.Cor.7. breuis vita, inquit Sapiens Et iterum: præterit figura huius mũdi. i quicquid splendidũ atq; egregiũ videtur in sæculo, transit, nec est durabile semper. **Potestis bibere calicẽ quem ego bibiturus sum** Id est, experiri crucẽ eã quã ego, vestri causa subiturus sum? Calicis enim nomine crux, mors, pœnarũ abyssus inteligitur. Et quidẽ de Christi calice aperte testantur Euãgelistæ. Pater, si nõ potest hic calix
Calix, Christi qualis sit. transire, nisi bibã illũ, fiat voluntas tua, Calix Christi fellens. & si quid amarius dici potest, erat mistus nostris spur-

citiis ac peccatis, ebibit hũc totũ, sine vllis humanis præsidiis Christus, fiat, ĩquit voluntas tua, malo enĩ tuæ, quam meæ volũtati obsequi. Hũc calicẽ apostoli neq; bibere potuerũt, neq; porro imitari. Q̃nquidẽ is ĩ solũ mediatorem recidit, huic solum paratus erat, atque propinatus. Proĩde, biberunt ii duo, quisque suum calicem, alter ve3 mortem obiens, alter voluntatem promptam exhibens, eoque imitati sunt Christũ. Ob id Xp̃s, sciscitatur, potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum. **Dicunt ei, Possumus.** Respõsio hæc nõ tã ex sua fiducia, quã ignoratione ꝓpriæ ĩbecillitatis processit. Verissimum ei est adagiũ. Dulce bellum inexpertis. Inexperti erãt apostoli quis futurus esset euentus, ac belli finis, audaciter magis quam cõstãter respondent, nescii quam ĩbecilles essent, ad ferendum martyrium. Sic & Petrus. Dñe tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire. Quã vero incõstanter se habuerit, ancilla hostiaria interrogata dicat: Audẽt quidem Apostoli, audet & Petrus, cõstãterq; asserũt, se bibituros mortis calicem, sed sine cõstantia mẽtis, Nũquã eĩ animus noster fortiter & ĩperturbate feret oĩa, nisi adsit spũs robur, quo cum ĩgenue ac vere respõdere & diceret possumus, ecce d ie adsum ꝓsto sum ad bibendũ calicem mihi paratum alacriter. Et quod Paulus ait. Omnia possum ĩ eo qui me confortat Christus Id est, quod mox subiungit. **Calicem quidem meũ bibetis, sedere aũt ad dexteram meã, vel sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo.** His verbis primum declarat Xp̃s qua via pergendum ad patriã. Nempe per malorum tolerantiam per tribulationes, per enses, per ignes, perq; omnium malorũ maximũ, mortẽ ipsam. Quemadmodum enĩ oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suã, vt habet Lucas, sic & nos si cõpatimur, & conregnabimus, & si socii fuerimus passionis erimus & cõsolationis. Atq; is est calix quem nobis hoc loci imponit Christ᷒, de quo Dauid. Psal. 115. Quid retribuam domino pro oĩbus quæ retribuit mihi. Calicẽ salutaris accipiam, & nomẽ dñi ĩuocabo Quod vero per calicem mors significetur, declarat mox subsequutus propheta

Luc. 22.

Phili. 4.

Qua ad patriã via pergendũ.

Luc. 24

Roma. 8

2. cor. 1.

Psal. 115.

Vota mea reddam dño coram omni populo eius, præciosa in conspectu domini, mors sanctorum eius. Idem igitur est calix, quod mors iuxta Origenis sententiam, quam & per alias scripturas roborat. Psalm.22. Calix meus inebrians quam præclarus est Ebrij charitate fuere martires, tolerandis pro Christo malis. Hic ergo calix velim⁹ nolimus epotandus est. siquidem potiri dextra læuaqne Christi volumus, Et nota. Christum dextris patris assiduere, id est, potioribus bonis frui, iuxta illud Stephani. Actu. 7. Ecce video cœlos apertos, & filium hominis stantem a dextris virtutis Dei. Et Heb.1. Ad quem angelorum dixit aliquando sede à dextris meis. Quo consequitur, nullius hominis, neque angeli etiam merita, id efficere, vt in dextris patris collocetur Est enim illi hoc vnum tribuendũ, quod omnibus superior est, quæ in cœlis siue in terris, Proinde. vt nos

Matt.25. consortes fecit regni sui, sic dextra sua læuaque dignabitur Christus, modo ad id conemur bonis operibus contendere, quod pollicitus est, vt tandem & nos audire mereamur. Venite benedicti patris mei percipite regnum. Quod inquit, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est, bifariam hic locus intelligi potest. Primo, vt sensus sit, non esse Christi secundum serui formam dare regnum cæleste sed patris, inquam omnia quamlibet egregia reiicio, etiam

Ioan.10. gloriam, meam salutem, & vitam verum si eandẽ cũ patre voluntatem, ad potestatem dispiciamus, cum Christus di-

Psal.83. cat, Ego & pater vnum sumus. Et omnia mea tua sunt, & tua mea, est & ipsius Christi regnum dare & gloriã. Gratiam enim & gloriam dabit dominus Alter sensus est, quem

Iacob.1. aduotauit Chrys. Non est meum dare vobis, qui turgidi

Ad gloriã estis, & inflati, ac omnium arrogãtissimi Iam Deus super-

hũilitat vi bis resistit & humilibus dat gratiam. Gratiam enim & glo-

am sternit riam præcedit humilitas, ceu dispositiuæ operationes ad for

Prouer.15, mam introducendam, parat humilitas viam, ad vtrunque

Lucæ.1. Prouerb. 15. Gloriam præcedit humilitas. Humilibus igitur paratum est regnum, & sibi ipsis displicentibus. Id quod & Maria agnouit. Deposuit. inquit, potentes de sede & exaltauit humiles. Deiecit fortem illum. Leuiathan Diabolum. ad inferna, qui sedem suam in aquilonem ponere,

fiimilisque altissimo fieri contendebat. Videbã inquit Christus satanam tanquam fulgur de Cœlo cadentem. Et Esa. Quomodo cecidisti lucifer, qui mane oriebaris? Quisquis ab imis ad fastigia conscẽdere velit gloriæ, id curet oportet vt medios, iferioresq; grad⁹ principio nõ negligat, alioqui antea labetur, quã cõscẽdere ducat. Id mox declarat Xpus. Lucæ. 10. Esa. 14.

Audiẽtes decẽ idignati sũt, de duobus fratrib⁹.

Permissi sunt discipuli, non semel, vel labi, vel secus quam oportuit & agere & dicere, vt hac occasione, veritatis, & pietatis documẽta recidiant. Neque enim est periculosus error magistro præ entes, vt habet Chrysostomus. Sic alicubi & somno correptus est CHRISTVS, vt eo instarent diligentius, seque ipsos, quam imbeciles sine CHRISTO essent, agnoscerent, adeoque ad diuinum præsidium confugerent. Ita & hoc loc⁹ indignari, atque ambitionis affectibus concuti permisit decem fratres, quo penitus, subinde eximeret, non tam ex horum, quam ex eorum animis qui in Apostolorum vices essent suc. essuri, omnes ambitionis, & cupiditatis, & inuidiæ, ac liuoris affectus. Cur interí apostoli permissi sunt labi.

IESVS autem vocauit eos ad se. Scitis quod principes gentium dominantur eorum & qui maiores sunt potestatem exercent.

Hic Christus aperuit longe diuersam esse rationem regni mundani, & regni euangelici, in regno mundi qui primas gerunt dominatũ, ac tyrãnidẽ exercent in illos quibus imperãt, sicq; subiectos tractant, quasi pecora ac bestiæ essent nihil est hic humanitatis, nihil cõmiserationis, nihil pietatis spectare, dominãtur enim ac veluti potestatem exercent, perinde ac subditi omnes malefici, periuri, proscripti essent Quid enĩ aliud est, potestatẽ exercẽt, quã nõ secus in subditos deseruire, quum si omnes in vniuersum cõmeriti essent? Quanquã tamẽ, nec veræ executiones sint iustitiæ. Rapere enim, iugulare, vectigal iniustum simul & immoderatum imponere popello, non est agere principem, sed tyrannidem Aduersus hoc regnum, huiusq; imperii principes, sic intonat Esaias. 1. Principes tui infideles, socii furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, Pupillo non iudi- Aduersus tyrannos Esa. 1.

Ezec.22. cant & caussa viduæ non ingreditur ad eos. Et Ezech 22.
Principes eius in medio eius quasi lupi rapiētes prædā, ad
effundendum sanguinem, & ad perdendas animas, & auare
sectando lucra. Hi regnāt, sed nō ex Deo, id est eorum regnum
non probat Deus, sed arguit, sed confundit ac abiicit.
Oseæ.8. cit. Ipsi, inquit Ose.8. regnauerunt & non ex me, principes
extiterunt & non cognoui. Aurum suum & argentum fecerunt
sibi idola. Gloriantur enim se regnare, & non regnare
modo, quum id veri principis sit, qui non sibi, sed reipublicæ
natus est, sed etiamnum excoriare miseras, oues, quod
Mich 3. Micheas quoq; queritur, Principes Iacob & duces Israel
audite vos scilicet qui odio habetis bonum, & diligitis malū,
qui violēter tollitis pelles eorū desuper eis, & carnes eorum
desuper ossibus eorum, qui comederunt carnē populi
mei, & pellem, & ossa, & medullam, vt aliquid addamus ex
nobis. Tales sunt vrsi, leones, & omnino ferocissimi homines,
illi, de quibus non semel quæruntur prophetæ. Quales
Quod sit vtinam non multos habere ecclesia Christi. Principes, duces,
verum regnum. & magistratus sæculi Verum suo domino stabunt aut
cadent, viderint ipsi, quo exactori Christo respondeāt Est &
alterum regnū huic ex diametro pugnans, in quo, quisquis
Quis vere sanctior, is & dignior, & deo vicinior is vero vicinior qui
humilis submissior, qui sibi quicquid est vitiorum. Deo quicquid
est laudis ac gloriæ, tribuit, se que omnibus inferiorem existimat,
neminem contemnit, nemini se præfert. Totum enī
Math.5 hoc regnum in sui ipsius possessione & plena abdicatione
Lucæ. 17. potissimum consistit. Testatur id Christus Matth.5. Beati
pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorū. Et
iterum. Regnum Dei est intra vos, id est in vobis ipsis consi
2. Corin.3 stit, vera spiritus libertas, qua Deus in nobis pacatissime regnat.
Vbi enim spiritus domini, ibi libertas. 2. Corin.3. Vbi
libertas a peccato, ibi & regnū Christi, & omnis boni possessio
Iam cum carni dum viuimus, obnoxii simus, hactenusq;
pugnam, adeoque intestinum ac domestieum bellum
experiamur, conuenit pædagogiam adhibere, ac coercitiuam
legem carnalibus hominibus præscribere, ne e regno
suo expellatur Christus. Huius legis ministri, sunt pastores
& doctores, & gubernatores, vt Paulus locupletissime ad

Corīth & Ephe.declarat. Ministrorum autem est meminisse, qua illis formam gubernandi præscripsit CHRISTVS quodve exemplum exhibuit, ac præmonstrauit. Exemplum inquit, dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis Ioan.13. Et item. Discitea me quia mitis sum & humilis corde. Mat.11. Ita & Paulus segregans in Euangelium Dei sibi potestatē dici datam in ædificationem non in destructionem. Erit itaq; pcipua cura legislatoribus (dū quid præscribere volunt subditis) vt iustitiam colant, & æquitatem qua in nobis regnat Deus. Nam summum in rebus bonum est, iustitiam colere, ac sua cuique iura seruare, & in subiectos, nō sinere quod potestatis est fieri, sed quod æquum est, quod commodum ac vtile reipublicæ. Est enim magistratus reipub. nomine constitutus, non vt sua, sed aliorum cōmoda spectet, idq; agat, vt magis diligatur quā timeatur, vt liber omnibus pateat aditus, id est, quod Christ' indicat dicens. Non ita erit inter vos. Id est, non perinde administrabitis rempu. vt principes gentium, vt tyranni sed qua ratione? Si quis voluerit inter vos maior fieri sit vester minister, & qui voluerit inter vos primus esse, sit vester seruus. Non hic tollit magistratum Ecclesiæ Christus, sed graphice depingit, qua ve amussi administrare debeat subiectā sibi plebem. Erit inquit, vester seruus & minister, ad hoc scilicet deputatus, vt nostris vtilitatibus prospiciat magis quā propriis vestris consulat rebus, vestræ intendat saluti, Sic Paulus Cum essem liber, me omnium seruum feci, vt multos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum. Et apertius Apostolorū princeps Petrus Pascite qui in vobis est gregem Dei, prouidentes non coacte, sed spontanee, secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntarie, neque vt dominantes in cleris sed forma facti gregis ex animo. O præclaram regulam, & tanto Apostolo dignam. Pascite (inquit) Dei gregem non deuorate, non deglutite, idque spontaneo & libero adeoq; ab omnibus affectibus absoluto animo, propter Deum, hunc solum spectantes, cuius legatione fungimini, non vt domini, sed vt serui, vt forma, & exemplar, ad quod

Qua subiectam sibi plebem regula primates gubernare debeant.

1. Pet. 5.

suã vitã mores, fidẽq; cõponãt. Oĩs enĩ põtifex ex hoĩbus
Heb. 5. assumptus pro hoĩb⁹ cõstituitur in iis quæ sunt ad deũ, ĩ-
Gal. 6. quit Paul⁹ ad Heb. 5. Et mox qui cõdolere possit iis, qui er-
rãt & ignorãt, qm̃ & ipse circũdat⁹ est ĩfirmitate. Ita & Gal.
6. Si poccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spi
rituales estis, instruite eiusmodi ĩ spiritu lenitatis, cõsiderãs
teipsum, ne & tu teneris. Instruendi ac sanandi sunt miseri
hoĩes, nõ vi, neq; tyrãnidæ ex carnificãdi, quod solẽt lupi
& latrões. Sed nõ ita erit inter vos. Vos ministros scitote es
se regni eius, non dños, hac ratiõe toties eos seruos vocat
Mat. 10. 54. & in Luc. 11. Hac ratione & Paul⁹ se seruũ Iesu
Christi in omnibus appellat epistolis. Noluit enim se domi
num, neque principem, neque ducem arrogãtius vocare, ne
ambitionis argueretur. Arguũtur etiã hoc loco omnes qui
ambitiosius dignitates, atq; officia ecclesiastica desiderãt, q
precio, preceq; obtinẽt, qui proinde pauperes cõtemnũt ac
a se abiiciunt, nec alloquio quidã dignãtur. Vide Origenẽ.
hinc etiam Chrisosto. Quicunq; desiderat primatum in ter
ra, inueniet confusionem in cœlo, nec inter filios computa-
bitur, qui de primatu tractauerit, nec vnusquisq; eorum fe-
stinet quomodo aliis maior appareat, sed quomodo omni-
bus inferior videatur, quoniam nõ qui maior fuerit in ho-
nore, ille iustior est, sed qui iustior, ille maior est. Totã hic
Chrisosto expressit Christi sententiam, ac mentem, hoc enĩ
est, quod voluit, hoc quod inter suos prohibuit ne quisquã
contendat, quomodo aliis, fastigiis titulisq; præstet, sed
quomodo dignior, sanctior, ac humilior sit. Quemadmo-
dum & mox suo ipsius exemplo id comprobat dicens.

Sicut filius homis nõ venit ministrari, sed mini
strare, & dare aĩam suã ĩ redẽptionẽ p multis.

Vides quale exemplum præscribat, quod sequãtur anima-
rum præpositi? nimirum quod Christus seipsum exinani-
uit, formam serui accipiens, multisque modis nostram sa-
lutem procurauit. Nec secus debent successores. Non enim
habemus pontificem, qui non possit compati in infirmita-
tibus nostris tentatum autem per omnia pro similitudine
Heb. 4. absq; peccato. Hebræorum quarto. Et ideo apud Ioannem

decimo dicit. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis, quemadmodum filius hominis, qui cum sit, & dominus & magister, & verbum quo cuncta subsistunt, non tamen sua abusus est potestate, non est venatus gloriam apud homines, sed omnium commodis inseruiunt, quamuis interim non omnes id assequantur, ob id dicit, dare animam suam in redemptionem pro multis, Id est pro iis, qui hũc ipsum imitari quanta maxima opera possunt, student, qui fide arripiũt, charitate flagrant, operibus exequuntur. Satisfecit ipse quidem, & quod per se fieri debuit, belle præstitit, factus pro nobis sanctificatio, sapientia, & redemptio, vt habet Paulus. 1 Corinth. 1. Nostrum interim est etiam satisfacere iustitiæ violatæ nostrum est sequi magistri vestigia, nostrũ est eleemosynis peccata redimere, lachrimis abstergere, ita enim passionis Christi meritum redundabit in nos abunde satis. Iob. 10.

Feria quinta post secundam dominicam quadragesimæ. Lucæ xvi.

Homo quidam erat diues, &c. Horrendum profecto exemplum in hac lectione charissimi præponitur, quodque vel saxea corda ad beneficentiam erga egenos amollire possit. Quem enim non concurreret ea vox: Fili recepisti bona in vita tua. Et, tu modo cruciaris in inferno sepultus Grandis permutatio, & rerum vicissitudo miseranda, quem pauloante splendide vescentem videres eum iam sitientem, nudum, omnibusque bonis spoliatum spectare. Recte quidem Dauid. Diuites egerunt, & esurierunt, inquirentes autem dominum, non minuentur omni bono, Duo hic genera hominum subindicat Psalmographus. Primum gloriosum quidem, & locupletissimum, quatenus ad extremam rerum faciem attinet, Cuius videlicet vxor proles, familia, adaucta plurimum est, conscientia vero peccatorum noxiarum cupiditatem, ac libidinum misere adusta, quo in genere illi fuerunt de quib9 Dauid Psalmo. 143. Quorum filii sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua. Filii eorum compositæ, circumornatæ vt similitudo templi, Promptuaria eorum plena, Oues

Psal. 33. (beside "do miseranda … vide-")

Psal. 143 (beside "quatenus ad extremam … vide-")

Iob. 21 fœtosæ, & reliqua que fusius in horũ laudẽ enarrat. De illis & Iob. Semen eorum permanet corã eis, propinquorũ turba ac nepotum: in conspectu eorum. Domus eorum securæ & paratæ, & non est virga dei super illos. Hi sunt qui luxuriantur in conuiuiis suis, & vt Iudas Thadæus dicit, In epulis suis maculæ conuiuantes, sine timore semetipsos pascentes, nubes sine aqua, quæ a turbinibus exagitantur. Secũdum genus, est eorũ quibus omnia infœliciter cedunt, si huius mundi statum gloriam, dignitatem, & ambitionem spectes, interim tamen virtutibus & animi dotibus prædiuites sunt, Inquirentes autem dominum, inquit Dauid, nõ minuentur omni bono. i. nunq̃ ignotus & obscurus videatur, qui fide, qui bonis operibus pollet, si tamen domini cõ fultor fuerit, si huius legem seruarit, locupletissimus quibusliber locupletior est. Testatur id in Prouer. 16. Salomon: Melior est pauper qui ambulat ĩ simplicitate sua, quã diues torquens labia sua, & insipiens Et item. 28. Melior est pauper ambulans in simplicitate sua quã diues in prauis itineribus. Et Iob 12. Qui deridetur ab amico suo, sicut ego, inuocabit Deum & exaudiet eum Deridetur enim iusti simplicitas. Lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum. Qui diuitiis abundant pauperes multis conuitiis afficere solent, coutemnere solent, & execrati, vixque dignãtur alloquio, Torquent enim labia, nec patiuntur egenos etiamnum ea præstari, quæ superflua sunt: nec vllis vsibus commoda. Si vero excelso animo hæc ferant pauperes suis hostibus, perpetuo euadent superiores, id est, quod Prouerb. 30. Melior est pauper fortis & sanus quã diues imbecillis & flagelatus malitia Fortem eum intellige, qui suam inopiam Deo acceptam fert, qui non despondet animum Imbecillem vero & flagellatum eum existimes. qui cum animo tum corpore, molestiis innumeris (quæ diuitias comitari solent) afficitur. Proinde vtriusque exemplum graphice hac lectione depingitur. Homo inquit, quidam erat diues, cui nihil deesse videbatur ab absolutam huius mundi fœlicitatem, magni quidem nominis apud homines, verum Ignotus Deo, ob id eius nomen minime exprimitur, indignus eum videbatur, quem euange-

Pauper est.
Psal. 33.
Prouer. 19
Iob. 12. a
Eccle. 30.

lica historia ex nomine designaret. Solent enim homines diuites huius mundi admirari, solent eorum gloriam & famam, per omnes ciuitatis vicos traducere, intentisq; auribus aduertere, si qua in re eis placere queant. Eccles. 13. Diues loquutus est, & omnes tacuerunt Et item, Diues commotus, confirmatur ab amicis suis, humilis vero cũ ceciderit, expelletur & a notis. Loquutus est superbus, & iustificauerũt illum, loquutus est, & verbum eius vsq; ad nubes perducent. Pauper loquutus est, & dicunt, quis est hic? qui igitur fœlices ab hominibus prædicantur, indigni sunt, quos diuinæ litteræ commendent ex nomine, quanquam non semel & scelcratorum hominum nomina exprimantur. Verum, id alia ratione, quam hoc loci tacitum est prædiuitis Epulonis nomen, fieri, nemo est qui ambigat, indignis hic traducitur laudibus, ob id siletur nomen. Hinc Dauid: Periit nomen eorum cum sonitu. Quorum? Eorum nimirum qui vocauerunt nomina sua in terris suis, qui ceu monstra quædam venerari ambiuerunt, & exosculari atq; admirari ab omnibus. Quales item fuerunt illi de quibus Gene. 11. Venite ædificemus turrim, & celebremus nomen nostrum proĩde, hic diues, in malũ congregauit sibi diuitias. Quẽdoquidem non perpendit se dispensatorem positum, super familiam veri domini, id est dei, qui diuitias in hoc præstat non vt seruentur, sed vt distribuant, vt aliorum inopia lis subleuetur. Quomodo Abraham, Isaac. Loth, Iacob, Dauid, Iob, & alii item innumeri diuitiis vsi sunt. de quib9 Eccle. 31. Beatus diues qui inuentus fuerit sine macula, & qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecuniæ thesauris Quis est hic laudabimus eum. Nam admodum rara auis est in terris, nigroq; simillima cygno. Et tales oportet esse, siquidem bene, si iuste diuitiis vti volunt, id est, Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Et Paulus præcipit. diuitibus huius sæculi præcipe non altum sapere, nec sperare in incerto diuitiarum sed bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum in futurum. Id non fecit hic homo diues, sed magis rebus ipsis abutebatur, sibiq; soli seruabat.

Eccle. 13 | Psal 9 | Gen. 11 | Diuites | Eccle. 31 | Psal 61. | 1. Tim. 6

Et induebatur purpura & bysso, & epulaba-

tur quotidie splendide, Hic vides in quo peccauerit. Nimirū ambitione & luxu, ac voluptate, is enim vitii corruptus abutebatur ad frugalem vsum concessis diuitiis, induebatur, inquit, purpura & holosericis, non minus molliter quam splendide, Qui enim mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Colligit hinc Grego. Si vestrum cultus superfluus ac sumptuosus peccatum non esset, nequaquam sermo diuinus, signantius exprimeret, diuitem purpura & bysso indutum, iam apud inferos torqueri. Contra, Ioannem alibi, quod hirsuta veste indutus erat: & camelorum pilis, commendari legimus. Igitur Sapiens: In vestitu ne glorieris vnquam. Quis enim iure hinc gloriari potest, quod durabile non est, deinde quod multis occasio ruinæ est. Cæterum, qui in vestitu gloriantur, sic a Iacobo refelluntur. 5 Agite nunc diuites, plorate vlulantes, in miseriis vestris, que aduenient, vobis diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra a tineis comesta sunt, Aduersus quos Ezech. 23. dicitur Et denudabunt te vestimentis tuis & tolent vasa gloriæ tuæ. Ecclesia. 4. subdit, trudam te in manus eorum, quos odisti, in manus quibus satiata est anima tua. Mixta enim sunt hæc vestimenta sanguine innocentum ex horum sanguine consuta sunt, id quod cernere licet, multis principibus, Prætoribus & vrbium Prouinciarumq; præfectis, qui monilia quoque ex pauperū substantiis corradunt, hos exhauriunt, excoriant de super carnes & ossa eorum vt inquit Propheta, vt suis cupiditatibus ac voluptatibus consulant. Pelles enim eorum, pelles terræ Madian & cooperimenta pauperum, quæ auferunt, adeoq; expilant, vt & medullas ossium extenuent. Proinde arguit hoc factum diuitiis, & eos qui spicturatis vtuntur vestibus preciosis, & multa arte & studio comparatis, quales hunc nobiles matronæ, virgines multæ non tam præclaro, quam obscuro loco natæ. Neq; enim vllus est respectus, neq; delectus status, dignitatis, aut personarum. Quotquot enim sunt, etiam obscurissimi quinq;, holosericis vti pro sua libidine volunt, breui tamē nudandi & iis omnibus spoliandi. Lege Esaiam. 3 ca. Pro eo quod eleuatæ sunt filiæ Siō & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, &c.

Matth. 11

Iacob. 5

Ezech. 33

Cōtra vestimentorū luxum.

Esa. 3

sequitur, decaluabit dominus verticē filiarū Siō, & dñs carnē earū nudabit In die illa, auferet dñs ornamentū, vt.s.earū turpitudo videatur ornamentū nēpe auferre calceamentorū, & lunulas, & torques, & mirtas, & reliqua quibus ad luxū abusæ sunt. Et epulabatur homo iste quotidie splendide nihil non parās, quo oblectare possit suam ingluuiem, multa arte comparās & exquirēs cibos, miscens pigmentis obsonia, & vina quoq; Cretica cōuiuiis īstaurās, neq; vna vice sed quotidie id factitabat. Cōcreditur eī aliquoties remittere abstinentiæ leges, vel certe intermittere, nō tamen fas est indies epulari, comessari & licētissime viuere. Id enim Epicurus vixdū suis permitteret assectis. Cōuiuia, eī quę ex charitate procedūt, inquit Greg. qñ vc; in eis nulla absentiū vita mordetur, nullus ex irrisione reprehenditur, nec in eis inanes secularium negotiorum fabulæ, sed verba sacræ lectionis audiūtur, cum nō plus quā necesse sit seruitur corpori, sed sola eius infirmitas reficitur, vt ad vsus exercendæ virtutis habeatur Eiuscemodi cōuiuia Iob filii celebrarūt, talib9 & Christus adfuit nō semel, & sancti quilibet sancte & religiose vti possunt. Porro ea sunt religiosa cōuiuia. Et Euangelicis viri digna, ad quæ claudi, debiles, peregrini, aliisque id generis miserandi homines acersiuntur, vt in Luca testatur Christus. Quæ vero præconibus abūdāt, quæ luxus Venerisq; caussa īstituta sūt, ea porro talia sūt, q̄ toties prohibēt diuina oracula. Noli, īquit, Salomō, ēe ī cōuiuiis potatorū, nec ī comessatiōib9 eorū, qui carnes ad vescēdū cōferūt, quia vacātes potib9 & dātes symbola cōsumē̄t, & vestiet pānis dormitatio. Tales ducūt ī bonis dies suos, & i pūcto ad īferna descēdūt Horū cōuiuia per Oseā, ceu abominabilia, separata dūr, & scortatiōib9 īquinata. Dānat eadē & xps vno apud Lu verbo. Videte ne corda vestra grauētur crapula & ebrietate. Ebrietas eī īcētiuum libidinis, ac mētis īducit hebetudinē, id quod ī hoc viuite cernere licet, si reliqua expēdam9 q̄ supsūt. Et erat qdā mēdic9 noīe Lazar9 Hic ad sed; genus pergit Chr. q; cōplectitur eos, qui re ipsa aīoq; ac spū pauperes, egeniq; sunt, de quibus bñmerēdū est perpetuo. Semper īquit Christ. pauperes habetis vobiscum, & cum volueritis, potestis benefacere. Tales hospitio col-

Cōtra gulam

Conuiuia celebrari qui permittantur

Iob.1.

Luc.14.

Proue.23

Iob.21

Oseæ.4.

Lu.21.

Io.12

Mat.14.

ligendi sunt, vt supra docuimus, vestiendi sunt, cibandi,
& aliis item charitatis & pietatis officiis officiendi. Tali-
um & Paulus suscæpit in se curam, adeo vt fere in omni-
bus epistolis fideles cohortetur ad beneficentiam. Hoc ho
minum genus priori admodum est dissimile est, mendicum
quidem & obscurum, atque apud homines ignotum, sed
clarum & nobile apud Deum, id quod, nomen ipsum La-
zarus indicat, re enim ipsa omnibus mundi præsidiis de-
stitutus erat, Dei solus auxilio adnixus. Quandoquidem
huic Lazaro, & domus deerat, & vestis & cibus, & cor-
poris quoque prospera valetudo, erat enim vlceribus ple-
nus, qualis inuictus, ille Athleta Iob legitur fuisse. Talium
Io.1.&.2 est regnum cœlorum, tales nutriendi sunt beneficentia pau-
peres, validi aũt mendici, ne otio inertiaq; torpeant, & ad-
Médiciva- inania, noxiaque defluant, cogendi sunt ad labores, ni pe-
lidi ad la- regrini sint, quibus vel spicæ metentium relinquendæ sunt,
bore cogẽ- vt inde vitam transigant, victum sibi comparent. Peregri-
di. ni autem veri sunt, qui propter Christum, domo, patria,
Veri pere- possessionibus, rebusq; omnibus nunciauerunt. Quales cũ
grini qui plures sub exordio nascẽtis fuisse Ecclesiæ Lucas in Aposto-
sunt. licis actis testatur, & Paulus horum nomine non semel a-
pud alios stipem emendicabat, vt Hierosolymam transmit-
teret. Quorum exemplum, si qui religiosi ex eorum ordine
quos mendicantes vocant, sequuntur, quum & ipsi & pere-
grini, & aduenæ sint propter Christum, merito a fidelibus
alendi sunt. Verum de iis alias Iam ad eum mendicum re-
deamus, qui & rebus, & membris destitutus fuit, & nihi-
1.Cor.1. lominus probus & sanctus, & adeo cognitus atq; probatus
Erat ignotus hoĩbus, notissimus vero deo. Infirma enim
mundi elegit deus, inquit Paulus, vt confundat fortia, & i-
Hier.9. gnobilia atq; contemptibilia elegit deus, & ea quæ nõ sunt
vt ea quæ sunt destruant, vt non glorietur omnis caro ĩ cõ-
spectu eius. Id est, vt non glorietur diues in diuitiis suis,
Esa.40. sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire & nosse me. Car-
nis nomine diuitias, gloriam, ambitionem, luxum, libidi-
nem, & quicquid tandem miseri mortales admirantur, si-
gnificans. Omnia enim ipso vsu intereunt. Quandoquidem
omnis caro fœnũ, & omnis gloria eius sicut flos fœni Fi-

ortum est enim fœnum,& aruit. Idem futurum iis,qui ĩ incerto diuitiarum suam spem collocant. Si enim ait Iacobus 1. Exortus est enim sol cum ardore,& arescit fœnum,& flos eius decidit,& cor vultus eius deperiit. Ita & diues in itineribus suis marcessit,de quibus idem 5 cap. Epulati estis super terram,& in luxuriis enutristis corea vestra In die occisionis adduxistis & occidistis iustum,& non restitit vobis. Occidere iustum,quamuis in Christum maxime, tamen & in eos qui inopia rerum laborant,competere potest. Quos ii occidũt qui non pascunt,qui panem,victumq; surripiũt aut certe suppetias ferre,vel grauantur,vel porro negligunt Pasce inquit Amb. fame pereuntem,si non pauisti,occidisti.

Cupiebat saturari de micis quæ cadebãt de mensa diuitis,& nemo illi dabat, & cætera.

Audis quanta erga pereuntẽ proximum neglıgẽtia, quanta parsimonia vtebaĩ,vt ne micæ quidẽ darẽtur rogitanti, cũ canes quos forsan magnatum more ad mẽsam nutriebat, quod inhumanitate hominum neglectum est, ipsi vtcunq; resarcire volebãt. Veniebant enim & lingebant vlcera eius, ita videmus nos bestias,aliquãdo humanitate supare,multoq; ad beneficiẽdum propensiores,quam homines rationis,gratiæq; participes Hic maxime peccatum est non tam a patre familias,quam a familia tota. Quales enim sunt domini tales & illi,qui ab is gubernantur. Prouerb. 29. testatur id Solo. Princeps qui libenter audit verba mẽdacii omnes ministros habet impios: id vsu euenit in hoc damnatissimo diuite. Siquidẽ, nemo ex tot parasitis, nemo ex senibus,nemo ex tota familia,illi panis micas (quas canibus dari certum est. Ex Euang. Matth. xi.) administrabat. Qui familiam habent viderint qualibus eis honestatis & humanitatis exẽplis præcedant,neq; enim de ipsis solum, sed & de minimis rationẽ reddituri sunt exactori Christo Poterãt enim oẽs infœlicissimũ hunc Lazarũ,secundum sæculi iudiciũ etiã nũ obtoniis & vilissimis iuribus sustẽtasse. poterãt tulisse suppetias,sed immitiores oẽs brutis ipsis sure Auis inquit Amb. se sociat auibus,piscis piscibus,pecus pecoribus,solus tu hõ consorte excludis,& feras includas,

Prou. 29 — margin note beside "Prouerb. 29."
Mat 15. — margin note beside "Matth."

parietē vestis auro,& pauperē nudas vestimēto: pauper pe-
nē petit & nō accipit,æquus tuus sub dētibus aurū mādit
Auxit sibi vno facto diues pœnā tolerās vero incōmodorū
Lazarus meritū,vt īquit Gre. Quāto satius cōmouissēt eū
10.12 brutorū erga miserādū hoīem viscera. Interroga,inquit Io.
12. Iumēta & docebūt te,ingenia naturæ indole docēt bru-
ta erga afflictos mīam,si modo aduertamus, Canes cōmise-
rētur,leo humilitatis compatitur,& alia plæraq; eodē natu-
ræ ductu ferūtur,siquidē indigētiā perpēdam. Solus hō qui
mīæ operibus natus est,mię claudit viscera,vt verū si quod
dicitur Homo homini lupus est,nō homo. Id verum esse,pa-
radigma huius diuitis,& calamitosi Lazari docet.

Sed & canes veniebant,& lingebant vl.& cęte.

O crudelissimi hoīes,qui sinitis canes,quod vobis incūbit,
officium pietatis exequi,pudeat nos miseros infandæ cru-
delitatis Canum est latrare,peregrinos mordere,abigere ho-
spitales,non recipere hospitio vagabundos. Atqui vincentis
ralis natura hominum duriciem, dum miseret languentis
hominis humi considentis.

Factum est autem vt moreretur mendicus,& c.

Aīa a pctō expiata recta cælum petit Probatur hoc loco,aīas a pctīs expiatas,simulatq; hic ex-
cesserint,ad cœlū euolare. Nā Lazarus quē diuturnus lan-
guor,quē vlcera purgauerāt sæua,ad sinū Abrahæ angelo-
rū miisterio defertur Nihil enim habuit quo remorari pos-
sit,nō æs alienū,nō culpæ reatū,neq; quippiā,qđ expiand
esset,euolat igitur fœliciter hic quē neq; ꝓpria neq; aliena
debita remorātur. Proīde si sinū Abrahæ intelligas libū (vt
vocāt) patrū,is Christo ascēdēte euacuatus est, teste Apo.
Eph. 4 Ascēdēs ī altū captiuā duxit captiuitatē. Et Oseas Ero mor-
Oseæ. 3. sus tuus īferne, Symachus trāstulit,plaga,& bene quidē,nā
Xps libū patrū euacuauit totū infernū nō destruxit Christus,sed plagā illi intulit gra-
uissimā,dū quos apud se iustos detinuit,cū triūpho eripuit
expoliās principes tenebrarū harū. Trāstulit itaq; ex hoc
libo patres in regnū gloriæ filii Dei vt rursus testatur Pau-
l'. Nō igitur alio,quā ī cœlū,vbi regnū glīæ cōsūmatæ est
eos trāstulit,nō vagis sedib' īiecit,vt misere hallucināt hæ-
Mat. 24 retici,sed vbicūq; fuerit corp',illic cōgregabuntur & aqui-
læ. Et iterū Xps. Vbi enim sum illic erit & minister meus.

Vbi vero est Christ⁹ Sedet a dextris Dei inquit Mar⁹, sūt Ioan.12.
igitur a dextris Christi, sancti. Alioqui, nisi id cōcesseris, Mar.vlt.
nihil interierit, īter statū piorū hoīm, qui mortē Xp̄i, ascen
sionēq; p̄cesserūt, & eorū q subsequuti sunt, id si cōcesseris
cōsequetur & aliud magis īcōueniēs, magisq; absurdū, ni-
hil interesse, īter eos qui sub lege, & qui sub Euāgelio mor Mich.2.
tui sunt, id quā falsum sit, nemo est qui ignoret. Aperuit e- Psal.23.
nim nobis cœli fores Xp̄s, si Prophetæ credimus, Ascēdit
iter pandēs ante eos. Et iterū: Tollite portas principes ve-
stras, &c. Et eleuamini portæ æternales. Quī & Xp̄s palā pro-
nunciat: Vado parare vobis locū. Et si abiero & præpara-
uero vobis locū, iterū veniā, & accipiā vos ad meipsū, & v- Io 14.
bi ego sum, & vos sitis. Ob id sic anhelat Paul⁹. Cupio dis-
solu, & esse cū Christo. Obserua, quod ait, esse cū Christo:
nō, īquit, esse in paradiso terrestri, aut in specu subterraneo,
vel certe incertas obābulare sedes, vt fingebāt Platōici, sed
cū Christo, adeoque cū capite iā gloria & honore decora-
to. At, inquies, cur igitur in sinu Abrahæ quiescere, cur dor Cur sācti
mire dicūtur sācti? Qui enī dormit, mortuo adsimilis est, nō dormire
sentit, etiā si intellect⁹, sensusque sit p̄ticeps. Respōdeo. So- dicantur.
lēt iis insulsis ac ineptissimis quæstionib⁹ nobis Lutherani
obstrepere, neq; scripturas, neq; Dei virtutem, neq; anima-
rū statū perpendentes. Siquidē, qui dormiūt vt hoīes, ī cor
pore mortali id factitāt: corpus vero quod corrūpitur, ag-
grauat aīam, & deprimit sensū, multa cogitentē, eoq; fit vt
sensus, ītellectusq; vsu careat. Quæ vero in Christo dormi-
unt, quæ in sinū Abrahæ deportatæ sunt aīæ, ob hoc dormi
re dicūtur, quod iā requiescūt a laboribus suis, quod blanda
quiete æternæ fœlicitatis p̄fruātur, quod adeptæ sunt repro
missiōes, factæ cōsortes diuinę naturę, quatenus ad animū Canti.5.
attinet. Iā qescere ī Deo nō sic stertere est, vt hoīes morta-
les stertūt, sed tale est, quale ī Cāticis dicitur: Ego dormio,
& cor meū vigilat. Quiescūt corpora ī puluere, vigilāt san
cti ī cœlo ēpyreo, vidētes Deū sicuti est, multo igitur p̄spi-
cacius vidēt, multo soliciti⁹ excubāt, multo pro nobis ardē
ti⁹ precātur faciē patris, quā dū ī corpore viuerēt. Impedi-
ente sarcina corporis, & sensum & intellectum, & alio plæ-
rumque etiānū flectente carne affectū pietatis, quo nobis

bene volebant. Quæ ceu obstacula, morte intercidente, sublata sunt. Impium est igitur commentum, & agio mastige dignum, dicere diuos incertis vagare sedibus, sicque dormire, vt ne intelligant quidem quid inferne agatur. Secundo, alterum hinc decerpimus documentum, quod Lazarus ab angelis delatus est, cœlestibusque choris insertus quo angelos intelligimus semper adesse obiturus mortem, quo videlicet suo defungantur officio, in quod designati sunt. Psal. 90. Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. Et Paulus: Nonne omnes sunt administratores spiritus, in ministerium missi, propter eos, qui hæreditatem capient salutis? Adsunt igitur morituris vt in sinũ Abrahæ, id est, æternæ ac perpetue quietis, eas deducant, quæ dignæ sunt, quæ perpurgatæ sunt, quæ nihil lignorum, nihil fœni, nihil stipularum secum ferunt.

Psal 90. Heb. 1.

Mortuus est & diues, & sepultus est &c.

Iob. 21. 1. Thes. 1.

Subita rerũ inuersio, qui se hactenus perinde gessit, tanquam perpetuo victurus, rapitur e mediis deliciis, iuxta illud Iob 21. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Idem euenit iis de quibus Paulus ad Thessalo. Cum enim dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habentis, & non effugient. Simile quid contigit & illis, qui dixerunt, venite fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter, vino & præcioso vnguento nos impleamus. Verum quid sequitur? Illos autem dominus irridebit, & erunt post hæc decidentes sine honore, & in cõtumelia inter mortuos imperpetuum. Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, & traducent illos ex aduerso iniquitates ipsorum. Digni igitur sunt qui cum bestiis sepulturam sortiẽtur, & in inferioris terræ partes detrudantur cum vulpibus, quos pauperum ac inopum clamor ad misericordiã flectere potuit. Non enim comitantur suos amatores diuitiæ, cum caducæ sunt, multo minus, quæ ipso vsu intereunt, delitiæ carnis. Simul enim vna, & ea quidem sæuissima, solet eripere omnia mors, nulli hæc parcit, neminem non inuadit, demolitur. Statutum enim est omnibus hominibus semel mori. Atque vtinam hanc domini ineuitabilem legem

Sap. 2.

iugiter ob oculos poneremus,sed ait Euãgelista: Sepultus est,haud dubium multa cum pompa,id quod solẽt ii,quos diuitiæ in die vltionis destituunt. Sepultus, ĩquã est,sed vbi? in lacu inferiore,in inferno. Nam vtcunq; distinguamus,& periodũ faciamus,multis tamẽ modis probatur,hũc in damnatorũ baratrũ detrusum,igitur dicitur **In inferno eleuans oculos,suos.&c.** Hic loc⁹ proprius est damnatis,& adeo proscriptis,in quem delatus diues,pro malefactis recipit mercedem. Nempe eam de qua David Pluet super peccatores laqueus,ignis,& sulphur,& spiritus procellarum,pars calicis eorum. Ratio, quoniam iustus dominus & iustitias dilexit,æquitatem vidit vultus eius. Iustus cum sit, vnicuique reddet secundum operũ differentiam, aliis quidem gloriam & honorem,aliis vero pœnam & ignominiam, vt ad Rom 2.testatur Paulus, Iam cũ diues multis malis operib⁹ comitatus ĩterierit,viseraq; pietatis ad pauperis clamorẽ clauserit,dignus erat qui ĩ eũ locũ detruderetur,vbi nulla est redẽptionis: is vero est ĩfern⁹,Iob teste:In ĩferno nulla est redẽptio.Hic loc⁹ iis cõperit.qui ĩ oẽm libidinẽ sese resoluũt,quibus nulla est cura de vitæ correctiõe,nulla in miserabiles cõmiseratio,nullius omnino respectus, nec temporis, nec personarum,nec feriarũ sacrarum. Viuunt enim vt volunt, & viuunt quã licẽtissime quotidie,ideo digni infernalib⁹ flammis,hoc est quod ait David Conuertantur peccatores in infernũ,oẽs gẽtes,obliuiscũtur Deũ Quoniã non in finẽ obliuio erit pauperis.Et itẽ Erubescant impii,& deducãtur in infernum. Qui enim inferna hæc & caduca bona, omnibusque rebus inferiora,maximo loco posuerunt. digni sunt,qui cum iis mergantur in profundum abyssi. **Eleuans oculos suos vidit Lazarum a longe** &c. Quemadmodum inquit Theophylact. Adam e paradiso eiectus,haud procul ab eo posit⁹ est,vt eo maior hũc mœror & angustia occuparet,quo vicinius cerner & iucũdissimam habitationem,qua suapte culpa priuatus erat,sic & hic diues ad diem vsq; extremum, gloriam quidem Lazari spectabit,vt eo magis ex carnificetur & torqueatur. Peccat orenim videbit & irascetur, dentibus suis fremet,

Ps 10 · Ro.2 · Ps.9 · Ps.111

et tabescet, desiderium peccatorum peribit. Nam infœlix qui suam fiduciam in diuitiis collocat, imfœlicior qui ijs non abutitur in proximi necessitaté, infœlicissimus omnium, quem suæ turpitudinis non pœnitet, qui dum valet, dum sanus est, non resipiscit, maxime qui non parat de

Eccle. 5 mammona iniquitatis, amicos. Igitur Salomon: Diuitiæ reseruatæ in malum domini sui. Vidit, inquit, a longe, ne procul esse maluit in vita, quam cominus, sed vidit ad doloris augmentum, ad maius tormentum. Iam aperuit pœ-

Sapien. 5. na oculos, secundum Grego. quos antea culpa clauserat. Hoc est quod ait Sapiens. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabũtur in subitatione insperatæ salutis, dicentes intra se: pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes, sequitur: Talia dixerũt in inferno hi q peccauerũt, quõ spes ĩpiis tã̄ lanugo est, quæ a vẽto tollitur.

Pater Abraham miserere mei, & mitte, &c.

Quod Abraham patrẽ vocat, non imitatiõe, sed simulatione facit. Si enĩ hospitalis si in peregrinos & pauperes misericors fuisset, vere Abrahæ fili⁹ esset. Nã ĩ Ioãne, & Chri-

Io. 8. stus obprobrat Iudæis Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Proĩde nõ imitat⁹ est hic Abrahã virũ alioqui hospitalem, & in pauperes & afflictos misericordẽ, neq; igitur patrẽ hunc, nisi ficte, & pœnarum metu appellare potuit. Extorsit hãc cõfessionẽ nõ pietas, sed cruciatus, indign⁹ igitur qui exaudiatur. Qui enĩ obturat aurẽ suã ad clamorẽ pau-

Proue. 21. ris, & ipse clamabit & nõ exaudietur. Erat ex numero illorũ filiorũ, de quib⁹ Thren 1. Facti sunt filii mei perditi. Et

Thren. 1. Esa. 1 Filios enutriui, ipsi aũt spreuerũt me Secundo. Col-

Esaiæ 1. ligim⁹ hoc loco, aĩas defunctorũ neq; memoria rerum præ-

Damnati Præteri orũ tenent memoriã. teritarũ, neq; affectu pietatis in suos destitui. Certum enĩ est Hunc Diuite sibi bene voluisse, beneq; optasse, si cõmodũ propriũ spectes. certũ etiã. Lazari notitiam habuisse, quem antea in sæculo præsenti nõ tã nouerat, quam cõtempserat. Mitte, ĩquit, Lazarũ. Adde quod Paulo inferi⁹ dicitur. Habeo quinq; frẽs in domo patris mei, Meminerat enĩ fratrũ suorũ, quos moriẽs domi reliquerat, p̃catur eis etiãmũ rẽ haud inutilem, sed bonã, quanquam in eo aĩo quo, debuit id est, vere pio & libero, sed, coacto, & seruili, eaq; ratione

indignus qui exaudiretur. Spectare enim pœnam non satis erat, quin hãc maxime oportuit, sed potius diuinam misericordiam, & clementiam, deinde eo tempore quo oportuit. i. dum in præsenti degebat sæculo Aliud enim sæculum passionis est, non lucri, neque meriti per se. Igitur Paulus. Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes maxime autẽ ad domesticos fidei. Gal. 6. Venit enim hora quãdo nemo operari potest. Id est, quando in infernum coniecti sumus, manus & pedes ne mouere quidem possumus. Ob id monet Eccle. 9. nos sapiens. Quodcunq; potest manus tua, instãter operare quia apud inferos nec ratio, nec scientia, nec opus est, &cæ. Quæ oĩa ad eas animas, quæ in infernum detrusæ sunt, referas. Nam si ad ea s quæ expiationis loco aliquãto tẽpore purgandæ positæ sunt, referas, hallucinaberis prorsus verũ de iis suo loco. Loquimur enim de damnatis, quibus nulla spes superest veniæ. Proĩde ex iis colligimus, si inter.us dispiciamus. Si licuit homini damnato in animum reuocare suos, si licuit interpellare, si horum, quos terris reliquerat, memoriam tenuit, multo maxime illos hoc conuenit facere, qui in sinũ abrahæ delati sunt, qui faciã patris vidẽt, qui in corpore mistico nostra commoda & in commoda sentiũt. Sunt enim inuicem solicita membra. Aut igitur pro nobis erunt solicita, aut mẽbra nõ erũt. At inquies repulsam passus est diues. Fateor, sed in corpore mystico non erat, membrum nõ erat, indignus igitur quẽ exaudiret deus, teste Iacobo. Iaco 2. Iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam nõ enim commeruit exaudiri, qui dum potuit in vita, pauperibus opem nõ tulit debuisset antea buccellã panis & micas canum porrexisset ei, cuius iam opem implorat, eoq; enim commeauisset recipi in æterna tabernacula.

Intingat extremum digiti, &c. quia crucior in hac flãma. Nõ ẽ quod nos torqueam⁹, qui sint digiti Lazari, q̃ lĩgua, q̃ alia mẽbra vtrisq;. Oportuit enim iis pœnarũ & meritorũ exprimere naturam & qualitatẽ, quo significaret, oẽs nos pro meritis recipere, seu pœnã seu, gloriam & aliũ alio pl⁹ pati, ac ẽt lætari, in eoq; maxime pati mẽbro vbi magis deliquit. Igitur in Apoc. Ioãnes testatur. Quantũ glorificauit se, & in delicns fuit, tantũ date illi tormen-

Per que q peccauit per hæc & punietur. Apoc. 18

Sapi.11 tum & luctum. Et iterum. Sap.11. Quidam errãtes colebant multos serpentos & bestias superuacuas, immisisti illis multitudinem mutorum animalium in vindictam, vt scirent, per quæ quis peccauit, per hæc & punietur. Ita enim dei prouidentia, omnia disposita sunt, vt qui oculis deliquit, iis sentiat tenebras exteriores, sic qui auribus dæmonum strepitus, qui tactu, cæterisq; corporis orgãis abusus est, per hæc ipsa, adeoq; in iis ipsi sese diuina ira vindicabit. Hinc alicubi legimus stridorem dentium & fletum, alicubi vermen intolerabilem conscientiæ, in quam omnium sensum recidunt tormenta, ceu sentinam quandam ac lernam malorum.

Iac.5. Sæuit hic vermis perpetuo damnatis, mordet, angit, rodit, Didicit hoc suo malo diues, hinc vociferatur. Crucior in hac: flamma. Recte ob id monet nos Iacobus. Agite nũc diuites, plorare, vlulate in miseriis vestris, que aduenient vobis. Thesaurisastis vobis iram in nouissimis diebus, hoc

Lu:6. est, quod eis ĩprecatur væ Christus in Luca. Væ vobis qui ridetis nunc, quia plorabitis & flebitis. Hoc est enim flere, quod est in gemiscere, quod angi, quod despondere porro animum, atqui hic est ille interior infernus, quem velint, nolint, experientur crudelissimi homines. Exterior vero etiamnum est intollerabilis flamma, ardor, tenebræ, teterrimus carcer, impossibilitas euadendi, pœnarum varietas, quibus omnibus vicissim exurentur mali homines. Succedunt enim

Deu.25 inuicem pœnæ quemadmodum hic successerũt vitia vitiis,

Iob.24 visit æquabilitas quædã in pœnis, & stet firma sentẽtia Mosi, pro mensura delicti, erit & plagarum modus. Sensit hoc Ipsum miles ille exrcitatissimus Iob: dum inter reliqua dãnatorum tormenta & illud infert, ad nimium calorem trãsient ab aquis niuium, & vsq; ad inferos peccatum illius. Obliuiscatur eius misericordia, dulcedo illius vermis, non sit in recordatione, sed conteretur quasi lignum infructuosum. O nos induratos homines, quos hæc verborum fulgura nõ commouent. Ad nimiũ, inquit, calorem. i. ad extremũ malorũ ignis, ardoris, & combustionis, trãsferãdus est impius sed ea lege, vt perpetuo ardeat. Ignis enim inextinguibilis, dicitur is, quo animaduertẽdi sunt impii nec erit vlla quies nec alternæ vices, nisi ad pœnas grauiores, & in exhaustas:

Eo pertinet quod Esa. 47. dicitur. Ecce facti sunt quasi stipula ignis combussit eos. Non liberabunt animam suam de manu flãmæ, nõ sunt prunæ quibus calefiant, nec focus vt sedeant ad eum. Id est, quanquam ignis suapte natura corporibus humanis prosit sitq; (quod dici solet) amicus naturæ, recreat aĩos, pellat suo lumĩe tenebros tamẽ apud inferos nihil cõmodi, nihil vtilitatis, nihil voluptatis, aut iucũditatis adfert ĩpiis, exuret eos, sed nõ cõsumet, nec aliquãdo desinet torquere, incẽderet. Id sensit animus diuitii. Igitur, Crucior, inquit, in hac flamma, non refocilior, nõ recreor. Esa. 47.

Dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala

Augetur hac repulsione animi angor, & nouatur. reuocat enim pristinæ vitæ voluptates in animum, memineris, inquit, quam fœliciter tibi omnia, & ex animi sententia cesserint vniuersa, nihil incommodi senseras in corpore, multo minus dispendiorum in bonis, arridebat æternum fortunæ facies. Atque vtinam tũc in animum induxisses, quod alibi dicitur. In die bonorum, ne immemor sis malorum. Sunt duo genera hominum, qui en vita sua bona recipiũt. Primum, hypocritarum, de quibus dicitur Matth. 6. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam, id est laudis humanæ encomio dignati sunt, dum viuerent, pro præclaris facinoribus, quibus multa strenue gerere coram hominibus videbatur. Faxit deus, ne multi prædicatores, multi deinde & religiosi viri, & alii promiscui sexus Christiani, idem laturi sint præmii, Recæperunt mercedem suam. Qui scilicet hominum laudibus adducti, gesserunt multa. Alterum genus eorum est, que male agunt, qui perdite viuunt, qui rebus sibi ad vsum concessis, abutuntur ad luxum, ad pompas, ad delicias carnis. Quales sunt principes. Episcoporum vulgus, negociatores, sacerdotum etiamnum complusculi, qui solis pauperum victitant laboribus, quum interim illi ipsi, qui has pingues. Samariæ vaccas nutriunt, panis quadram vix habeãt, aduersus quos sic intonat Amos. Audite verbum vaccæ pingues, quæ estis in monte Samariæ quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes, quæ di

Duo genera hominũ in vita bona recipiunt. Matth. 6.

Amos 4

citis dominis vestris, afferte, & bibemus. Sequitur. Venient dies super vos & leuabunt vos in contis, & reliquias vestras in ollis feruentibus. Cur ita? Quia recepistis bona in vita vestra. Certissimum enim iudiciũ est æternæ damnationis, siquidem male viuas, si improbus sis, si in omnem luxum te resoluas, & nihil interim in commodi sentias, Hoc enim est esse abiectum a deo, hoc suæ ipsius permitti voluntati, id quod huic diuiti euenit. Omnia enim ex animi sententia acciderunt illi, si externam rerum faciem spectemus recepit igitur bona, adeoque mercedem in vita sua. Lazarus interim malis omnibus expositus est, abiectus quidem apud homines, sed non ita apud dei iudicium Sic plærique multi humano quidem iudicio abiecti, infirmi sunt, & similes leprosis, quos ciuitate pellimus vt abominabiles deo vero sunt charissimi. Quod enim stultum est hominibus, sapientius est deo, & quod infirmum est hoĩbus, fortius est deo. **Nunc vero hic consolatur.** Hoc est quod Matthæi quinto promittit CHRISTVS Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Si solari vis a deo, fac vt omne mundi, carnisque solatium spernas. Impossibile enim est, & præsentibus & futuris deliciis impleri, nisi spirituales sint. Solatur CHRISTVS Lazarum. Sed qui hic abiectus fuit, punitur vero diues, sed suo malo. Noluit enim intelligere vocem pauperis igitur reseruatus non ad gloriam, sed ad pœnam. Iob: In diem perditionis seruatur malus, & ad diem furoris ducetur.

Certũ dãnatiõis futuræ signũ

1. Cor. 1.
Matth. 5

Iob. 21.

Et in his omnibus inter nos & vos cahos magnum, &c. Cahos nomine significatur impossibilitas citra vltro remigrandi, inuisendique, id quod melius authore Erasmo, & Budæo in Pandectis significatur Græce chasma, quam vocem si reddamus latine idem est, quod hiatus, seu vorago interiacẽs, qua fit, vt illi succuri nõ possint merita: citro vltroque impensa. Quo simul amatur Origenistarum error, si Theophilo credimus, firmatum enim asserit chasma, vt nequeant transmeare, etiam si velint. Sic in Exodo. Ego dominus, quia ponam diuisionem inter populum meum & populum tuum. Tale quid & in Esa,

Esa, 2:

dicitur:Introibunt in speluncas petrarum,& in voragines terræ,a facie formidinis domini, & a gloria maiestatis eius cum surrexerint percutere terram Percutit enim dominus terram cordis nostri tremendo iudicio, quo vnicuique reddet secũdnm opera sua, tum detrudentur in voragines,qui impie gesserunt, qui sese omnibusvitiis ĩquinauerunt,singuli ad suam cohortem, relegentur. auari auaris,superbi superbis,& item alii aliis iungentur.Sic demersus fuit epulo ille,non in cahos,sed in kasma. Quo factũ est,vt frustra officium iudicis implorauerit, cuiꝰ sẽtẽtiã irreuocabili iam damnatus fuit. Qui enim descenderit ad inferos, non ascendet inquit Iob.Et paulopost,eo loco,in persona damnati. Vadam,& non reuertar ad terram tenebrosam,& opertam mortis caligine, vbi nulllus ordo sed sempiternus horror inhabitat.Si igitur prodesse vis suffragia piorum,caue ne differas in id tempꝰ,vbi nulla merita proderunt, vbi nec Noe,nec Iob, nec Daniel intercedere possunt,sed quéq; sua sarcina comitabitur.Proderunt enĩ ecclesiæ suffragia,sed iis,qui promeruerũt vt ad eos merita fructusq; bonorum operum propagari,ac transfundi possint.Quales sunt,qui in expiationis receptaculis æs alienum pendunt. Quorum e numero si diues fuisset, non tam seueram inclementemque repulsam sustinuisset. Recepisti bona in vita tua, & chasma firmatam est, voragoque interiacens.Igitur in desperationem versus ad alia confugit dicens. Rogo igitur te pater Abrabam, & cæte. Iob. 7.

Certum est hanc præcationem non amore iustitiæ sed pœnæ timote elatam.Nouerat enim se multos reliquisse ex familiaribus,qui haud dissimilem victitabant vitam,qualem ipse gesserat.Quos coniectabat,in eosdem hiatus ob similia flagitia demergendos.Hinc sibi augeri tormenta suspicabatur,quæ deprecari magisvisus est,quã aliit optarebona Quãquam sciem quosdam hũc locum sic interpretari, vt diues ille optare videatur suis bonum, id est vitæ emendationem,Neq; enim affectus eiusmodi prorsus interiit, quo natura duce in eos , qui nobis carnis propinquitate iuncti sunt, propensi simus,sed durat etiamnum in impro his.quamuis sit multo imbecillior in damnatis , quam in inferos.

Sẽtiũt qui dẽ natura lẽ cõsãguinitatis affectũ manere apud inferos.

probis. Addendum, quod suis propinquis multa reliquerat bona iniuste parta, quorũ occasione grauius cruciabatur, forsan & plurima in destructioné exempla mala post se reliquerat, quæ non animaduertit dum viueret, ea vero exigebat ignis diuinæ sententiæ vindex & exactor.

Et ait illi Abraham, &c. Mittit eos ad Mosen, & prophetas, nam in iis diuina nobis manifestata est voluntas. Iam qui hos contemnit, indignus est cui alii designétur doctores. Ad legẽ, ĩquit Esa. & ad prophetas. Sed & Christianus dicitur. Si ecclesiã nõ adierit, sit tibi sicut ethnic' & publican. Audiẽdus est Moses, audiendus & Xp̃s. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui, ipsum audite. Audiẽdi sunt & discipuli: Qui vos audit me audit. Postremo audiẽda est ecclesia, & qui hãc moderantur, magistri & doctores, & pastores. Nam pro patribus tuis nati sunt tibi filii. Hic vides quã nihil audiãt, qui ecclesiæ edictis non obaudiunt, neq; obsequuntur, vtcunque interim iactent Mosen, obiiciant legem, obstrepent Euangelium.

Mat. 18. Quib' potissimũ p̃bẽdæ aures. Matt. 17. Lucæ. 10. p̃s. 44.

Nõ pater Abrahã, sed si quis ex mortuis, &c. Quo colligimus, & hũc diuitem, & huius fratres dei hostes fuisse, adeoque extra gratiæ statũ, quod noluerũt scripturis iam olim euulgatis credere, cum interim pœnitentia egerent, (quæ quo pacto præstanda sit, satis manifestãt scripturæ) illum vero quod ausus est diuinæ sententiæ refragari, ac contradicere. Non, inquit, pater Abraham, sed si quis ex mortuis resurgat, &c. Qua simul damnantur illi qui curiosius miracula requirũt a mortuis, aduersus Mosen. Nõ inueniatur qui lustret filium, aut filiam ducés per igné, aut qui hariolos sciscitetur: sequitur, neq; phitóes consulat, nec diuinos, & quærat a mortuis veritaté. Damnantur etiam, qui portentis volunt declarare diuinam voluntatem, quando interim ad manũ doctores ecclesiæ, pontificum decreta, sanctiones legitimæ sunt, ad quarũ amussim, nostros mores, fidem, vitamq; corrigere, & emendare debemus. Neque enim semper edẽda sunt miracula, neque ad cuiuslibet importunas preces, sed tum, quando id communis expostulat reipublicæ necessitas, & fidelium, consolatio, ac vtilitas. Quando scilicet humana nos præsidia

Deu. 18.

porro destituunt, tũ ad miracula cõfugiedũ. Alioqui ad similes sumus Iudæis, de quib9 dicitur. Iudæi signa q̃rũt, &c. 1. Cor. 1.

Ait illi, Si Mosen & prophetas non aud.

Id esse verum, manifestarium est in Iudæis, quos nõ semel admiranda opera, misit Christus. Si, inquit, mihi non creditis, operibus credite. Verum hæc dæmonum præstigiis deputabant, tantum abfuit vt crederent. Quin etiam, resuscitato Lazaro, credere noluerunt, sed magis, vt refert Ioannes, cogitabant quomodo & hunc occiderent. Sic neque Christo, qui ex inferris rediit viu9, fidem habere voluerunt, sed magis malos milites pecunia corrumpere studuerunt. Ideo Christus refutat ad eum modum huius preces. Si mosen & prophetas non audierint, &cæ. Sic & nos merito reuincendi sumus, hoc temporis non audiamus Christum, si Ecclesiæ decretis non obsequundemus, quæ nobis, quid agendum, quid credendum abunde satis declarauit, neque igitur nouis miraculis fides nostra roboranda est, quæ tot testimoniis ad nos vsque propagata est, itaque fidelissimis, vt vere dicere possimus. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. At inquies. Quænam illa sunt? dicam paucis. Primum, verbum Dei genuinum a nobis est nostræque parti suffragatur, si modo a communi sensu non recedamus, neque id quod frequentissimum hæreticis est, adulteremus verbum Dei Facile quidem id probatu fuerit, si omnes articulos, in quibus hisce temporibus controuertimus, in animum reuocemus Secundum testimonium, infracta Ecclesiæ authoritas, qua sic nitendum, vt ea omnibus euangeliis, & per homines scriptis, præferenda sit. Si, inquit Christus. ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Ecclesiæ enim authoritate innotuit quod Euangelium Matthei, quod Thomæ, quod Petri, quod Pauli, denique quæ apocrypha, quæ agio grapha Audi igitur Ecclesiam orthodoxam, si Christum audies. Hæc enim est quæ tibi lactis vbera, id est, verbum Dei verum, abunde satis administrabit. Tertium testimonium, est concors scriptorum consensus, qui nobis argumento esse debet, nihil in eorum scriptis esse, quod non probauerit Christus. Vbi enim duo vel tres congregati sunt, in Matt. 18.

Io. 10.

Io. 11.

Psal. 92.

Quibus testimoniis fides Ecclesiæ corroborata sit.

medio eorum sum, inquit Christus Iam cũ constet & veteres Ecclesiæ doctores, & recentiores in vnum conspirare eadem chorda semper incedere (in eis quæ fidei & sacramentorum sunt) nulli esse dubium debet eosdem per spiritũ sanctum moderatos. Maxime quum tanto interuallo locorum disiecti fuerint. Eodem modo colligit August nostrorum dogmatum certitudinem, deinde & Euangelistarũ consensum, simile quid de septuaginta interpretibus nonnulli testatur, quamuis id vt somnium, quemadmodum plæraque alia, rideat Hieronymus. Verum, vtcunque illi disiecti locis & cellis fuerint. Stat nostra pro nobis sententia, qua diximus hinc certitudinem posse colligi fidei nostræ, quod tanto distantes interuallo, scriptores & tractatores sacrarum literarum idipsum sentiunt de fidei sacramentis, de votis monasticis, de cærimoniis, & aliis id genus piis obseruantis. quas nostrates hæretici explodere conituntur Quartum argumentum hinc colligitur, quod Christus pollicitus est suam doctrinam signis ac portentis, quæædituri essent in se credentes, roboraturum Id vero esse factum, hactenus esse receptum, & toto orbe terrarum attestatum Signa enim qui in me credunt hæc, inquit, sequuntur. Legant aduersari nostri patrum historias. versentur martyrum gesta, legant annales, dispeream, si non vbique hæc obuia sint. Sileo quæ ab iis ædita sunt, qui monasticæ vitæ fuerunt institutores, quãquã silere sese nequeant ipsa. Adde quod nemo est ex omnibus qui in eorum dogmata consentiunt, quæ nostris aduersantur Lutheranorum, qui suam doctrinam miraculis roborauerit, nemo qui e mediis flammis ereptus sit, nemo cuius cineres inter reliquias venerentur, neque igitur ratæ fidei columina fuere. Si quando igitur nos rursus ad miracula ædenda cogere volunt hæretici, ingenue ac cõstanter respondendum est, habent. Mosen & prophetas, habent doctores. Ecclesiæ, adeoque ipsam Ecclesiam, quam omnib' scriptoribus prætulit Christus.

Mat. vlti.

Feria sexta post secundam dominicam quadragesimæ, Euang Mat. 21

HOmo quidam erat paterfamilias, qui plantauit vineam, &c. Parabola hæc partim per Christum tacitis verbis exponitur, partim scripturis declaratur, ad hanc declarandam exhibitis. Cohæret enim sermo dominicus, vt alicubi testatur Hier. In duo igitur tota hæc lectio partitur. Primum ænigma proponitur plātatæ vineæ Secundo, scripturis certioribus aperitur & retegitur. Cum primis sic infit Christus: Homo quidam erat paterfamilias, patrem intelligit cœlestem, qui sic sese demittit, nostræq; imbecilitati accommodat, finitque appellari se hominem quanquam interim sit hominibus omnibus multo præstantior, multoq; dignior & diuinior. Verum, voluit animi sui propensionem hac denominatione declarare, ne quid vereamur hunc accedere, qui se etiamnum hominem vocare permittit. Si alicubi se patrem, ac etiam matrem non dedignatur vocari. Testamur id quotidiana illa præce. Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum. Etenim homo animal sociale, ac maxime domesticum, si quidem se ad rationis recte moderetur imperium, neque secus est pater ille familias, omnium Dominus, & Augustissimus princeps Deus. Homo enim est (id est) cocomis est humanitate erga, nos miseros per maxima, quasi pater vtitur, diu tolerans nostra errata, totq; modis reuocans, a temerariis ausibus, & (quod Paulus testatur se Tessalonicensibus impendisse) quasi nutrix & pater, nos fouet, nos amat, nobisq; prospicit. Eoq; paterfamilias dicitur, nam habet familiam multo maximam, amplissimam, ex angelis videlicet & hominibus lectam. Quotquot enim ab hoc pendent, quotquot reguntur, quotquot & vitam, & gratiam ab hoc suscipiunt, vt generatim loquamur, ad huius familiam pertinent. Quanquam intersit, si merita spectemus. Nam alia ratione ad huius spectent familiam, mali, alia electi: mali nolentes subsunt huic patri: boni ac virtutum cultores, libero animo, ac dedita opera. Qui plantauit vineam.

De clementia.

Mat. 6

1. Thess. 2.

Diuus Hiero. ingenue testatur hanc illam esse vineā, de qua Esa. Vinea domini Sabaoth domus israel est Et Psal. 79. Vineam de Aegypto transtulisti, eiecisti gentes & plātasti eam.

Et item alibi in Hier.2.Ego autem plantaui te vineam electam,omne semen verum . Quomodo ergo conuersa es in paruum vinea aliena?miratur dominus quod contra naturam , & genuinam propensionem conuersa sit in amaritudinem,labruscaq; fecerit, & immaturos botros. Totum caput 5.Esa.huc accommodatur,hucq; spectat, Vinea,inquit,facta est dilecto meo,ī cornu filio olei,id est ī loco vberi & pingui.Et reuera, inquit Hier.nihil terra promissionis pinguius,si nō montana quæq; atq; deserta,sed oēm illius latitudinem consideres,a riuo Aegypti,vsq; ad flumen magnum Euphraten,contra orientem.Cornu autem significare regnum sæpius legimus,vt in Euangelio. Erexit cornu salutis nostræ,in domo Dauid pueri sui.Et Dauid: Inte inimicos nostros,vētilabimus cornu Christus vero dilect' ille est filius,in quo bene complacuit patri, estq; filius olei, nam eius nomen tam misericordiæ, quam clementiæ est significatiuum Oleum(inquit sponsa)effusum nomen tuum. Nota hanc vineam soleck dici , quod Hebræi autem genus esse vitis optime,quod vberes fructus faciat,& pulcherrimos , & lectissimos,ne videlicet,quid desit ad eius cultum decorem, & vtilitatem, ac etiam iucunditatem . Proinde, vt allegoriam transeamus vinea est Ecclesia, est & quælibet fidelium hominum congregatio,quæ ex Aegypto tenebrarum in regnum adoptionis translata est, radicata & fundata in charitate,iuxta illud Pauli. in charitate radicati & fundati.Sunt in hac vinea constituti sepes,Euangelium scilicet,& doctorum sanctorum interpretamenta. Ephesi.4. Dedit enim quosdam quidem doctores,alios autem pastores,&c.& Act.20. Attendite vobis & vniuerso gregi,ī quo vos spiritus sanctus posuit Episcopos,regere Ecclesiā Dei. Hi sunt agricolæ,quibus hæc vinea hoc loci dicitur esse cōcredita,vt suo tempore fructus quam plurimos ferant , inq; horrea domini importent.Sed proh dolor,de multis dici potest,id quod in Canticis dicitur.Posuerunt me custodē vineis,vineam meam non custodiui,& illud Hier. 12 Pastores multi demoliti sunt vineam meam , conculcauerunt partem meam.Audiant hæc (inquit Hieron.)qui principes esse volunt populorum,quod non solum pro se.sed & pro

Marginal notes: Esa.5 — ps.79. — Hie.2. — Lu.1. — ps.43 — Can.1 — Eph.3 — Eph.4 — Act.20 — Can.1 — Hiere.12 — Qui populentur vineam dñi.

commissis sibi gregibus reddituri sunt rationem in die iudicii, propter illos enim, imo (vt & nos aliquid addamus) pars domini conculcatur, atq; polluitur per illorum tyrannidem, ac etiam inertiam. Sunt enim plæriq; & sacri, & profani principes, qui non magnopere pendunt, si vinea domini Sabaoth demoliatur, per hæreticos, perq; scismaticos. Hi enim sunt demolitores Ecclesiæ, hi legum, sæpiumq; dissipatores, hoc maxime miserando sæculo, quibus quum nó obsistant, neq; se murum pro domo Dei opponant, tacitus eorum temerariis & impiis conatibus suscribunt, qui recte dicere possunt, Vineam meam non custodiui. Proinde hæreticos demolitores esse vineæ domini, & Dauid testatur. Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam. Et iterum in Canticis Salomon. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas. Capiendi etenim essent hæretici, ac a fidelium consortio arcendi, ne sic passim omnes suis falsis dogmatibus corrumperent, neue incautos fallerent, falsisq; & impiis opinionibus inquinarent. Atqui dormitant in vtramuis aurem vineæ custodes, nemo est qui corde percipiat, nemo qui semper commistum gregem aduigilet, Nisi hoc sit vigilare, quod vulgus solet prælatorum, deglubere gregem, excoriare adeoq; ad ossa vsq; expilare, de quibus Hiere. pastores multi demoliti sunt vineam meam. Sunt enim qui ad manifesta flagitia, adeoq; ad impia dogmata dissimulant, proq; suo arbitratu Ecclesiis moderandis, non tam inertes, quam canes spurcissimos, ac vulpeculas intrudunt. Sunt proinde qui facile rebus ad interitum vergentibus, suppetias ferre possent, ad qui vel amore, vel metu ducti, in multorum perniciem silent: quos Innocentius sit taxat. Error cui non resistitur, approbatur, & veritas, cum minime defensatur, opprimitur negligere quippe cum possis perturbare peruersos, nihil aliud est, quam fouere. Neq; enim grandis est differentia an letum inferas, inquit, Symachus, vel admittas: mortem enim languentibus probatur in fligere, qui hanc, cum possit, non excludit. Cæterum, omnia quæ de vinea dicuntur, possunt & ad animæ humanæ statum referri secundum Hiero. quæ a Deo plantata, & radicata in hoc, vt fru

Psal. 79.
Can. 2.
Hiere. 2.

ctus adferret bonos, & optimos. Verũ ipsa, non vuas attulit sed labruscas, eoq; tradita est bestiis, id est variis vitiis conculcanda, nec imbrem diuinæ gratiæ suscæpit, quandoquidem præterita dona contempsit, de qua dicitur. Expectauit vt faceret vuas, fecit autem labruscas, sequitur: Auferam spem eius, id est, angelorum custodiam, & erit in direptionem, diruam maceriam eius, & erit in conculcationem, & reliqua quæ fusius Esa. 5 prosequitur. Quæ in miseram animam recta tendunt, si quidem huc expenderis, id quod facilimus erit. Quod vero sequitur. **Spem circundedit ei, fodit in ea torcular, &c.** Per sepem legem, per torcular altare intelligas. Lege enim coercebantur

Leu. 4. a vetitis Iudæi, deĩde etiamnum separabantur a prophanis gentibus, quæ idolatriæ erant deditæ: quarum religionem, ritus, moresq; ne imitarentur, adhibita est lex angelorum ministerio, vt ait Paulus. Adeo enim erant deo chari, adeo dilecti, sicq; præ cæteris adamati, vt audeat Moses iactare Non est aliqua natio tam inclyta, quæ habeat Deos, appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis. Per sepem igitur, & legem, & angelum præsidium, quod perpetuo illis adfuit, vt idem vir sanctus testatur, intelligas. Per torcular vero, altare plærique omnes putant significari, in eo hominum hostiæ & victimæ, & sacrificia variaq; holocaustomata, in Dei gloriam, litabantur, & quasi exprimebantur, perindeatque e torculari vinum exprimitur, purũque ab impuro separatur. Erant enim alia munda, alia immunda, atq; illa immolanda, hæc vero minime sicq; separanda ab inuicem, ne quæ prohibita essent, Deo dicarent: quæ vero permissa, vt dignum erat, & iustũ, & religiosum, immolarentur, Iam & turrim in ea extruxit, nimirum regiam ciuitatem, montem illum inclytum Sion, in quo & templum illud omnium augustissimum, & toti orbi celeberrimum, ædificatum erat, de hoc templo, turris nomine significato, ita habet Micheas. Et tu turris gregis nebulosa

Mat. 4. filia. Sion, vsq; ad te veniet, & veniet potestas prima regnũ filiæ Hierusalem. Ad hanc vsq; munitissimam turrim, venit

Apoc 1. Christus. qui est a & o, principiũ & finis, primus & nouis-

simus, princeps regum terræ. In iis turribus aliquando exoratus est Deus, deditq; responsa, præstitit innumera beneficia. Fiat (ait Dauid) pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. Et alibi. Suscæpimus deus misericordiam tuã in medio templi tui. Hoc est quod Micheas. 3 ait: Erit in nouissimo dierum, mons domus domini præparatus in vertice montium, & sublimis super colles, & fluent ad eum populi, sequitur. Et dicent: Venite, ascendamus ad montem domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos de viis suis. & ibimus in semitis eius, quia de Sion egredietur lex. & verbum domini de Hierusalem. Et locauit eam agricolis. Scribis & pharisæis, cæterisq; le is diuinæ peritis. Siquidem scripturarum doctores, agricolarum nomine, recte censentur. Vt enim agrorum cultores eradicare zizania, irrigare, plantare, sementem facere, putare vites, palmitesque infrugiferos debent, sic & quibus legis diuinæ natitia tradita est, quiq; ad id muneris designati sunt, vt alios verbo imbuant, virtutes in serere debent, serere Dei verbũ, euellere errores. Dissipare male aduratos, conciliare discordes, stirpitusq; eradicare hæresum dogmata. Sicut ad Hiere. ait dominus: Constituit te super gentes & regna, vt euellas & destruas, & ædifices & plantes in noĩe meo. Hoc neglexerunt pharisæi & scribæ, id quod palã eis Christus in Mat. opprobrat. Væ vobis scribæ & pharisæi, qui clauditis regnum cœlorum ante homines id est verum & germanum sensum nõ exponitis, neque fidem firmatis in hominum consciẽtiis, itaq; nec vos veri ac digni agricolæ estis. Ad ex colendum enim vineam domini suscæpistis, non deuastandũ. Colitur doctrina veritatis, colitur religione, visibili, inuisibilique cultu, cultus is in spiritu & veritate fit. Vos cõtra fucis quibusdã, & crassissimis cæremoniis imponitis hominibus neque igitur veri cultores estis, id quod insequẽtia probãt, Peregre profectus est. Non mutatione loci, cum vbique sit præsentissimus. Deus. Ego, inquit, Deus, appropinquans & non de longinquo. Adest enim interius omni rei, ac creaturæ. magisque ĩtima nostra inhabitat, quam ipsi nosipsos inhabitamus. Proficisci igitur peregre secundum Hiero. more humano dictum est, perinde atque diceret.

Psal. 121. Psal. 47 Miche. 3 Hiere. 1. Matt. 23 Quibus rationib vinea dñi excolatur. Hiere. 23.

Liberum arbitriũ: abiit a vinea dominus, vt vinitoribus liberum operandi arbitrium derelinquat. Sic herus, vbi seruo, quæ agenda sunt præscripsit, non perpetuo adest seruo, vt vrgeat extimulet que ad opus: sed sinit hunc propria industria agere, dominique voluntatem exequi. Hoc indicat Sydrach ille Ecclesiasticus. 15 c. Deus ab initio constituit hominem & reliquit eum in manu arbitrii sui, apposuit aquam & ignem ad quodcunque voluerit, extendat manum suam. Neque enim adigit nos nolentes ad bonum, sed proponit leges præcepta describit, promissis allicit, mulcet, ac emolit cor, nostrum variis, & is quidem magnificiis beneficiis. tam nostrum erit obsequi sanctis iussis, sequi, ac nostros conatur diuinis accommadare præceptionibus, hoc est, quod in Deu, 30. dicitur: Considera quod hodie in conspectu tuo posuerim vitam & bonum, & econtrario mortem & malum, vt diligas dominum Deum tuum, & ambules in viis eius, sequitur. Elige ergo vitam, vt & tu viuas & semem tuum, & diligas dominum Deum tuum, atque obedias voci eius, & illi ad hæreas. Hæc igitur est illa peregrinatio domini, qua nos permittit agere, non quidlibet, sed quod debemus, sed quod iustum est, hoc est colere quenque vineam domini, exercere rus, euellere sentes & spinas, rigare terram cordis nostri lachrymis, pastinare vitem, putore aridos palmites Operarii enim sumus constituti, non otiosi laboratores, nam vnusquisque secundum suum laborem recipiet mercedem, & alius quidem decuplam, alius trigecuplã, alius item aliã, secũdũ merita singuli propria.

(Margin: Eccle. 5; Deu. 30; 1. Cor. 3.)

Quum autem tempus fructum appropin.

De fructibus bonorũ operũ. Vides hoc loco, quid lex, quid templum, quid denique vinea proferre debeat, nimirum fructus boni operis. Fructus vltimum est in arbore, & merita ex Dei gratia, arbitrioque nostro promanantia, extreme debentur operibus bonis.

Hos fructus & lex & prophetæ, & Euãgelia exigunt. Hinc Ioan. baptist. Matth. 3. Facite dignos fructus pœnitentiæ. Et Christus, Ioan. 15. Ego vos elegi de mundo, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat Proinde & Paulus fructificare nos præcipit Deo. Hos fructus apud Galatas vocat charitatem, gaudium, pacem, fidem, modestiam,

(Margin: Matt. 3.; Ioan 15; Galat. 5)

continentiam,& reliqua.De quibus & Ephe.5.Fructus autem locis est in omni bonitate & iustitia,& veritate. Cæterum omnes alii fructus ad hos tres,quasi ad cardinem quédam reducuntur,in quo voluuntur & rouoluuntur. Ephe.5.

Misit seruos suos Misit quidem Mosen,& Aaron,quasi legislatores,seu potius promulgatores,misit & alios ité post hos innumeros prophetas,& viros sanctos,ad Ioannem vsq; Baptistam.i.quod Christus Mat.11.testatur.Omnis enim lex &prophetæ , vsq; ad Ioanné prophetauerunt. Verum ad quid misit? **Vt acciperent fructus.** Id est protruderent ex lege fructus dignos DEO,dignosque pœnitentiæ,quos & Ioannes exegit ab eisdem agricolis Et Christus:Facite arborem bonam,& fructus eius bonos.Et item, Ex fructibus cognoscetis eos.Potissimus vero fructus qué adferre oportuit,quemve accipere serui debebant,erat fides in CHRISTVM,lege,&prophetis promissum. Verum diu expectata vinea vt fructum proferret salubrem,protulit labruscas.hoc est quod Moses queritur,Deute.23. De vinea Sodomorum,vinea eorum, & de suburbanis Gomorræ. Vua eorum vua fellis,& botrus amarissimus,fel draconũ , vinum eorum,& venenum aspidum insanabile. Graphice hic depinguntur infrugiferi ac insalubres Iudæorum fructus,& opera,quos non ex lege, neque ad legis normam protulerunt,sed ex corruptissima voluntate,omnium malorum,quibus obnoxii erant,radice. Siquidem pleni erant rapina,odio,auaritia,ambitione,hypocrisi,& omnibus malitiæ fructibus,de quibus Sap 4 fructus eorum inutiles , & acerbi ad manducandum,& ad nihilum apti Hoc est quod dicitur in sequentibus. **Et agricolæ apprehensis seruis eius alium ceciderunt, & cætera.** Serui Prophetæ sunt,& quidem primi,quales fuere Moses & Aaron qui multis cõuitiis affecti sunt í eremo,ac solitudine , modo carnes,modo panes,modo alia id genus esibilia multa importunitate expostulantes. Vexatus,enim est Moses propter eos,deo vt diceret : Incrassatus est dilectus,& recalcitrauit.Et item:Generatio quæ non direxit cor suum,& non est creditus cum Deo spiritus eius,Cur ita? Quia tentaue-

Mat.12.& 7.

Deu.32.

Sap.4.

crudelitas Iudęorum aduersum Prophetas

runt Deũ cordibus suis, vt peterent escas animabus suis. Et male loquuti sunt de Deo. Cædũt igitur hos seruos. Iudæi linguis, cædũt obtrectationibus, conuitiis, sannis, obprobriis. Linguas, inquit, suas exacuerũt vt serpentes, aduersus MOSEN & AARON, non tam plebei, quam seniores populi, quod multis locis in Exod. & Nume. testatur idem MOSES. Porro alios cædũt reipsa, vt Hieremiam, alios, vt Esa. occidũt, lapidibus obruũt alios, quorũ e numero fuit Zacharias. Igitur in Luca sic hanc crudelitatem, Christus exprobrat Iudæis. Hierusalem, Hierusalẽ, q̃ occidis prophetas, & lapidas qui ad te missi sunt. &c. Quod addit.

Psal. 139

Luc. & Mat. 23.

Iterum misit alios seruos, &c. Significat se nunquam nõ præsentem esse nobis, si modo velimus DEI in nos virtutem & operationem agnoscere, mẽteq; amplecti. Semper enĩ solicitus suam nobis impertire mĩam semper in Euangelii, legisq; functionem, suos destinat ministros, nec suam Ecclesiam ĩ hæc vsq; sæcula destituit, verũ Iudæi induxerũt facies suas, plusquã dici potest, porroq; ĩ lapides non solũ sed etiam feras versi, lacerãt, iugulant, occidũt eos, qui horũ salutẽ efficere contẽdebant. Mittit DEVS alios. i. nõ cessat mittere seruos suos prophetas, quanquam interim oẽs fere sine fructu redeãt ad mittẽtem. Hier. 7. Misi ad vos oẽs seruos meos prophetas per diem, cõsurgẽs diluculo & mittẽs & non audierũt me, nec inclinauerũt aurem suam, & peius operati sunt, quam patres eorũ. Obiicitur hoc ipsũ flagitiũ, vt impiũ & execrabile a STEPHANO Iudæis. Quem inquit, Act. 7. prophetarũ non sunt persequuti patres vestri, & occiderũt eos, qui prænũciabant de aduentu iusti, id est CHRISTI, qui iustus & iustificans vocatur a Paulo. Sequũtur horũ Iudæorũ pertinaciam quotquot tãdem veritati agnitæ reluctantur, quotquot aspernantur, reclamittant, ac segnius etiamnũ exequũtur. Iudæi enim corpora, ii verorum concionatorũ verba, vitamque rodunt, exibilant, ac nauci ducunt. Hinc nos mala obruũt infinita, hinc miseranda Babyloniorum captiuitas, & seruitus non ferenda, & alia innumera mala, quæ Rempub. occuparunt aliquot annis. Testatur hoc ipsũ Daniel. Nõ obœdiuimus seruis tuis prophetis, qui loquuti sunt in nomine

Hier. 7.

Act. 2.

Daniel. 9

tuo, regibus nostris, principibus nostris, patribus nostris eoq; alibi testatur, super eos effusam dei iram, indignationem, ac vindictam: Idem. Christus. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta, translato scilicet regno in Romanos translato & sacerdotio, quod erat secundum⁹ Aaronis ordinem, in eum quiest secundum ordinē Melchisedech. Metuendum idipsum malū nobis ianuam impendere, nisi resipiscamus, nisi redeamus ad ecclesiæ gremium ortodoxæ. Matth.23

Nouissime vero misit ad eos filium suum. Id est quādo venit plenitudo temporis, misit filium suum ex muliere, factum sub lege: filium inquam, quo nihil fuit charius, nihil gratius, nihilque præstantius, nam forma substanciæ eius est, & candor lucis æternæ. Hunc misit in mundum per carnis humanæ assumptionem, idq; in nostrum cessit commodum. Sic enim deus dilexit mundum, inquit Christus, vt filium suum vnigenitum daret. Et Paulus. Proprio filio suo non pepercit deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Et iterum ad Hebræos testatur. Nouissimis dieb⁹ nobis per filium loquutus est deus, perq; hūc ipsum instaurasse vniuersa, & quæ inferne, & quæ supernæ constat.

Dicens Forsitan verebuntur filium meum.

Non ex ignorantia hæc vox dei proficiscitur, sed magis liberat arbitrii indifferentiam, atque libertatem quandam, & (vt ita dicam) neutralitatē hæc nota indicat. Ex æquo enim relictum erat iudæis vereri & non vereri, sequi, & non sequi Elige, īquit Moses, & optio tibi datur, quod amplecti magis collibeat, bonum, vel malum. Neminem enim adigit in uitum, quanquam interim ad verendum magis ex scripturis & signis, & benefactis dei promoueri posset. Magis enim auxilium arbitrio nostro ad bonum, quam ad malum datur Mauult dominus vitam nostram, salutem nostrā, quā mortem. Nolo, inquit. mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur, & viuat. Ideirco toties nos ad resipiscentiam extimulat, toties terret cōcutiq; conscientias nostras, toties etiamnum adblanditur ceu mater, accōmodans sese nostræ imbecillitate Verum quam ingrati, quamue ad resipiscendum difficiles simus, subsequentia indicant. Agricolę autem videntes filium, dixerunt. Hic est hæres &c.

Liberum. arburium.

Deu 30.

Ezech. 33.

Gene.37. Assentiuntur omnes ac conspirant in Christi necem Iudæi dicentes, venite occidamus eum. Sic in Gene.37. Fratres Ioseph cogitauerũt eum occidere, & mutuo loquebantur. Ecce somniator venit, venite occidamus eum. Eadẽ fere Sap.2. Circumueniamus virum iustum, quoniã inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperiat nobis peccata legis. Sequitur. Grauis est nobis ad videndum. Item. Contumelia & tormenta interrogemus eum, vt sciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius, morte turpissima condemnemus eum. Eadẽ apud Hiere. Venite mittamus lignum in panem, id est in corpus, quod est panis vitæ æternæ. Io 6. Caro mea vere est cibus, & eradamus eum de terra viuentiũ, & nomen eius non memoretur amplius

Sap.2.

Hiere.11.

Io.6.

Hæredita tẽ Christi acqrere q oporteat.

Heb.1.

Ro.8.

Declaratur his locis pertinax Iudæorum cõsensus in mortem Christi, aderat enim eis occidẽdi voluntas, aderat & hæreditatis occupandæ cruentum desiderium, quanquam non occidendo, sed credendo, sed bene operando, nanciscitur Christi hæreditas, sed imitando filium, qui hæres vniuersorum constitutus est, per quem fecit & sæcula Heb. 1. Iam si huius filii hæreditatem adipisci voles, mores, vitãq; suam ad huius exemplar exprimas, oportet, imitari oportet doctrinam, mortem denique, quã nostri causa tulit probrosissimam. Hoc est quod Rom. 8. testatur Paulus. Si autem filii & hæredes, hæredes quidem dei, cohæredes autem Christi Hunc, igitur hæredem vbi viderunt agricolæ, dixerunt. Hic est hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius, Qui perdiderunt hæreditatem, & regnum & imperium, adeo non assequuti, quod ambierunt.

Esa.53.

Heb.13.

Eiecerunt autem eum extra vineam. Quasi leprosum & abominabilem omnibus, sic eiecerũt foras. Leprosi enim separabantur extra castra, & a communi hominum cõsortio seu execrati, & noxii arcebantur. Atqui Christus leprosis adsimilis fuit. Esaias. 53. Nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum a deo, & humiliatum, separãdus igitur, malorum hominum iudicio, & eiiciẽdus e vinea. Hæb. 13. Iesus vt sanctificaret per sanguinem suum populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra portam improperiũ eius portãtes. Re ipsa declaratum

eſt Iudęos eiiciēdos, ac ſeparādos, tanq̄ oīm abiectiſſimos Sic futurū eſt & iis, qui a ſe ablegant diuini verbi legitimos miniſtros, intrudentes interim ſeditioſos quoſdam, & ſectatores prauorum dogmatum, hæreticos, ſciſmaticos, id quod mox ſcripturis ſubaperit. CHRISTVS, hinc addit.

Dum ergo venerit dominus ſeruorum, & cæt. ſcilicet ad iudicium peculiare agendum, atq; exercendum cum Iudæis, qui ipſi iuſte oīm ſententia, damnati ſunt, & reprobati. Hoc eſt quod ipſi iidem ſuo ipſorum ore pronunciant, quanquam neſcii interim, & extorres veritatis.

Malos male perdet, & vineam ſuam locabit aliis agricolis. Vt Cayphas non ex ſe, ita & iſti contra ſe prophetant, iuxta Originem. Veritas enim eis violentiam fecit, & ad pronunciandum aduerſus ſeipſos ſententiā impulit. Sunt enim miſeri homines perditi, primum quidem per Romanos qui & regnum, & populum, & omnem denique dignitatem regiam eis abſtulerunt, deinde, quod omnium eſt perditiſſimum, perpetuo interierunt, quum non crediderunt Chriſto, neq; hunc ſeruatorem, vt dignum erat excæperunt Igitur Hierem. 17. Duplici contritione contere eos domine deus noſter. Cernis hic hominem conteri, ac perdi a deo, ſed non alias, niſi ſeipſum antea per peccatum perdiderit homo. Præceſſit ingratitudinis peccatū, præceſſit & cruenta conſpiratio, & veritatis odium, dei exterminium Oderant enim filium, & ceu improbum hoſtem extra vineam eiecerant, hinc ira dei hinc comitata eſt vindicta in improbos. Nūquā enim deus vaſis iræ, inquit Aug. pararet incendium niſi homo inueniretur habere ſpontaneum peccatum, id eſt quod Pſalmographus teſtatur. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. præceſſit enim mendacium dei interitum Neque enim ſimul iuſtum cum impio damnabit perdetq; dominus, vt in Gene. Abraham teſtatus eſt 18. Sed eos perdet, qui male agunt. Prouerb. 2. Impii vero de terra perdentur. Et proſperitas ſtultorum perdet illos. Et qui in vno peccauit, multa bona perdet. Eccleſi. 9. Sic ſuapte culpa interiit Iudas. 10. 17. Nemo ex eis periit, niſi filius perditionis. Sic & Iſrael. Oſeæ. 13. Perditio tua ex te Iſrael eſt, tan-

Hiere 17. De⁹ nemi nē pdit, q p ſpōtare um pctm̄ ſei pſum prius non pdiderit Pſalm. 5. Gene. 18 Prouer. 2. & .i. Eccle. 6, 10. 17. Oſeæ. 13.

tummodo in me auxilium tuum. Perdet deus nos, ob nostram, vel inertiam, vel pertinaciã, nisi redeamus ac cor, nisi aures diuinis iussis accõmodemus nostras, & primũ quidẽ subtrahendo gratiam, nosq; sinẽdo, sine timore dei in omnem ferri turpitudinem & impietatẽ. Deinde, siquidẽ nos sic perditos in fine vitæ depræhenderit, perpetuis cruciatib' deputabit. id quod notauit micheas sexto. Ambulasti in vo-

Miche. 6. luptatibus eorũ, vt darem te in perditionẽ. **Et vineã suã locabit aliis agricolis, qui reddent illi fructum.** Alii agricolæ sunt. Ecclesiæ ex gentibus coactæ, doctores & moderatores, qui in Iudæorum locũ surrogati sunt. Cæcitas enim ex parte in israel contigit, vt plenitudo gentium

Ro. 11. intraret. Et item Paulus fatetur se apostolum & doctorem gentiũ, & in actis apostolicis postquã dixit. Iudæis primũ quidem lætũ illud gratiæ nuntiũ delatum, seu quoniam illud repulerunt, eoque indignos sese gratiæ dei fecerunt Ecce, inquit conuertimur ad gentes, Sic enim præcepit nobis dominus. Posui te in lucem gentibus, vt sis in salutẽ vsq; ad extremũ terræ. Tales sunt omnes quotquot ecclesiæ dei præsunt, quotquot in sortẽ apostolicæ functiõis designati sunt

Ephe. 4. Dedit enĩ quosdã quidẽ apostolos, alios ãt doctores, alios

Psal. 125. vero euangelistas, & pastores, vt est apud Ephesios. Horum interest, fructus multiplices, areæ dñicæ inferre. Hinc Psal.

Can. 2. Euntes ibãt & flebãt mittẽtes semina sua. Veniẽtes aũt ve-

Psal. 71. niẽt cũ exultatione, portantes manipulos suos. Fructus ii, fideles sunt, & qui digne deo ambulãt, de quibus in Canticis. Fructus eius dulcis gutturi meo. Et item Psal. Superextolletur, super libanum fructus eius, mire in iis fructibus complacet sibi deus, mire in iis oblectatur, adeoq; hos charos & adamatores habet vt seipsum pro iis impenderit cõparandis, ac in horrea domini importandis. Eadem censura plæriq; multi digni sunt, ex eorum numero, qui vineam domini non exercent, qui non præsunt suis vt prosint, sed magis imperiose diuexant, examinant, excarnificant, quorũ fructus amari sunt & inutiles. Ad quorum cariem spectant non tam hæretici, quam tyranni, & mali prælati, qui quæstus gratia solum præsunt, a quibus vinea suo tempore auferẽda est, & locanda iustis agricolis, & cooperatoribus dei

Quo audito dixerũt illi: absit, Quod intelligas, ore scilicet, eos experiri diuinã iustitiã noluisse, corde vero coacti sunt subire, testimonium illis reddête propria ipsorũ cõsciẽtia Haud secus faciũt qui manifesta flagititia tergiuersari cupiũt, & abdere sese malũt, quã prodere, id quod in Eua, Adamo, & Caino cernimus, verũ conscientia mille testes, accusatrix & proditrix, suipsius est, vtcũq; reclamitet lĩgua Stat vero sententia Christi. Et ore tuo te iudicio, serue nequam. Et Eccle. 7. Scit enim cõsciẽtia tua, quia & tu crebro maledixisti aliis, Fert enim secum etiam nolens suos aculeos improba consciẽtia. Iuxta illud. Vermis eorũ nũquã moritur. Cæterum audet tamen temeritas humana non semel perissomata quærere, audet innocẽtiã prætexere, sed iuxta illud, ad excusandas excusationes in peccatis. Eccle 7.

Dixit illis IESVS. Nunquã legistis in scripturis, lapidem quem reprobauerunt. Hic scripturam accommodat ad parabolæ intellegentiã, quasi diceret secundum Chriso. Si parabolã meã nõ intelligitis, scriptuam cur nõ videtis, quæ dicit. Lapidem quẽ rebrobauerunt ædificãtes? Locus hic est in Psal. 117. & apud Esa. 28 Quanquã Esa. testatur hunc lapidẽ positũ in fũdamẽtis, ceu angularẽ, preciosum, probatum: quo nomine Christum significari certo certius est. Ipse enĩ est lapis abscisus de mõte sine manibus. Dañ, 2. Id quod Paulus expressit, quãdo optat nos huic lapidi innoxos, adeoque ĩsititios factos, vt dicat Ipso fommo angulari lapidi Christo Iesu, in quo oĩs ædificatio cõstructa, crescit in templum sanctũ in domino, Et. 1. Petri. 2. Ad quẽ accedẽtes lapidẽ viuũ, ab hominibus quidem reprobatum, a deo autem electum & honorificatũ. Lapis hic primarius est, & totius ædificii spiritualis basis, quo populi diuersissimi olim iampridem nexi sunt. Ipse enim est qui fecit vtraque vnum, id est in seipsum, ceu corpus quoddam, nectens & copulans gentes & Iudæos. Græcos & Latinos, omnes denique quotquot in hunc credunt. De hoc fundamento & Paulus commonefacit Corinthios. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus, Lapidem hunc tam præciosum, tamque selectum alii reprobant, ceu ine-

Christus Iesus est lapis ille angularis & fundamẽtũ Psal 117. Esa. 28 Dañ. 2. Ephe. 2. 1. pet. 2.

1. Corin. 3

ptum ædificio qualés fuere Iudæi plerique, & gentium cõplures. Alii vero huic innitũtur, inque hunc, ceu sacram anchoram scapham suorum operum infigunt, quales sunt fideles, & verborum dei non tam creduli, quam operatores
Lu.19. Reprobarunt hunc lapidem Iudæi, quando dixerunt. Nolumus hunc regnare super nos. Et item, Non est hic homo
Io.9.& 8. a deo qui sabbatum nõ custodit, Et. Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes: Eo pertinet & illud In propria venit, & sui eum non receperunt.
Io i.1 Reprobant autẽ incredulitate ac perfidia, adeo enim mordicus suo innitebantur Mosi. suæq; iustitiæ, quæ ex lege erat, fidebant Qua ratione factum est, vt & ipsi reprobati sint, & hæredes facti. Ad eandem cariem pertinẽt & hæretici, ac scismatici, & quotquot tandem naufragium in fide fecerunt, quales sunt Alexander. & Hymenæus. Cherinthus, arrius. Vicklefus, Huic, & horum asseclæ Lutherani. Omnes enim in hunc lapidem inpegerunt, & plane cõfracti, ac contriti sũt **A domino factum est istud & est mirabile in oculis nostris.** Permittente enim ac prouidente domino, istud factum est, quod reprobatus fuit iudæis Christus, cum interim in angulum dom' collocandus præscio deo destinatus esset. Nouit enim de' ex nostris malis elicere bona, quamuis nõ ob id delinquẽdum sit. Non enim peccandum est vt eueniant bona, quanquam bona dei gloriam perpetuo cessura sint, neque hic vn' sensus esse potest. Alter videtur. Origeni & Hiero, & plærisq; aliis probatissimis viris probari vt istud intelligas re
Io.1, ferri ad saxũ, seu ad caput anguli, quod CHISTVS est, influens toti corpori, quod & in seipso cõplexus est Iudæos & gentes. Quotquot enim cæperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri. Hoc igitur caput mirabile est in oculis. nostris. Fide enim miramur eius, atq; intelligimus opera, quæ in carne gessit, non sensu neq; ratione depræhẽdimus. Igitur & Aposto'i: post triumphatã mortem stupebant, ac admirati, spectato Christo, reuocantes in animum scripturas, quas plærasq; multas illis ante mortem interpretatus erat, quenquam ferme omnia excidisset, eoque nomen eius vocatum est admirabilis deus fortis

pater futuri sæculi. Atque ob id stupebant omnes & admirabãtur super doctrína eius. **Ideo dico vobis, auferetur a vobis regnum, & c.** Hic manifestarium colligimus argumentum, ob incredulitatem, ac ingratitudinem, reuocari beneficium, & non modo rescindi pacta priora, sed etiam in alteros, qui digniores existunt conferri potiora. Recæperunt Iudæi legem, dignati sunt prophetarum oraculis, concredita sunt illis quoque diuina promissa, & eloquia, vt habet Paulus. Verum ob horum incredulitatem, & improbam cæcitatem commeruerunt priuari regno, id est euangelii gratia dignitate, gloria. Gratia enim Dei, cuius operator est Christus, nos reges afficit spirituales, efficit & in nobis regnum quoddam spiritualissimum, quo Deus ceu princeps in anima sibi sedem collocat pacatissimam, ex qua denunciat, quod iustum est, quod sanctum, quodque viribus inferioribus exequendum De hoc fœlicissimo regno Christus ait Regnum Dei est intra vos Sed qua Iudæi e vinea eiecerunt CHRISTVM, huius regni hæredem, suaptæ culpa, perierunt. Nemo enĩ sine Christo regnare in spiritu potest, igitur, inquit Christus, auferetur a vobis regnũ, id est Dei misericordia deinde & scripturarum germanus sensus, & dabitur genti, facienti fructum eius. Idem accidit hæreticis, & multis doctoribus, Certum enim, hæreticos non nisi spinas & tribulos e scripturarum pratis decerpere malos vero doctores, secus viuere quam docent. Vtrisq; auferetur plærumq; verus scripturæ arcanæ sensus, & datur simplicibus, & humiliatis corde. Id notare voluit CHRISTVS. Math. 5. Qui solueritvnum de mandatis istis minimis, minimus vocabitur in regno cœlorum. Sic & Pharisæi, ob perditum scripturæ sensum, & impium vsum commeruerunt exoculari prorsus Cæci, inquit Christus, sunt & duces cæcorum. Accidit idem malum multi monachis, & viris in speciem quidem religiosis, re autem ipsa plus quam profanis. Nisi enim dignos fructus ferant pœnitentiæ, hocq; rebus factisq; præstent, quod tã magnifice processi sunt, aufertur ab eis gratia, & transfertur in gentem, quæ fructum dabit satis opportunum, & Euangelio dignum. Tene igitur quod habes, gratiæ donum, & a Deo optimo ma-

Ob ĩcridulitatẽ & ĩgratitudinẽ reuocatur beneficium.

Quomõ Xp̃s innobis regnet

Mat. 5

Matt. 15

Apoc, 2

ximo collatum beneficiũ, ne alius accipiat coronam tuam

Apoc.2 Vide ne publicani & meretrices præcedant te in regnum dei id est, sua peccata confitentes, resipiscentes, ac detestantes, qualis fuit Zachæus, Matthæus, peccatrix, euangelica, & aliorum complusculi. **Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur.** Duo hoc loci hominũ genera describuntur. Primum, eorum qui fide in formi non post habita labuntur in peccatum credentes quidem Christum, credentes & Ecclesiæ, interim tamen non semel offendunt, impinguntq; in lapidem, quales sunt scortatores, adulteri, maledici, auari, & in genus alii peccatis carnis & spiritus obnoxii homines. Horum eratis, & prolapsionibus facile mederi potest, nam habent quo delicta resarciant, pœnitentiam, & ob id confringuntur quidem, sed non omnino conteruntur, quin reseruantur ad pœnitentiam, vt ait Hiero. hoc modo confringit dominus cedros libani i. superbos & arrogantes humiliabit, ad cineres vsq;. Quisquis sic lapsus fuerit, facile quassata redintegrabit membra nam totus inititur lapidi Christo, ad quem impegit, in quem spei anchoram collocat. Alterum genus eorum est, qui increduli sunt deo, quiq; aduersus veritatem agnitam pugnant, nec modo infirmitate, sed malitia peccant Quales fuere pharisæi, & Iudæorum primores, quando dixerunt: Dæmonium habet. Et, non est hic homo a deo, ob id Christus inexcusabiles eos asserit: Si non venissem & loquutus eis fuissem, peccatum non haberent: nunc autem & viderunt, & oderunt me & patrem meum, Excæcauit enim eos malitia & peruicacia induratæ, ac perfrictæ frontis. Ad hoc hominum genus omnes omnino releguntur hæretici, qui veritati obsistunt data opera. Quorum alii dicunt resurrectionem non esse, alii Christum non esse æqualem Deo. Sunt qui Eucharistiæ impingunt, & præter signum, panemq; in altari nihil adorant, nihil agnoscunt. Sunt qui Ecclesiæ decretis impingunt, ea fere omnia sese excutientes, alii vota damnant, quæ propria sponte contraxerunt. Nonnulli diuis detrectant, id quod eis a deo obtigit, interpellandi beneficium Pleriq; nulla esse receptacula animarum, quibus expiari, post mortem queant, oblaterant. Qui sic peccãt, conteruntur

Duo genera peccãtium.

Psal.28

Qui côterãtur a lapide Christo.

a lapide,& planæ comminuuntur, in minutissimas partes nec quicquam superest, quam interius, & mors, nisi a cœpta malitia desistant, ac resipiscant, id quod multo difficilius, quam æthiopis mutare nigredinem. Hic enim tam affectus, quam intellectus corruptus est, nam hæresis, excæcat intellectum quo minus verum discernat, hoc voluit Iesus cum diceret. Super quem vero ceciderit, hoc est cui lapis ipse irruerit, & qui in fide naufragium fecerit, sic conteret eũ vt nec testa quidem remaneat, in qua hauriatur aquæ pusillum. Sic puto intelligendum Esa. quando testatur quod dominus quibusdã sit in lapidẽ offensionis, & petram scandali duabus domibus Israel. Offendent inquit ex eis plurimi, & cadent, & conterentur, & irretientur, & capientur. Et 30. veniet cõtritio ei⁹, & cõminuet sicut cõteritur lagena figuli, cõtritiõe perualida, & nõ ĩuenietur de fragmẽtis eius testa, in qua portetur igniculus de incẽdio, aut hauriatur parum aquæ de fouea. in fragmenta igitur, & minutissimans partes, puluisculos nempe, redigendi sunt (quos lapis Christus confracturus est) Pharisæi obdurati .s. & hæretici, Esa.8. Ibidẽ.30

Cum audissent principes sacerdotum, &c.

Iam obstinatam erga Christum malitiam declarant. Nam quamuis a veri notitia plus nimio abalienati essent, multis tamen coniecturis colligebant domini sententiam contra se dirigi, eoq; in insaniam fere versi, eum tenere ac capere contendebant. Veritas enim odium parit. Hinc Salomon Prouerb 9. Qui erudit derisorem, ipse sibi iniuriam facit & qui arguit impium, sibi maculam generat. Noli arguere derisorem, ne oderit te, Argue sapientem, & diliget te. Amos. 5. Odio habuerunt in porta corripientem, & loquentem perfecte abominati sunt, id quod euenit Christo non semel, accidit & probatissimis quibusq; verbi dei ministris si quando acrius flagitiosos quosq; obiurgant. Verũ, velimus nolimus, triumphabit veritas, & melius est pro veritate supplicium,, quam pro adulatione reportare beneficium Oderint itaq; dum velint. Prouẽ.9 Amos.5

❧ Sabbato post dominicam secundam Quadragesimæ. Euang. Lucę.

Homo quidam habuit duos filios, & cęte.

Si hanc lectionem expendere volumus, operepreciũ fuerit, parabolæ occasionem inquirere. Occasio autẽ hic facta est, quod publicani & peccatores adhibant Christum vt audirent illum, vt vitæ mores, consuetudinemq; ad Christi verbum exigerent. Ea enim ratione se venisse testatus est, vt omnes ad se aliceret, omnibusq; adblãdiretur, qui sese agnoscerent medici ope egere. Ideo gaudium dicit esse angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente, id quo magis inculcaret hominum animus, parabolam assumit filii qui patris omnem substantiam in meretricis vsus prodigerat, seq; in omnem libidinem exposuerat. Verum vbi rediit ad cor, vbi erratorum pœnituit, in gratiam susci pitur, etiam cum gaudio patris. Atq; hæc est summa totius parabolæ, quam in tres patres partire libet. Primo, ponetur peccatoris a Deo, adeoq; a summo bono recessio. Secundo miseranda eiusdem & calamitosa conditio. Tertio, benigna, ac blanda resipiscẽtiis susceptio, hæc tria se suapte spõte declarant. Primo itaq; recessus adeo inauspicatus, eo constat, quod hominem ad interitum dicit teste Dauide. Qui se elongant a te, peribunt, perdidisti omnes qui fornicantur abs te. O miserandum diuortium, quo se a suo sponso, suapte sponte, misera separat anima: separat autẽ sese omnis quæ citra Deum, suum oblectare animum desiderat, suam explere, voluntatem præsumit, quanquam hic mundus nihil habeat, quod consummatam adferre voluptatem queat. Desipit enim omni, quæ caduca ac volucris est, & pendula mortalium iucunditas, sola æterna citra nauseam satiant, possidentem. Solis igitur æternis illis & optimis horis refocillandus est animus. Id qui non facit, se suumq; animum perdit, quod adolescentiori filio euenit; quanquam post longas exanclatas ærumnas, tandem in gratiam rediit Cæterum, hanc parabolam sic tractant, probatissimi quiq; authores, vt (quanquam omnes generatim peccatores post multa flagitia resipiscentes concernat) notet tamen præcipue pro illo tempore (quo dicta est) Gentes ad Euangelium receptas, & Iudæos, de sua iustitia, quam e lege spera

Mat. 18. & Luc. 15.

Psal. 72.

bant inaniter turgidos,sicq; inflatos,vt illarum fœlicitati inuiderent.Huc spectat tota parabola. Duo igitur filii,duo populi sunt,Gentes & Iudæi.Iunior,gentes quæ legem præcesserũt,venerũt tamen posterius ad fidem,posteriusq; natæ sunt Christo.Senior,qui sequutus, ac legi obnoxius est, Iudæos significat. Maior natu enim in cultu vnius Dei,delitescebat,haud longe a domo paterna seiunctus.Is in Exo. 4.Primogenitus dicitur.Filius meus primogenitus Israel. Multa cura hunc filium enutriuit,instituit,ac primũ quidem in Aegypto,deinde in eremo.Demum,dum terram incoleret promissionis in Iudæa,expulsis hostibus, curã eius diligentissimæ egit . Iunior vero filius,non tam gentes quã quãuis peccatorem designans , & ipse habuit legem intimis cordis insculptam,cuius ductu,quod iustum,quod iniustum,rectum & inquium erat,dignoscere potuit. Habuit enim, vim ingenii,& scintillulas quasdam diuini luminis quibus licuisset ad conditoris euehi cognitionem,vt Ro.2 testatur Paulus . Gentes ipsæ sibi lex sunt,quum habeant opus legis scriptum in cordibus suis.Has dotes ingenii,debuerant ferre,accæptas benignissimo patri,qui eas partitus erat,atq; ad hoc indulsit,vt ipse solus coleretur Deus,solusq; haberetur rerum omnium conditor & moderator. At uero procul ab hoc scopo deflexerant,lapides,ligna,simias quadrupedes,& omnem etiam militiam cœli adorantes. Ro.2.

Quæ omnium impietatum est maxima , alienum videlicet Deum sibi constituere,quum interim non sit nisi vnus rerum plastes. Describit hunc lapsum Roma.1.Paulus.Et ad Ephe.4. Non ambuletis sicut gentes ambulant,in vanitate sensus vestri , tenebris obscuratum habentes intellectum alienati a via Dei,per ignorantiam quæ est in illis propter cæcitatem cordis ipsorum. Aduersus horum insaniam non semel a prophetis reclamatum est, maxime vero sub Euangelii coruscatione ab apostolis depurgatũ,id quod ex Paulinis & Epistolis,& orationibus, quas Ephesi habuit,constat.Iuniores autem dicuntur,non modo quod sine lege,sine deo,in hoc mundo ceu bruta animantia cum silentio vitam suam transigere,gentes,sed etiam,quod lubricitati porro ac libidini sese(vt solet adolescẽtior ætas,dederãt quod Ro.1. Ephe 4.

in omnem voluptatem vitam suam, moresq; exposuerant, ad
Ro.1. ita demum, se ipsas desperauerant. Hinc PAVLVS eas traditas testatur, in desideria carnis, in probrosos quosdam affectus, adeoq; improbam mentem, oppletas omni iniustitia, scortatione, versutia, auaritia, malitia, &c. Tale quod accidere solet etiamnum, iis, qui neglecta dei gratia, aut etiam contempta, se diuinis adflatibus non accomodant, sed longius a deo recedentes, sese in omnem libidinem soluunt vtpote qui se scortationi, ambitioni, luxui, subiiciunt, & ita demum in miseram quandam seruitutem proprio suo malo coniiciunt. **Dixit adolesc. Pater da mihi por, &c.** Adolescentior non tam ætate, quam iudicio, & consilio est quisquis importunius obtinet, quod opportune negatum oportuit, quod concessum obfuit, quod impetratum secum malorum alluuionem affert. Eo enim fit, vt homo sibi ipsi permittatur, quod omnium malorum maximum est & ad desperationem proximum. Vt enim infirmior ætas (si frænis nō fuerit cohibita ab improbitate) seipsam in pcipitiū detrudit, ita & anima, cui semel frena laxata sunt ad quiduis agendum, si pro suo arbitratu agat, prope interitum est. Ideo Sapiens: Stultitia colligata est in corde pueri, & virga
Pro.22. disciplinæ fugabit eam. Nulla ætas infrænis viuere potest maxime vero imbecillior illa, cui parum adest prudentiæ, parum timoris, multum vero inest stultitiæ, multum ad malum procliuitatis, deinde & malorum hominum consuetudo maxime obest, maxime impendet. Igitur sub pædagogiam, redigendi sunt, donec adolescant in virosq; euadāt prudentes. Sic enim & Paulus de Christo deducit. Quan-
Gal.4 to tempore hæres paruulus est, sub tutoribus & actoribus est, vsq; ad præfinitum tempus a patre Secus qui faciunt, sentient eos pertinaces, sentient petulantissimos, & ad
Eccle.7 omne vitium deditos, Nouit hæc Eccle. 7 Filii tibi sunt, erudi illos, & curua illos a pueritia eorū, Filiæ tibi sunt, serua corpus illarum, & nō ostendas hilarē faciē tuā ad illas. Iam vt filii, ita & anima sub fideli custodia seruanda est, ne bonā partem ætatis suæ perdat, sequitur. **Et dimisit illis substātiā.** Quisquis eī rōnis particeps est suā portionē adeptus est, & liberi arbitrii dono dignatus a cælesti pater

Partitur enim singulis vt vult, nemini non adest, seniori quidem filio, legem scriptam adhibuit, ne sine fræno præcipitaretur in malum: iuniori liberi arbitrii propensionem, ne inuitum sese in flagitium adactum queri posset. Omnibus enim adest, omnes extimulat ad bonum, nemini deest, modo sese gratiæ & diuino fauori accommodet, modo vel legi scriptæ, vel inditæ obsequatur. Accedi od hunc locum illud Eccles.17. Deus sb initio constituit hominem, & reliquit illum in manu cousilii sui. Adiecit mandata & præcepta, si volueris mandata non seruare, conceruabunt te: sequitur. Ante hominem bonum & malum, vita & mors. Quod placuerit ei, dabitur illi. Distribuitur ergo substantia singulis hominibus, id est (si Theo. credimus) rationalitas, quam comitatur libertas arbitrii. Neq; enim Deus, neq; natura vllæ rei in necessar iis desunt, quod vel in brutis est cernere, Sed ad quid singulis a se rebus productis, singula dona partitur Deus, maxime vero mortalibus? Nimirum, vt splendide, vt probe, vt religiose agamus, &, vt sobrie, iuste, ac pie, quod præcipit Paulus. viuamus in hoc sæculo Ad hoc enim ab optimo Deo obtigit nobis rationis, libertatisq; iudicium quoddam, vt eo, nostrum animum ad superna corripiamus, eoq; spectemus, vnde & viuere, & esse, & intelligere obtigerũt sed preoh dolor, quid additur, de iuniori filio? Hoc nimirum. **Non post multos dies adolescentior, &c.** Hoc est quod pauló ante diximus, iuuenem hunc a patre omnium clæmentissimo defecisse, eaq; dona, quibus dignatus erat, sic prodegisse, vt etiam suibus adsimilis dici commeruerit. Non post multos hos dies, homo sibi permissus diu subsistere nequit. Is autem adolescens sibi ipsi permissus erat, hinc viuendi licentia, hinc Dei contemptus hinc & alia innumera mala totius substantiæ profusio, distractio, ac perditio. Augustinus de quest. Euangeliorum, per hanc profusionem substantiæ virium perditionem puta, significari, id quod fit quando homo, Dei oblitus, secũ fert potentiam naturæ suæ, deserens eum, a quo tam ingenue & conditus & instauratus est, fidens de viribus suis ac præsidiis humanis, Quæ vires, inquit, tanto consumit citius, tanto eum deseruit a quo datæ sunt Abiit igitur in regionẽ

Eccle 15

Homo sibi pmiss' diu subsistere nequit

longinquam, non localiter a Deo discedens, inquit Chrysost. quum vbique sit, sed affectu. Fugit enim peccator Deum, vt a longinquo stet, vt a nemine videatur, mauult enim a nemine sciri, nam qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ne arguantur opera eius. Longinqua certe hæc regio est quam peccator incolit, in qua degit, nec nisi percussus sapit, reditque ad cor. Longe enim a peccatoribus est salus. Hæc enim regio mundus est, qui Deum non cognoscit. Io. 1. de qua Esa. 1. Regionem vestram coram vobis alieni deuorant, & desolabitur sicut in vastitati hostili. Aliene dæmones sunt, mali homines sunt, quorum consuetudine perdimus nostras vires, ingenium loquor formam, sensus, & quod omnium deploratissimum est, gratiam Dei. Ita abierant illi, de quibus Esa. 46. Audite me duri corde, qui longe estis a iustitia Abest & ille procul a iustitia, qui neque Deo honorem, neque proximo dilectionem, neque ipse sibi tribuit disciplinam quales sunt omnes, qui vmbram hanc mortis, & tenebrarum in habitant. Deiq; iussis non obœdiunt, sed negligunt. Verum, qui longe est, peribit, inquit Ezechiel. 6. Non igitur a facie domini fugiamus miseri, si peccatis nos grauatos sentimus. Non deseramus clementem dominum, ne & nos deserat in tempore opportuno. Quisquis enim ab hoc recedit, euanescit porro, nec vspiam tuus erit Id quod & Cain & Cham miserandum exilium plenissime docet. Qui enim sua potestate vt cupit, inquit aug. in de ver. domini Quid restat, nisi vt recedes ab eius calore, torpescat, recedens a veritate, euanescat,

[Margin: o. 3. / Psal. 118 / Io. 1 / Esa. 1. / Esa. 46 / Procula iustitia qs dicatur. / Ezech. 6]

Ibi dissipauit substantiam suam, viuendo luxu.

Luxuriosam ac prodigam vitam vocat eam, quæ amat fundere, spatiari, pompisq; euanescere. Qualem transigere illi de quibus Sap. 2. Venite fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tanquam iuuentute celeriter, vino precioso & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis coronemus nos rosis antequam marcescant, nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra nemo sit expers luxuriæ nostræ, luxuriæ nomine non solum libidinē, & fœdam voluptatē intelligas, sed omnem luxū licentioris vitæ, ineptissimos Iudæos, scænicos mores, inertiā. & quæli

[Margin: Sap. 2 / Luxuriæ nomine intelligetur.]

bet vitia,quibus solet sese adolescentior ætas per imprudé-tiam inquinare . Idem euenit animæ a Deo abalienatæ, simulatq; a Deo recesserit,prodigãtur oĩa,sensus,meus,animus,affectus denique oés,quibus adhærerur Deo , amor, spes,gaudiũ,de peccatis tristitia· quin inuersa sunt omnia in regno animæ. Gaudent enim cum malefecerint , & exultant in rebus pessimis. Et dicunt Deo.Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Quis est omnipoteus vt seruiamus ei?Et quid nobis prodest, si orauerimus illũ? Iob.21. Tales vocat Petrus irrationabilia pecora,quæ pernicie sua peribunt, vndi addit: Voluptatem existimantes diei,delicias coinquinationis, & maculæ deliciis affluentes,in conuiuiis suis luxuriãtes vobiscum, oculos habẽtes plenos adulterii,& incessabilis delicti De quibus & Iudas ait Hi sunt,in epulis suis maculæ,conuiuantes sine timore, semetipsos pascentes,&c. Faxit Deus ho: tempore non multos tales esse etiam ex eorum albo,qui sibi sanctitatis, & honestatis titulos vendicant,qui euangelii vocem circũferunt,qui Paulum ore quidem spirant,rebus vero, factisq; procul sunt a Paulo,Proinde,si rebus nostris consultũ volumus,bonam hæreditatis nostræ partem in optima studia collocemus.Ad hoc enim nobis quinq; talẽta,ad,hoc duo ad hoc ipsum præstandum , vnum a fœneratore Christo , datum est. Fœlix qui non prodigit, sed cũ fœnore in thesauros domini reponitur.Discãt hoc exemplo adolescentes quantum malum,quam execranda pestis sit,malorum consuetudo & familiaritas Dissipauit hic iuuenis imprudens omne patrimonium,sed cum scortis,cum nebulonibus ·Id non raro accidere solet iis,qui licentius ab ipsis in cunabulis educantur , qui simul ac incedere possunt,auro fulgent, sericis,byssoq; vestiũtur,vbi vero adoleuerint,iam iugum ferulamque parentum fugiunt, contemnunt præceptoris diligentiam , fugiunt proborum virorum consortia,aleis tesseris,conuiuationibus omnia profundunt,etiam quæ parentum cura laboreq; multo sunt parta,& conquisita . Igitur cum sancto sanctus eris,cum viro innocente innocens eris.Ea ratione monuit filium suum Salomon , ne acquiesceret illis qui blandiori bus sermonibus inescare mol-un-

Iob.21
2.Pet.3
Cortagio morum.
psal.17

tur simplices animos,vt a via domini abducant in perditionem,& laqueum. Ne inquit, acquiescas eis,animo, nec ambules cum eis opere.Prohibe pedem tuum a semitis eorum. Pedes enim illorum ad malum currunt,festinant vt effundant sanguinem. Hos locos ob oculos ponant imberbes iuuenes,in iis versentur perpetuo,ne malorum contubernio ingenuos mores corrumpant. Corrumpunt enim bonos mores colloquia praua.Fugiant eos quasi toxicum, qui innocentiæ insidiantur,qui synceritati animi imponere volunt,quorum iter sentibus refertum est. Ne des,inquit, rursus Solomon,alienis honorem tuum,& annos tuos crudeli. Ne forte impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena,& gemas in nouissimis,quando cõsumpseris carnes tuas,& corpus tuum. Hic est miserandus ille status,in quem populus,Israeliticus suapte culpa cecidit. Hiere.2. Quam vilis facta es iterans vias tuas. In viis sedebas expectans eos,quasi latro in solitudine,& polluisti terram in fornicationibus & malitiis tuis.Hic status mox describitur,in hoc adolescente,ac perdito iuuene.

Prouer.1.

1.Cor.15

Pro 5

Hiere.2.

Postquam consumasset omnia, facta est fames in regione illa, & cœpit egere. Cum omnia dona quæ illi cœlitus obtigerunt,ad studium boni expendenda, perdidisset: fortunæ scilicet, naturæ, & gratiæ,diuitias, famam, honorem, animi innocentiam, facilitatem morum,& reliquas cum animi,tum corporis dotes,cæpit egere. Merito,inquit Ambro.egere cæpit,qui thesauros sapientiæ & scientiæ Dei, diuitiarumque cœlestium, dereliquit. Tales sunt illi,de quibus Iaco.5. Agite nunc diuites,plorate vlulantes in miseriis vestris,quæ aduenient vobis Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra a tineis comesta sunt. Aurum & argentum vestrum æruginauit, & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis.Qui enim cõscientiæ tranquillitatẽ,qui animi sui delicias,qui famẽ perdidit,nihil potuit perdidisse præstantius,nihil cuius iactura perniciosior. Eiusmodi quid & hic adolescens & illi diuites prodegerunt, igitur bis miseri,bisq; terq; deflendi sunt. Qualis & ille in

Iaco.5.

Apoca, Dicis quia diues sum & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia tu es miser, & misserabilis, & pauper, & Apoc 3.
cæcus. & nudus. De talibus & Iob.30. Nunc autem deridét me iuniores tempore quorum non dignabar patres ponere Iob. 30.
cum canibus gregis mei. Egestate & fame steriles qui rodebant in solitudine, scalentes calamitate & miseria, & manducabant herbas & arborum cortices, & radix iuniperorũ erat cibus eorum. Recte hæc in perditionis filium congruunt, qui ætate iunior, patris curã ac tutelã fugit, eoq; factũ est, vt fame interiisset, nisi ad patris conuiuium rediisset. **Facta, inquit, est fames in regione illa.** Quæ fames certe indigentia verbi dei, & pabuli vitæ æternæ. Pascitur Mat. 4.
enim anima deliciis spiritualibus. Matthæ. 4. Non in solo Ioan. 6.
pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore dei. Et Io. 6. Verba quæ loquutus sum, spiritus & vita sunt idest, spiritus & vitæ robur sunt, deliciæ ac nutrimentum. Quo Moses Helias CHRISTVS, & aliorum complusculi in cremo degentes viri sanctissimi victitauere. Hoc cibo indigni sunt, qui paternam domum egrediuntur, qui sæculi voluptates ambiunt, qui deliciis carnis affluere malunt, quam spiritus: id quud in hoc filio licebit cernere. Facta enim est fames. id est, animæ defectio, ob intelligentiam verbi diuini. Amos. 8. Mittam famem in terram, non fa- Amos. 8.
mem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum dei. Ac fame pressus, extenuatus & periclitatus est miser ille iuuenis, omni auxilio diuino destitutus. Sic esuriunt, sic sitiunt quotquot deserunt deum, & anima eorum in malis extabescit, neque enim est vlla citra deum satietas, neq; volupias Solus is est qui animi desiderium explere potest, qui secum delicias veras, æternum durantes fert, qui animam esurientem implet bonis. **Et abiit, & adhæsit vni ciui.** O charissimi quanta est cæcitas nostra, quam miseran- Luc. 1.
da hominum conditio. Si enim semel fræna libidini, iræ, ambitiõi, & reliquis vitiis laxauerimus, mox sequitur vnius dei contemptus, Adhæsit vni ciuium, id est, spreto summo & vero bono, adhæsit Mammonæ, adhæsit Asinodæo, Baal, & cæteris portentorum vitiis. Sicut enim qui ad- 1. Cor. 6.
hæret Deo, vnus spiritus efficitur cum eo, ita & qui scor-

to ac meretrici adhæret. Auguſtino teſte, qui non vno loco ſed multis ait, vnum ciuium, eſſe principes, poteſtateſq; tenebrarum harum, quæ nomine regionis ſignificantur. Seruiunt enim huic ciui, ceu primario, omnes qui auaritiæ qui luxui, qui ambitioni dediti ſunt. Igitur is, qui inter eos principatũ gerit, mittit ſeruũ hũc, & calamitoſum hominẽ in villã ſuã i. in extremã deſperationis charibdim, ac lernã, paſcere porcos. i. ſuffarcinare ventrẽ, ſeruire vitiis, obſequi voluptatibus, & ita demum, tot habere dæmones ceu dominos, quot vitia, ac crimina, a quo enim qui ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt, Ob id Chriſtus. Nemo põt duobus dominis, ſeruire aut enĩ vnũ diliget, & alterum cõtemnet. Itemq Nõ poteſtis ſeruire deo, & Mammone. Seruitus peccatiorum eſt ſeruitutũ miſerabilior oĩm calamitoſior, id quoq ſequẽtia docẽt, ac cõmõſtrãt. Nullũ enim eſt animal magis iners magiſq; cœnoſum, quã porcus. Iã qui peccatis ſeruit, qui a deo receſſit, qui tenebrarũ principi adhæret, ad porcos relegatur, fitq; adſimilis iumento inſipiẽtiſſimo & plane ſtercorario. Paſcere vero porcos, eſt ea quibus immundi ſpiritus oblectãtur operari, qualia ſunt peccata carnis, luxus & Veneris His enĩ paſcuis delectatur diabolus, de eiuſmodi apud Eſa. legimus. Et oriẽtur in domibus eius ſpinæ & vrticæ, & paliurus id munitionibus eius, & erit cubile drachonũ & paſcua ſtrutionũ. &c. Sic hæc expiẽdas, oĩa & in pctã, & in caducas voluptates, harũq; authores dæmones cõpetere appoſitiſſime dixeris. Eſt enim ipſe pctorũ onocrotalus, eſt ſtutio, eſt draco, paſcitur ſentibus diuitiarũ, paſcitur ſtercore boũ. i. libidine, gula, praſis voluptatibus. Vide quã miſerãda eſt hoĩm cõditio, ſi ſe vitiis debẽt, ſi iiſce ſeſe immergãt. Nõ enĩ homines, ſed bruta, ſed ſtercora appellãtur, fatetur id propheta. Computruerunt (inquit Iohel) iumenta in ſtercore ſuo. Et Dauid Pſalm. 28. Diſperierunt in Endor, facti ſunt vt ſtercus terræ. Quo quid eſt abiectius quid abominabilius? Tales tamen peccãdo euadimus. Accidit id mali omnibus, qui ſe a deo, a Chriſto, ab eccleſia ſanctorum communione ſeparant, in procul diſtantem regionem. Quales ſunt hæretici, ſuo proprio iudicio damnati.

Et cupiebant ventrem ſuum replere de ſiliqu...

1. Pet. 2.
Mat. 6.
Eſe. 34.
Iohel. 1.
Pſal 82.

Semper noxia desiderat mens sana, perinde atque febricitãtis stomachus ea appetẽs q̃ non tã naturæ, quã morbo obsnnr, non tamen vlla re alia expleri potest, quã cœlestium adeptione. Igitur ado escens cupiebat ventrem suum (vt similes haberent labra lactucas) porcorum siliquis explere. Assueta mẽs sordibus, aliis non pascitur, quã ĩmundis, quã obscœnis cogitationibus. quas huc, illucve resoluit, nec tñ vnquã satiatur. Sunt enim silique magis oneri quã vsui Et vide quid nõ oblectet animũ p̃ctõris. Antea ęternas & iucũdas, ac porro angelorum escas cum voluptate edebat, admirabatur, vbi vero in cœnũ lapsa est anima, iam nihil quod iucundum sit nihil quod durabile sit, amplectitur. Imo ea quæ noxia sunt, quæ dedecoris plena, mauult, salubribus contemptis. Tales sunt quorum deus venter est, & gloria in confusionem. Sed quid ad hæc Paulus? Venter escis, & esca ventri. Deus autem & hunc, & hanc destruet. Sic igitur stulti ea quæ sibi sunt noxia cupiunt, vt Prouer i. testatur Salo. Sunt etiam silique secundum Aug fabulæ poetarum, & steriles Philosophorum Oratorumq; doctrinæ, quibus aures non mentes hominum implentur, has non vno loco damnat Paulus, non inquit in sermone, sed virtute est regnum dei. His siliquis qui assuescunt, nihil nisi verborum corticem spectant, eoque fit. vt nihil quod spiritum inflammet, quod ædificet incultos mores, quod vitam corrigat, reportent. Instruunt quidem linguam, sed non animum, sed non fidem non vitæ consuetudinem formant. **Ipse autem ad se reuersus dixit.** Audiuimus calamitosi iuuenis desperatam fere conditionem, hic iam fœlix exoritur rerum permutatio. Fœlix faustumque nuncium, qui dicitur, ad se reuersus. Red.t ad se qui non concutitur, angitur, dolet propri.m conditionem. Antea enim siliquis adeoq; stercoribus oblectabatur quam ad se rediret, vbi dutem accusare seipsam cœpit rea conscientia, vbi namna perpendere, dei iudicium ob oculos ponere, benigni patris magnificẽtiam secum animo reputare, iam & pudet, & pœnitet veteris vitæ regreditur ad patriam domum, castigatus, laboribusque attritus, Bene quidem & optime ad se reuertitur, qui a se

Phil. 3.
1. Cor. 6.
Prouer. 1.
Cõtra p̃phanos authores
1. Cor. 4.

recessit. Etenim qui ad deũ regreditur, se sibi reddit, & qui recedit a Christo, se sibi abdicat. Ita fere habet Ambro Cæterum dicimus hoc iuniore filio gentes significari, quæ vbi omnem substantiam in idolorum cultum effuderunt, tandem redeunt ad cor, errata agnoscunt, ad euangelii gratiam (quæ nullis nõ est obuia, cõfugiunt Id quod in actis in cõfesso est, si Cornelii Sergii, aliorũq; conuersionẽ in animũ

Ose.3. reuocemus. Eam ob rem, de veris Israelitis Ose.3. dicit. Et post hæc. i. posteaquam is qui secundum carnem est, longo interuallo retrorsum abiit, posteaquam oblitus creatoris sui in Baal fornicatus est, reuertentur filii Israel & quærent dominum deum suum, & Dauid regem suum, & pauebunt in

Gal.4. dominum, & ad bonum eius in nouissimo dierum. Hanc diem Paulus plenitudinem temporis vocat, & Ioannes nouissimam horam, Ingressæ enim sunt gentes, in promissiones dei, participes factæ gratiæ & recondemnationis, & remissionis, & futuræ fœlicitatis. Igitur Paulus dicit Christũ ministrasse pacem iis qui prope, & pacem iis qui longe.

Ephe.2. Rediit in gratiam iunior filius, id est gentes susceperũt gratiam, cum interim repudiarentur Iudæi. de qua re PAV-

Rom.11. LVS Romano.11. Et ad Ephesi. atque plæraque multa in

Ephe.2 actis aposto. differit. ca.13. Quibus locis colligimus Iudæ-

& 3. os æquissimo iure repudiatos, quandoquidem & legis do-

Act.13. minum e vinea eiecerunt, & gentibns alioqui ad gratiam redeuntibus inuiderunt. Eo tendit quod senior erat in agro, id est, in lege & prophetis ac mosi suam statuere volebat fœlicitatem, quod renuit intrare ecclesiam primitiuorum, sed magis in cortice, & occidente litera, delitescens sciscitatur e prophetarum oraculis, adeoque crasso Mosi, num gentibus promissio facta sit. Quandoquidem ex Iudæis salus testamentum, lex, sacerdotium, merito igitur præferendi videntur contra repudiendæ gentes, si seniori credimus filio, qui iudæorum partes defendit Verum iustissime, ac dignitate Israel secundum carnem priuatus est vt gẽtium multitudo intraret, vt obuius adeoque paratus eis clementissimus pater occurreret, vt exoscularetur per Euangelii vocem, vt deliciis spiritualibus affluerent, vt denique omnibus virtutum ornamentis induerentur, maxi-

me vero vt participes fierent corporis & sanguinis domi ni remissionis & condonationis peccatorum. Id significatur, per vitulum saginatum quem pater iussit occidi. Quo nomine CHRISTVM significari nemo est qui ambigat. Ipse enim est agnus ab origine mundi occisus, qui aufert peccata mũdi. Qui & vitulus dicitur, de quo ad Heb. 9. Paulus. Si enim sanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat, &c Quanto magis sanguis Iesu Christi, qui per spiritum sanctũ semetipsum obtulit immaculatum deo, emundabit cõscientia nostras, ab operibus mortuis, ad seruiendum deo viuenti Secundo, vt intelligantur huius parabolæ verba de peccatore quolibet, post longam calamitatem, resipscente. & veteram vitã abdicante, adeoq; ad cor redeunte. Id obserues, atq; intelligas, esse gradus quosdam ad deum, redeundi. Primus ad seipsum reuerti, seq; ipsum arguere, ac obiurgare delinquẽtiæ. Id quod hic fecit, ad se inquit reuersus nimirũ per miserandi status considerationem, in quem suapte sponte, ac voluntate inciderat. Hoc est quod Esai. 46. hortatur. Mementote istud & confundimini, redite præuaricatores ad cor, recordamini prioris sæculi. Et Hiere. 18. Reuertatur vnnsquisque a via sua mala, & dirigite vias vestras, & studia vestra. Eadem & Iohel. Et alii præcipiunt. Secãddus gradus est comparare damnum & lucrũ, citro vltroq; quãtum perdidimus bonum animaduertere, quantis voluptatibus priuari sum' peccãdo, & in quãtas ĩcidimus easq; fœdas, & caducas voluntates perpẽdere, fecit hoc perditus hic iuuenis. Quãti mercenarii in domo patris mei abũdat panibus. ego autẽ hic fame pereo. Perit peccator, vtcunq; via quã incedit illi arrideat ac adblãditur, vtcunq; placeãt quæ caro, quæ mũdus persuadere cõtẽdit. Nihil enim est, quod non secum ferat aculeos quosdam, & miseræ mortis imaginem. Nam stipendia peccati mors est. Igitur inquit Paulus. Quẽ igitur habetis fructũ ĩ quibus nũc erubescitis Nã finis illorum mors Romano. 6. Et Ezech. 18. Anima quæ peccauerit morietur, Id est, a gratia, & dei fauore destituitur. vitaque spirituali priuatur, quę Christus est. Subinde nec panis illi sapit verbi diuini nec, aqua sapientiæ salutaris re-

Ap
Ioa
Hel

Quidem certi ad Deum reuertendi gradus.

Esa. 46.
Hierr. 11

Rom 6.

Heb. 6. ficitur. Totus enim aridus est, totus desertus, ac maledicto proximus. vt ad Hebræos testatur Paulus. Auget vero hũc dolorem, si perpendat miser, quãtis antea in domo paterna dignatus fuerit bonis quam locuples, quam omniũ rerũ dispensator, siquidẽ filius erat Ego (inquit Chrysostomus) filius. non alienus fame pereo, & filius boni patris, & liber & generosus, miserior factus sum seruis, & mãcipiis vilissimis. A summa videlicet celsitudine primæ nobilitatis deiectus ad infimam & obscurissimam humilitatem, nimirũ ad seruilem conditionem, idque nõ alieno, sed proprio vitio. Tertius gradus, Sequitur vt surgas, vt erigas te, firmoq; proposito delicta tua confitearis patri, ad ipsumq; adeoque ad domum paternam confugias, **Ergo surgam & ibo ad patrem meum. dicamq; ei, &c.** Meditanda sunt enim pœnitentiæ verba. vt in gratiam redeas. Sic notabis hic multa posse hominem ex sese præstare, generali cõcurrente dei fauore. ad liberum arbitrium, si modo statũ aduertat. si in se redeat, si ad patrem, si ad ecclesiam etiam statuat reuerti. Omnia enim ista sunt verba, vt inquit August. meditantis pœnitentiam, sed non agentis. non enim dicit

Rom. 10. patri, sed dicturum se esse promittit, cum venerit. Vbi vero venit ad patrem, iam rediit ad ecclesiam, in qua legitima

Ephe. 5. & fructuosa est confessio. Corde enim creditur ad iustitiã, ore autẽ cõfessio fit ad salutem. Quartus gradus est exequi quod aĩo destinasti, Surgẽs enim venit ab patrem. Hoc est

Act. 12. quod exigit, quod pcipit Paulus. Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Hoc est. quod Petro quoque dicitur in carcerem deiecto Surge velociter. Ha-

Mich. 2. rum enim profuerit priores conscẽdisse gradus, nisi & hũc conscendas. Surgit vero qui viam peccatorum deserit, qui occasiões, sequelas, reliquiasq; peccati a se proscindit. Mic. 2. Surgite, & ite, quia nõ habetis hic requiẽ Nõ enĩ est pax impiis, nulla quies est eis, nec requies, nec tranquillitas, qui porcorũ principi obsequũtur, qui suibus psunt, qui seipsos miserãdis implicuerũt laqueis. Igitur ocyus surgendũ, eundumq; ad patrem, imploranda misericordia, deprecãda ira. Id si fecerimus, iã incipiet regnũ suũ anima possidere, iã asseritur in hæreditatẽ, qua iure priuatus erat filius ligitimus.

Cum ad huc longe esset vidit illum pater ipsius, misericordia motus. Erat longius dissitus a patre, qui in nihilum fere peccando, reddactu s fuit. Peccatum enim non tam separata deo eminus, quam in nihil redigit, adeo q; in puluerem peccatorum dispergit, ac resoluit. Is tamen videtur a patre, dum misericordia præuenit voluntatem, vt velit, dum comitatur, vt possit, dum cooperatur, vt perficiat, id est quod ait Dauid Deus suscæptor meus est, Deus meus, misericordia eius præueniet me, & item: Misericordia tua domine adiuuabat me. Eãdem fere misericordiæ energiam Hiere.31. describit, Ecce ego adducam eos de terra aquilonis, In fletu venient sequitur, Et in misericordia reducam eos, & adducam eos per torrentes aquarum, id est pœnitudinis, & resipiscentiæ. redducam eos in via recta & non impingent in ea, quia factus sum Israeli pater, & Effraim primogenitus meus est Et paucis interpositis, vt ad cor redeant, vt doleant vicem propriam, sic hortatur clæmens pater, Dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti. Reuertere virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas, Vsq; quo deliciis dissolueris filia vaga? Audis quã ad blanditur misericors pater perdito filio, obuius it illi, excipit, ruit inter brachia, amplexatur, & dulcia figit oscula, immemor iniuriæ, memor clæmentie. Et (vt Misenus ait) Confessionis meditatio placauit ei patrem, vt obuiam iret & obscula collo conferret, præueniens interpellationis verba. Vtinam miseri animaduerterent, quam expositum, quã clæmentem habent patrem. quam præsto omnibus adeuntibus, omnibus requirentibus, Idq; præstantibus, quod in se est collocatum. Recte dixit Paulus Heb 12. Tanquam filiis vobis se offert deus Et item: benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione & angustia nostra. Agnoscit hanc misericordiæ diuinæ vim, & Dauid. Quomodo miseretur pater filiorum misertus est dominus timentibus se. Obsculatur vero nos, id est, promitit condonationem peccatorum in filio, qui patris æterni est obsceolum, verbum, & sermo. Canti.1. Osculetur me osculo oris sui. id fieri nemo ambigit dum mise-

Psal, 58 &. 63.
Hiere. 31.
Heb. 12
Cor. 1
Psal.
Cãti. 1.

ras conscientias verbo euãgelii & læti cnstii ab infœlicitate reuocat, dum solatur, dum in filio promittit nobis remis-
1.Ioan.3 sionem promittit cœlestes delicias. Ipse enim est, propitiatio pro peccatis nostris. Ipse semper viuens interpellat pro
Roma.8. nobis, ipse redemptio, & satisfactio, & omnia deniq;. Ro. 8. Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis, omnibus tradidit illum. Quomodo etiam cum illo, omnia nobis donauit? Hoc est verbum fidei insitum cordibos fideliũ quod potest saluare animas nostras fœlix qui arripit, qui credit qui obseruat, qui reciproce excipit, exosculatur.

Dixitq; ei filius, Pater peccaui in cœlum & coram te, iam non sum dignus, &c. In duo quilibet
Oís peccator in duo delinquit. peccator delinquit, in patrem cœlestem, cuius legem, fidem testamentaque transgreditur. Secundo, in ecclesiam, quam scandalizat, cuius communione sese priuat, a qua recedit cuius sacramenta contemnit, & contaminat. Quo ad primum necessaria est confessio cordis, Quo ad secundum, confessio oris fit ad salutem. Quatenuus ad primum, Pater, inquit, peccaui, nimirum tuam clementiam offendendo, atque a tergo relinquendo. Te offendi, tuum iudicium igitur commerui Id confiteor, id dolēs mecum reputo, hinc lachrymas, atq; suspitia fundo. Ita & Dauid Dixit confite-
Psal. bor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti iniquitatem peccati mei. Proficitur hæc vox ex fidenti in Dei clæmentiam animo, nisi enim animus sese in diuina erigeret promissa, quibus testatur: In quacunq; hor-
Ezec.18 ingemuerit peccator, omnium iniquitatum suarum non recordabo, nisi iis fideret fidelissimis Dei testimoniis, profecto non diceret, tu remisisti impietatem peccati mei. Remittere enim nomen est paterni affectus, quam erga miseros per filium suum declarauit nam per filium condonantur nobis peccata, ipse enim est aduocatus noster apud pa-
Ioan.2. trem .1 Io.2. Secundo non solum in patrem illum omnium, clementissimum, sed etiamnum in Ecclesiam delinquando, ac a Dei lege aberrando, peccauimus. Sumus enim vnius Ecclesiæ filii, & eiusdem corporis membra, quod cohonestare debemus, non polluere, non contaminare.

Qui vero peccat Ecclesiæ Dei sponsæ CHRISTI, ac corpori proprio iniuriam facit, seipsum videlicet suapte vel negligentia, vel infirmitate, aut malicia proscindens, id quod nō tam aduersum scripturam, quam naturæ ordinem est. Nemo enim ipse sibi consciscit mortem, nisi insanus, sit nemo proscindit ipse sibi membra, quæ vel ad integritatem, vel ad necessitatem, aut etiam honorem pertinent. Id quod Paulus testatur. Nemo snam carnem odio habuit. Qui vero peccat non modo oculos, non solum manus & pedes, sed totum hominem ab Ecclesiæ iure, in alterius dominū transfert, aduersus quam iniustam temeritatem, sic ait HAVLVS 1. Corit. 5. Corpus non fornicationi, sed domino, & dominus corpori. Nescitis quoniam corpora vestra mēbra sunt CHRISTI? Tollēs ergo mbra CARISTI, faciā mēbra meretricis? Absit Igitur quum peccator non tam patrē cœlestē, quam Ecclesiam (quæ est corpus CHRISTI) offendat. & huic sese reconciliet oportet, ad hanc confugiat, necessū est. Ipsa enim est mater nostra, quæ nos fouet, quæ suscipit quæ vbera mīæ exhibet. Hoc significare puto, quod iuenis perdit⁹ dixit, Peccaui ī cœlū Cœli noīe, quod & cælat oīa, & tegit visibilia quæq;, Ecclesiam, significari ī scripturis legimus diuinis, Apoca. 11. Apertum est templum Dei in cœlo, & visa est arca testamenti eius, in templo eius. Aperiri templum, est retegi abscondita, & scripturæ sacratioris arcana, idq; in cœlo, id est in Ecclesia primitiuorum, in qua aram offendimus testamenti, id est Christum, qui in se manna cœleste, virgam virtutis suæ crucem victoriæ triūphū, ac legis tabulas continet Ad hoc igitur cœlum rursus confugiendum, vt Dei misericordiam consequamur, vt tuti simus ab hostium adsultibus, vt liberi a porcorum principe. Quæ enim sursum est libera est mater nostra. Igitur perditur filius exclamat, Peccaui in cœlum, offendi ecclesiā, factus hostis, prophanus & alienus. Hoc est, quod pater pcipit ministris, vt hūc expoliatū filium īduāt vestibus cādidis. **Dixit aūt pater ad seruos suos.** Id est ad ministros quos rerū sacrarū cōstituit dispēsatores Sumus enī coadiutores Dei, vt ait Paulus, & petrus. Vnusquisq; sicut accepit gratiam in alterutrū illam administrantes, sicut bo

Ephe. 5.

1. Co. 5.

Apoc. 11

Gal. 4.

1. Cor. 3.

1. Pet. 4.

ni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Proinde & Christus, fidelem & prudentem eum appellat seruum, qui es concreditum cum fœnore reportauit. Serui igitur Sacramentorum dispensatores sunt, quibus rursus Christo inserimur & inauthoramur, ad hos igitur dicitur. **Cito proferte stolam primam.** Si stolæ nomine baptismi innocentiã accipias, tũc in eos competunt hæc verba, qui nuper renati sunt spiritu & aqua, & quotquot tales sunt Christum induũt, vt ait Paul. Quotquot baptizati estis, Christum induistis. Sin vero stolam ad peccatorem fidelem referas, qui primam innocẽtiæ vestem peccando inquinauerit, is stola induitur noua, qui peccata confitetur, qui per ministros reconciliatur Ecclesiæ, qui veterem exuit hominem cum a-

Apoc.3. ctibus suis, vt noua sint omnia. Hoc est quod in Apoc.3. de nonnullis dicitur: Habes pauca nomina in Sardis, qui non

Ibidẽ.19 inquinauerunt vestimenta sua, & ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis. Et.19. de Ecclesia, adeoq; de quolibet pœnitenti dicitur Datũ est illi vt cooperiat se hyssimo splendẽti, & candido. Byssimum enim iustificationes sunt sanctorũ iustificatio vero fit per pœnitentiam, perq; fœlicissimam illam metanoyam, ad resipiscentiam, dũ innouamus, & vitam, & mores & spiritũ mentis nostræ, vt noua, simus in Christo creatura. Neq; sub hæc in vetustate, sed nouitate vitæ ambulemus. Tũc impletur quod Dauid testatur: Astitit regina

Psal.44. a dextris tuis in vestitu deaurato. Obserua stolam primam etiam dici, priora merita, quæ nuper interierunt peccato, ea rursus reuiuiscunt, ac ad iustitiam imputantur, fuerunt enim reposita in thesauros Ecclesiæ atq; in corpore relecta mystico. A quo cum sese proscidisset peccator, ipse sibi iacturam intulit coronaq; fœlicitatis priuauit. At vbi resipuit. insititius factus est Christo, membrumq; corporis mystici, ideo influit in hunc non tam Christi meritum, Christiq; misericordia, quam quæ dũ in gratia esset, præclara gessit opera horum enim fructus, horum, vtilitas, & merces redundant in quælibet membra, in ea vero maxime, quæ ipsa gesserunt, quæq; organa operum & meritorum fuere, Hoc est proferre stolam primam, hoc omnium iniquitatũ

Priora merita restituũt pænitenti.

est obliuisci, hoc est indui vestimento salutis, & corona duplici honestari. Date annulum in manum eius.

Solent qui sponsis copulantur, copule simbolum ac amicitiæ, declarare aut annulo autorque, aut catenulis aureis, aut certis gemmeis coronis. Omnis autem qui resipiscit peccator, pignore salutis, & arabone diuinæ misericordiæ obsignatur, vt certus sit, sibi condonatem noxam, seque in gratiam recæptum, hinc dicitur. 2. Corin 1. Qui vnxit nos De⁹, & qui signauit nos, & dedit pignus spūs in cordibus nostris. Et ad Ephesi. 1. Loquens de spū promissionis, in quo inquit, credentes signati estis, spū promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius. Obsignatur igitur annulo fidei ac spūs peccator, vt nullum præter DEVM amatorem admittat, vt iam non sibi sed DEO viuat, vt opera fructique æternæ vitæ dignos proferat, & vti BEDA inquit per opera fides clarescat, & per fidem opera confirmentur. Annulus enim syncerǽ fidei est signaculū ait Ambr. & expressio veritatis, symbolūque salutis. Anteaenim dum sua prodigeret habuit, fidem, sed hystoricam solū, sed mortuam, vbi aūt rediit in gratiam patris, adest fides per charitaté operans, hāc arripit, hāc amplexatur, per hāc obsignatur, ac insignitur, declaraturq; ad albū filiorū Dei pertinere. 2. Cor. 1. Ephe. 1.

Et calciamentum in pedes eius. Vt sit præparatus ad euangelizandū pacé sicut & PAVLVS dicit, Calciati pedes i preparationé Euāgelii pacis, Et Esa. 52. Quam pulchri super montes pedes annūciantis & prædicātis pacé, annūciantis pacé prædicātis bonū. Calceatos ergo esse oportet eos, q Euangelii legatiōé fūgūtur. i. vt mortificati sint, & affectus habeant purgatissimos, vt nullis caducis remorentur rebus ab Euangelii fūctione. Sint plane mortui sæculo, viuētes autem Christo Adducite vitulum saginatum. Ephe. 6. Esa. 52

Idem vitulus veteris, & noui testamenti, eadéq; esca, & mana propiciatoriū, Iesus Christus, qui multi verborum inuolucris, nobis præmonstratur. Is igitur est vitulus ille, cuius sanguine humanum genus redimitur, id quod paulo

ante testati sumus. Non enim alio (qui magis ad nostram salutem, ad vetustæ legis vmbras, responderet) modo, quã agni immaculati Christi, redimi potuit genus hominum. Christus igitur vitulus ille est saginatus, cuius & aspersione abluimur, & sanctificamur, & redimimur. Nos inquit perditi fuimus, qui malo nostro interimus. Ob id addit.

Filius meus mortuus est, & reuixit, & cętera.

Omnis enim anima quæ peccauerit morietur, non quod substantia interea, sed gratia, sed fauor Dei, qua in esse seruatur gratuito. Si vero resipiscat, si redeat ad patrem, iam reuixit iam e portis inferorum ad vitam restituta est. Hinc congratulandum nobis, & maxime miseræ conscientiæ, iam pacatæ iã in gratiã receptæ, hoc enim est gaudere, & epulari, quod ait Sapiens, Secura mens, quasi iuge conuiuium, Itemque: Comedite & bibite & inebriamini charissimi. Ad eandem enim sententiam pertinent, id est, declarent quam læta sit conscientia, quam tranquilla, si in gratiam recipiatur patris, si certa sit sibi condonatam noxam, si vestibus induatur candidis, si voluptatibus expleatur cœlestibus. Si vero hæc quæ de gratulatione dicuntur patris in gentium conuersionem referas, maximopere gaudendum est & lætandum gentibus, in fidei participationem admissis. Ergo Paulus: gentes supra modum & super mĩa honorare Deum, sicut scriptum est. Lætamini gentes cũ plæbe ei' &c.

Ro.15.

Erat autem filius eius senior in agro, & cętera.

Seniorẽ hunc filium diximus significare, israeliticũ populum, qui omnibus nationibus prælatus multa hactenus dei beneficia consequutus est. Is non in domo sed in agro dicitur esse, id est, quoniam ipsa hæreditaria opulentia legis, & prophetarum in variis cærimoniis, & baptismatibus, & sabbatismis exercebatur, quæ tamen neminem iustificabant, neque ad perfectum adduxerunt Quanquam proximum accederent, viamque venturo Euangelio præpararent. Quod vero vnum accersit e seruis, sciscitans quid sibi symphonia, quid tanta lætitia vellet, significat iudæos, varios Prophetas adhibuisse, quibus eam lætitiam gentiũ & festiuitatem discere potuerunt, in Christum competere. Verum noluit intrare filius grandior natu, Vsque in hanc

horam, inquit Augusti. grauantur intrare in ecclesiam credentium, Iudæi. Duri enim ceruicis semper resisterunt spiritui sancto, sicut & patres eorum, Cæterum quod iactant se omnia mandata seruasse, intellige verum esse, quo ad vnius Dei cultum. Semper enim ea gēs vnum coluit Deum nec tota vnquam defecit in gentilitiam superstitionem, eaque ratione ait senior, filius, nunquam mandatum tuum præteriui &c. Quanquam hoc ipsum plærique arrogantius velint esse dictum, quam verius, sæpe enim hic populus in idololatriam prolapsus est, nec omni ex parte Deo seruiuit. Quocirca multi hanc vocem, non tam arrogantiæ, quā mendacii arguunt. Cæterum nos (cum parabola sit, quam ad viuum excutere non tam absurdum, quam impium plærumque fuerit) malumus ea verba, quæ senior hic de se iactitat, in quoslibet hypocritas, interpraetari quam in solam Iudæorū gentem. Solent enim hypocritæ suam iactare iustitiam, solent suis viribus suisque operibus multa tribuere, & quod Pharisæus fecit, modo ieiunia modo pietatem modo alia prætexere sanctimoniæ insignia, cum interim, ne minimum quidem præstent, quod veritati consonet. Igitur Ambrosi. hunc impudentem filium, similem dicit Pharisæo, seipsum iustificanti, quia legem seruabat in litera, impie tamen accusabat fratrē, quod cum meretricibus paternam substantiam prodegisset. Atqui huiusmodi meretrices, vbi resipuerint præcedent hypocritas in regnum cœlorum. Non quatenus meretrices, sed quia erratorum ac turpitudinum pœnitentes, sed quia veterem exuerunt tunicam, veterem viuendi consuetudinem deseruerunt. Quem enim veteris vitæ, in peccatis transacte pœnitet, is non meretrix, non perditus dicendus est filius, sed incorruptus, sed naturalis, sed legitimus sed cœlesti hæreditate dignus. Multa alia, citro vltroq; pater & filius contulerunt, quæ multis verbis a plærisque expenduntur, verum ego malo parabolæ leges obseruare, alioqui non parabola neque similitudo, sed res gesta, sed identitas (vt vocant) erit magis dicenda. Itaque & nos filii sumus perditionis, qui omnem substantiam prodegimus. Age igitur, hoc quisq; præstet quod hic filius redeat ad cor, certum apud se propositum firmet vitandi

peccatorũ occasiones, sequelas & caussas, & redeat ad patrẽ, confiteatur spontaneum delictum, suapte sponte, interpellet misericordem iudicem. pater peccaui in cœlum & coram te, hac confessione in gratiam suscipietur, siquidem ex animo humiliato & contrito proficiscatur.

Dominica tertia Quadragsimæ

Lucæ, I I.

Rat I E S V S eiicient demonium & illud

E & cętera. Tria hac lectione absoluere inpresentiarum statuimus. Primum miraculum ad Tropologiã expendere. Secundum, iniustam calumniantium impietatem declarare. Tertium, Dei in Christo & mirari & prædicare potentiam totum in idipsum reiicere, qui tantis nos beneficiis afficit. In iis tribus totus sermo diuinus decurrit Primo loco miraculum dispiciamus quod vt reuera gestum est, vt humanitatis CHRISTI certissimum indicium, ita & nostris moribus ad modum erit accommodum. Nam vti in Cananæ filia, ita & in hoc demoniaco, variis obsessus peccatis, significatur homo. A quo enim quis superatus est, huius & seruus est. Qui vero cedit improbiti, qui luxui, qui inertiæ dissoluitur, qui cæteris vitiorum portentis (b- temperat, superatur quidem a carne, adeoque a suggestore dæmone erit igitur omnium seruus & ceu mancipium, ex alterius nutu pendens. Proinde si miraculum, spectemus, nihil licebi, quatenus ad rem gestam pertinet, aliud quam hoc obseruare. Id & in Theologicis commentariis Petrus Longobardus testatur Naturam videlicet corpoream, permittente Deo, obsequi spirituali, ad loci quallibet etiam differentias, seu sursum seu deorsum, seu quælibet versum spectes. Iam cum voces, perinde atq; plectio quodam, labiis formentur, & auditus, & visus, & cætera corporis munia, suis organis inseruiant pro suo arbitratu Dæmon permissu diuino, potest modo linguæ modo aurium, modo oculo beneficium & officium impedire, potest & aliena ideomata concinnare, rugire, boare, variasq; & incognitas voces ædere. Solent enim exorcistæ iis indiciis deprehendere latens in homine dæmonium. Id quod & in hoc homine factũ

1 Pet. 2.

esse satis in comperto est. Tria enim in vno homine perpetrata sunt signa, si Hierony. ac Bedæ credimus. Cæcus videt (nam apud Matthæum dicitur fuisse cæc⁹) mutus loquitur possessus a dæmone liberatur: Quod & quotidie impletur in cõfessione credentium, vt expulso primum dæmone, fidei lumen aspiciant. Deinde ad laudes Dei, tacentia prius, ora laxentur. Verum qui nam sunt surdi? illi nimirum, qui obdurant aurem suam, ne audiant legem neue intelligant, quid iustum, quid rectum, quid iniquum de quibus Dauid. Aures habent & non audient. Ex earum numero fuerunt, quos contra Esaias clamat. Ecce enim in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimissi matrem vestram. quia veni & non erat vir, vocaui, & non erat qui audiret. Et Ezech. 11. Audite verba pacti huius, & facite illa. Et mane consurgens contestatus sum, & dixi audite vocem meam, & non audierũt neque inclinauerunt aurem suam, sed abierunt vnusquisque in prauitate cordis sui mali. Tales fuerunt iudæi semper aduersus Dei legem, obdurantes cordis sui aures, pugnaces in veritatem agnitam.

Prouer.
Psal.
Esa.
Ezec. 11.

Tales sunt mali pseudochristiani, qui neque Dei promissis, quælibet dulcissimis, neque minis, neque terriculamentis arcentur a vetitis. Quin Dei legibus, ecclesiæque sanctissimis iussis pertinaciter repugnant. Quamlibet enim hos arguas, quamlibet blandius obtesteris, pergunt vt cœperunt, latissimam incedere viam, sentibus cœnoque offertam. Recte aduersus hos dixit Esaias, & post hunc PAVLVS. Neque omnes credunt Euangelio. Fides enim ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Iam qui interius non audiunt, qui corde non percipiunt, impingunt in Euangelium, etiam si hoc ipsum verbotenus iactent, perstrepant. Non vincit apud hos verbum fidei, non vincit verbum operum non superat spiritus, sed caro, sed mundus quæ ex diametro cum Euangelio & spiritu Christi pugnant. Surdi igitur sunt, & homines duræ ceruicis, male feriati. Alii cæcitate percussi tenebris excæcatum malũt habere cor suum, quã veritatis luce collustratum, quales sunt omnes, quibus vel hæresis, vel error pertinax, vel philautia aut hypocrisis sic imponit, vt nequeant verum lume (a quo

Rom. 10

omnia arguuntur, vt est apud Paulum) perspicere. Inquiunt enim, Et veritatis lumen non luxit nobis, Et item illud. Palpauimus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis attrectauimus, impegimus in meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui. Claudunt enim vel malitia ducti, vel blanditiis affecti, oculos mentis, ne propriam perspiciant turpitudinem, & iamiam impendens periculum,

Ezech.12 de quibus Ezechiel. duodecimo capit. Fili hominis in medio domus exasperantis tu habitas, qui oculos habent ad videndum & non vident, aures ad audiendum & non audiunt, quia domus exasperans est. Tales fuerunt Pharisæi

Mat.15. aduersus quos Christus. Cæci sunt & duces cæcorum. Eiuscemodi sunt & plærique sacerdotum, & bona pars monachorum ignorantes plane, quid professi sint, quid nomen, quid titulus, quid institutum exigat & ordinis Ecclesiasti-

1.Cor.11. ci, & monasticæ vitæ. Sed quid ait Paulus· Ignorans ignorabitur. Ignorantia enim quum mater sit errorum, quanquam in omnibus, maxime tamen in Christi sacerdotibus vituperanda est. Quorum ignorantiam, & cæcitatem, dominus per Esaiam, ita notat. Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum. Quis cæcus nisi seruus meus? & surdus nisi ad quem nuncios meos misi? Quis cæcus, nisi qui vænundatus est? Et quis cæcus, nisi seruus Domini? Qui vides multa nonne audies? Et Dominus voluit vt sanctificaret eum, & magnifaceret legem, & extolleret, ipse autem populus direptus & vastatus. Prolixius hæc prosequitur Esaias ad domini seruos, quos itidem cæcos, & sanctificatos appellat. Quales sunt omnes, qui viam veritatis professi, duces se promittunt eorum qui lõgo interuallo a veri tramite aberrant, qui religionis, sanctitatisque titulo cæteris præeminent cum interim vilissimi apud Deum habeãtur, sintque serui omnium qui viuunt, perditissimi: Cæci certe sunt, imo ipsis talpis cæciores, qui nesciunt, quid in confessionibus clãcularibus, quid in suggestu, quid in conuiuiis (quibus frequentiores sunt quam bibliothecis) indocto & inerte vulgo præponi debeat vt resipiscat, vt reuertatur a via sua pessima, interimtamen videntes dici volunt, & legis doctores. Tertium genus eorum est, qui muti sunt, quales se

Ignorãtia maxime in sacerdotibus vituperatur.

re omnes sunt qui neque in Dei laudem, neque ad propria errata confitenda, ora soluunt, sed neque ædificant verbo, quos offenderunt facto, subditos. Neque enim est speciosa laus in ore peccatoris. Et peccatori dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas? Iam qui Deum laudare indignus, Psal. qui etiam nunc vel negligit vel contemnit, is neque ore suo propria confitebitur peccata. Quæ si occuluerit, mutus est. surdus est, omnique linguæ beneficio priuatus, deinde & Dei misericordia indignus. Qui enim absconderit scelera sua, nō dirigetur, qui vero ea confessus fuerit, misericordiā consequetur. Vt te accuses, nunquam tacendum, vt vero excuses, vt alios obiurges, vt exacerbes plærumque silendum. Dic precor iniquitates tuas vt iustificeris, Dauid confitetur domino, peccaui inquiens, domino, & veniam commeruit. Vide igitur charissime quam malo dæmone obsessus est, qui verba Dei, cordis auribus audire cōtemnit, qui quid verum sit, cernere renuit, quod ore pronunciandum peccatum vel dissimulat, vel data opera, occulta. Eiicitur his dæmon, si Christi verbum mentibus nostris arrideat, si affectus carnis, inuidiæ, ambitionis, odii, simulatis, sua virtute eiiciat, si expellat libidines, rancores componat, odia restringat. His enim dæmoniis non semel occupatur & possidetur animus, vbi vero pulsa fuerint, admirantur turbæ, applaudunt, Deumque commendant. Secus multo faciunt Pharisæi, homines ad hoc nati, vt aliorum præclaræ facta rodant. Quidam autem ex eis dicebant, in Beelzebub & cęt. Alii signa petebant. & cæt.

Hic secundo loco calumniantium temeritas, iusta responsione, confunditur. Aediderat in proximo signum Christus, quod seu vile, ac superstitiosum fanatici homines contempserunt, alii dæmoni deputantes, alii aliud ceu præclarius expetentes, vtrique vero impii, & calumniosi, qui dæmoniorum principi tribuebant, liuore dicebantur, quo tenebantur, ne, quæ optime erant gesta, synceriter interpretarentur, quanquam hæc omnia intra cordis penetralia latitare videantur. Igitur ait Chrysosto. Cum pharisæorum suspicio irrationabilis esse, metu multitudinis, non aude-

bant eam diuulgare, sed in animo suo secum reputabantur eandem. Quos, multos hoc tempore imitari non pudet, qui concipiunt odium aduersus innocentes, non quia innoxiã vitam eorum carpere, aut probe gesta malignius calumniari queant, sed quia liuore perciti, fratrem, proximumq;, non vitia, odeo prosequũtur, de quibus dicit Dauid Odio habuerunt me gratis. CHRISTVS igitur hunc affectum, quo ceu dæmonio possidebantur, eiicere volens, dixit eis.

Omne regnum in seipsum diuisum. & cætera.

Arguit Christus a communiter, accidentibus secũdum Cyril. Quandoquidem, vt concordia paruæ res crescunt, ita discordia maximas quasq; dilabi necessum est, firmat enim regna, roborat prouincias, seruat ciuium vnitatem, ipsa animorum, rerumq;, studiorumq; consensio, Sin vero intestinis bellis concuriantur, nihil magis noxium, nihil perniciosius. Ea ratione toties nos CHRISTVS ad mutuam pacem, ad spiritus vnitatem cohortatus est, adeoque commonuit, ad hanc obseruandam, vt etiam cum aduersariis nostris, & iis qui nostra nobis auferunt, voluerit esse coalitam Esto, inquit, consentiens aduersario tuo, cito, cum es cum eo in via. Et Paulus. Idipsum sapite, & non sint in vobis scismata. Non enim est deus dissensionis, sed pacis. Et Sapiens. Ecclesiasticus, In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram deo, & hominibus. Amor proximorum concordia fratrum, & vir & mulier bene consentientes. Vt igitur summum in rebus publicis bonum ac præcipuum est, concordia ciuium ac subditorum, ita malorum omnium periculosissimum est, simultas. Ex hac enim sunt sectæ, sunt lites, factiones, id si nullis exemplis probari possit, nostro tamen malo iam aliquot annis didicimus, maxime qui diuersis opinionibus, dogmatibus per orbem Germanicum concussi, adeoque tam misere perturbati sumus. Vidimus quod tragœdiæ, quot viduitates, quot hominum strages, quod rusticorum neces, hæc pestis nobis inuexit. Sileo interim omnium sacramentorum interitum, sileo legum, constitutionum, quandam generalem confusionem Igitur monet vt hos quoque vitemus, & ceu malos operarios caueamus Paulus. Videte, inquit, canes, videte con-

[Margin: cõcordia, | Mat. 5. | 1. Cor. 1. | Eccle. 36 | Philip. | Ephe. 4.]

cisionem Ea ratione, toties ad vnitatem fidei, spiritus, charitatis baptismi. Ecclesiæ, & nos incitat & mittit. Iam cum tam in confessio sit, naturaq; compertum, consensione res quaslibet subsistere, ac sacram quandam monadem spirare, qui ab hac diuaricant, in perditionis baratrum collabi necessum est. Id Christus testatur futurum regno, quod hactenus iniuste occupauerat Satanas Si, inquit. Satanas Satanam eiicit. quomodo stabit regnum eius? Siquidem ego in huius nomine hunc pello, iam diuisus est 1.Cor.6. erit igitur prope interitum. Verum nulla est comparatio Christi ad Belial, lucis ad tenebras Non igitur in huius, sed alterius nomine, consequitur me eiicere dæmones, in eius videlicet, quem fugiunt, quem contremiscunt, quem velint nolint, superiorem agnoscere coguntur. Subiudicabat etiam hac sententia Christus Iudæorum regnum iamiam finiendum quandoquidem inter se Iudæi diuisi erant, alii enim Pharisæi, alii Sadduccæi, alii Essæi erant. Singuli vero suos habebant imitatores, nulli tamen pertinaciores Pharisæis. Ideo apud Matthiam dicit. Auferetur a vobis regnum, & dabitur genti facienti fructum eius. Regnum Mar 21 vero Christi, firmum est, indiuiduum, ac perpetuum, fideq; ortodoxa stabilium. Igitur Paulus toties ad hanc cohortatur. Credentes Vnitas enim consistentiæ est mater, si Boetio credimus. Igitur Dauid. Ecce quã bonũ, & quã iucũdũ habitare fratres in vnum. Et iterum. Deus qui vnius moris habitare facit in domo. Si autem ego in Belzebub eiicio dęmonia, filii vestri in quo eiiciunt? Secunda confutationis ratio hinc colligitur, quod apostoli a Iudæorũ progenitoribus exorti, eoq; & filii dicti, ex hominibus, spiritus eiiciebant immundos. Idq; neq; in Satanæ, neque propria virtute, sed in nomine Christi. In nomine, inquit, meo dæmonia eiicient. Et Math. 10. Dæmones eiicite. Id quum verum sit, & apud vos receptum, maximæ Mar.vlt. impietatis est, me, a quo eiiciendi potestatem acceperunt, Matt.10. in alterius, nempe mali dæmonis, nomine eiicere, & calcare dæmones Cum & Dauid testetur. Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem

Ita fere hunc locum interpraetatur Chrysost. super Matthaeum. Alii vero (quorum e numero est Beda) in exorcistas Iudaeorum volunt esse dicta. Erant enim plaeriq;, qui virtute nomini- Tetragrammati, miranda quaedam & insolita operabantur, quod concors Cabalistarum fatetur schola. Caeterũ, fuerunt & alii, qui in nomine Christi pellebant daemones, interim needum fidei sacramentis initiati. Lucae. 9. Praeceptor, inquit Ioannes, vidimus quenquem in nomine tuo eiicientem daemonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum. Qui ait. Nolite prohibere qui non est aduersum nos, pro nobis est. Iam eum hos, cum Christi discipulos, cum alios ex Iudaeorum gente natos constet, & in dei, adeoque in Christi nomine ex humanis corporibus pellere daemones compertum sit, eosdem futuros iudices vestros metuendum vobis. **Ideo ipsi iudices erunt vestri** Id de apostolis verissimum est. sedebunt enim super sedes iudicaturi. 12. tribus Israel. De caeteris sic intellige, vt apud Mat. Niniuite, regina Saba, In iudicio damnabuut impietatem Iudaeorum. Erunt enim iudices nõ potestate, sed comparatione, sed etiam operatione, dum illi expulsionẽ hanc Deo ferant acceptam, Iudaeis Satanae interim & Beelzebub

Lu. 9.

Porro si in digito dei eiicio, &c. Id est, si in spiritu dei (sic enim vocat Matt. hunc digitum.) eiicio daemones, iam profecto in vos regnum dei venit, iam dignati estis misericordia patris, quanquam interim indignos vos declaretis regno patris. Vocatur spiritus sanctus digitus dei. Exodi. 8. Digitus dei est hic. Primo, quod eiusdem substantiae cnm patre & filio, perinde atque digitus corporis. eiusdem naturae eum manu, interim tamen inter digitos nonnulla est discretio, sic & in diuinis, personarum est discretio. Igitur dauid plures digitos in deo commemorat. Quoniam videbo celos tuos opera digitorum tuorum. Tres enim sunt in coelo testimonium perhibentes, pater, verbum, & spiritus sanctus, & ii tres vnum sunt Esa. 40. Quis appendit tribus digitis molem terrae, & librauit in pondere montes, & colles in statera. In opere creationis simul & expulsionis daemonis, tota trinitas quidẽ operari dicitur, tamen cum in eo vel maxima dei claementia, quae propria est spi-

Mat. 32.

Cur spũs sanctũs digitus sit digitus dei.

Exo. 9.

1. Io. 5.

Esa. 40.

ritusſancti notio, declaretur, hinc in ſpiritu dei formaſſe cœlos,eieciſſe dæmones inſtauraſſe humanum genus, dicitur ipſarũ rerum artifex Secundo, digitus dei appellatur propter donorum diſtributioné. In nullis enim membris maior partitio,inquit Auguſt.quam in digitis apparet.Dãtur autem dei dona,varia, vnicuiq; ſiue hominũ ſiue angelorum,prout vult,ſeſe numen illud cœleſte impertit.. Et quidem de iis quæ hominibus dantur.1. Corinth.12. habes,poſt multa,tandẽ infit.Hæc omnia operatur vnus atq; idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult.Quod vero dicit,venit in vos regnum dei,imperialis quædam ſpiritusſancti declaratur poteſtas, qua nos regnum dei,eius præſentia conſtituimus,eiectis ex animis noſtris,vitiorum portẽtia Corpora enim noſtra,templũ ſunt ſpiritusſancti. Hoc regno nulli niſi mundi,& credentes,dignantnr, quo indigni ſunt omnes veritatis(quæ Chriſtus eſt) refractarii, omnes idolatræ,omnes Iudæi.Qui enim non credit, iam iudicatus eſt,eo pertinet,quod multi hũc locum. Venit in vos regnum dei,ſic interpretantur.i. contra vos,& in iudicium,quod horrendum eſſe teſtatur Paulus. Horrendum enim eſt,incidere in manus dei viuentis.Incidunt qui increduli ſunt,qui adulteri,qui fornicatores,qui maledici quotquot enim tales ſũt,regnum dei non poſſidebunt,

1.Cor.12.

Io.3.

1.Cor.6.

Ephe,5.

Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, &c.

Addit & hanc rationem ad conuincendam Iudæorum impudentem blaſphemiam.oſtendens ſe in hoc veniſſe, vt opera diaboli ſuapte virtute deſtruat,vt hunc e ſuo regno eiiciat,vt illi arma,ſpoliaq; detrahat,diſturbet,auferat,id quũ ita ſit,nihil poteſt illi cũ diabolo eſſe cõmercii, nihil fœderis,neq; cõcordiæ. Calumnioſum igitur mendaciũ eſt,cum (cui nihil porro cum tyranno humani generis cõuenit) in huius poteſtate, dæmones coercere, De hoc fortiſſimo tyranno ita in Iob habes.Non eſt ſuper terrã poteſtas quæ comparetur ei,qui factus eſt vt nullum timeret.Portas vultus eius quis aperiet?Per gyrũ dentiũ eius,formido,corpus eius quaſi ſcuta fuſilia,&c.Hoc loco lege Grego.qui multis verbis oſtẽdit hũc Leuiatham eſſe,humani generis hoſtem, qui totũ fere abſorbuit,totũ incendit,ac ſua tyrannide in-

perauit humanum genus,eratq; omnibus formidini, adeo
Psal. vt etiam sancti exclament. De ore leonis libera me domine Et iterum. Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ. Atqui traxit hunc Leuitham hamo Christus, dum illi carnem obiiceret in escam, quã vbi deuorauit,mox sensit aculeum diuinitatis quo interiit,ac vi-
Io.12. ctus est.Igitur Christus Io.12. Nunc princípes huius mū-
Col.2 di eiicientur foras Et apud Paulū. Col. 2. Expoliasse principat⁹ & potestates dicitur,ac traduxisse & explanasse eos palam omnibus spectantibus. Satis enim in confesso est, dæmonis superbiam tyrannidemq; , per Christi mortem, perq; euangelii potentiam,& fusam,& contritam Secūdo obseruandum,quod sit huius præpotentis tyranni atrium, in quo residet,ceu dominus, Atrium hoc,mundus est, non quo ad substantiam, quam deus condidit & possidet, sed non ad malitiam,quam impius hic impostor multos occupat,& inescat, Od id Io. 1 dicitur.In mundo erat, & mun-
Io.1. dus eum non cognouit .Cur ita? quia totus mundus in ma-
1.Io 3. ligno positus est.Qui in hoc atrio diuersātur,maligni sunt mancipia.serui vitiorum:in hoc atrio negat Christum Petrus.Hoc enim est atrium principis mundi huius, in quo Aman obambulat.vt suggerat regi.vt Mardochæum patibulo affigat.Ingressus est hoc atriū Christus,suaq; doctrina,morte,ac virtute expoliat fortē eos qui vincti in eo tenebantur liberans, & in regnum adoptionis transferens, id est,in atria domini transferens.inquam. electos ex atriis dæmonis,ad atrium dei Est enim atrium diaboli mundus,& concupiscentia triformis,infamis illius triadis. Est & atrium dei ecclesia sanguine Christi expurgata, de hoc atrio Dauid Defecit anima mea in atria tua, Et melior est dies vna in atriis tuis super milia, Et Adorate dominum atrio sancto eius.Sanctificauit hæc atria Christus sāguine suo,expiauit aqua lustrationis.quæ ex latere dormientis effluxit,& ita demum omnis dæmonum purcissimorum alluuio eiecta est.Nam multo fortior fuit sanguis Christi ad expiāda hominum peccata,quam malum , quod dæmonis
Rom.5. astutia irrepsit, quodve totum occupauit orbem, Hoc est, quod ad Ro. 5.Paulus sic deducit . Si enim vnius delicto,

mors regnauit per vnum, multo magis abundantiam gratiæ, & donationis, & iustitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Iesum Christum. Tertio tulit & arma, id est, astutias, fraudesq; dolosq; impostoris retexit palam, vt ceu in aprico cernere queas eoq; cautius obseruare, ne incidas neue rursus tibi imponat. Proinde arma sunt mille nocendi modi, artes, variaq; peccatorum species, quas sustulit in cruce Christus. Auaritiæ arma paupertate, superbiæ humilitate, libidinis continentia, & reliquam dæmonis armaturam contrariis virtutibus abstulit, diripuit, ac explanauit. Igitur Dauid. Arcum conteret & confriget arma, & scuta comburet igni. Arcus quo multi impetuntur, libido est, liuor, maledicentia, & cætera vitia, quæ Iob testatur esse cõplexa, perinde atq; squammæ citro vtroq; sese contingentes. Vna, inquit, vni iungitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas. Vna alteri adhærebit, id verum esse in vitiis facile discimus ex primo cap. ad Rom. vbi, posteaquam lumine abusi sunt naturæ philosophi, mox sequitur cæcitas mentis, hanc dei contemptus comitatur, post quem sibi ipsis miseri permittuntur. Tradidit enim eos deus in reprobum sensum, repletos omni iniustitia, &c. Peccata enim se mutuo comitantur, sibiq; cohærent. Atqui hæc sunt arma diaboli, quæ sic tulit e medio Christus, vt si in illum speres si amore adhæreas, non imputabuntur peccata, sed gratia ac fauore dei absorbentur. Sic enim per Christum hæc arma eneruata sunt vt ipsi velimus, si membra nostra exhibeamus arma iustitiæ, si ieiuniis, orationibus, vigiliis armati a dextris & sinistris, iam superatus est hostis, iam fortissimus Goliath interiit, gratia enim seruamur, vt patet & Paulo. Quarto spolia distribuit, id est, insigne triumphantis, auferre hostibus spolia, eaq; pro arbitratu suo, distribuere ordine & loco. Quod Christus dum cœlos conscenderet, fecisse dignoscit, si Paulo credimus, & Dauid. Ascendens enim in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Proinde quosdã locis ethæreis dignatus est alios aliis angelorum in choris dispartiens. Multæ enim mansiones sunt in cœlo. Quosdam nempe viuentes certis ministeriis distribuens, quos suis omnibus præfecit, nam de-

Arma diaboli quæ.

Psal. 45

Iob. 41.

Quó peccata sibi mutua cõcathenãt.

Rom. 1.

Ephe. 4.

Psal. 67

dit quosdam quidem apostolos, alios autem Euangelistas, &c. Tam enim solicitus fuit benignissimus dominus pro ouibus quas eripuit e manu inferi, vt non solum seipso, sed etiam per alios curã earũ agere interdiu nõ desistat. Hoc est quod olim prædictum est, quendam e Beniamin exoriturum lupum rapacem, qui manet comederet prædam, & vesperi diuideret spolia, dum videlicet ex inferis rediens, eripuit misere captiuas patrum animas. De iis spoliis etiam

Esa.9. Esa. præfatus est Letabuntur, inquit, coram te, sicut quilætantur in messe, sicut exaltant victores capta præda, quando diuidunt spolia: & apertius in.33.c Dominus iudex noster, dominus legifer noster, dominus rex noster, sequitur. Ipse saluabit nos, Tunc diuidentur spolia prædarum multarum, claudi diripient rapinam, nec dicet vicinus e langui Populus qui habitat in ea auferetur ab eo ĩiquitas Hæc omnia in id tẽporis accõmodari facillime possũt, quo domin' portis interorum confractis, tulit e faucibus diaboli, quas iniuste detinuit animas, Igitur ablata est iniquitas, satisfactũ est pro ære alieno, proq; delictis nostris innoxi' Christi sanguis effusus est. Ero, inquit, mors tua, o mors ero morsus, tuus, inferne. Qui non est mecum cõtra me.

Ibidem.33.

Adulterina doctrina qui dinoscatur.

Hac nota adulterinam disces doctrinam. si Christi verbo, si ecclesiæ catholicæ, si sacris legibus, decretis, ceremoniisve si deniq; seditionis, sectarum, hæresum Causa atq; magistra fuerit, non cum Christo, sed aduersus Christum est Nec satis est doctrinam quampiam specietenus, & quaternus ad verborum corticem attinet, consentaneam esse euangelicis apostolicisque literis, intus oportet respondeat, deinde sit cõsequens ad dei verbum. Quocirca, qui aduersus ecclesiastica perstrepit documẽta, qui ecclesiæ decreta euertit, qui monastica exterminat vota, cõtrari' Christo est spargit, exturbat, rapit, Iam etiam qui bella, qui pacis publicæ inuersionẽ sua doctrina inuehit, aduersarius Christi est. Qui enim non colligit, dispergit Spargunt hæretici omnes, rapiũt quoque ad se oues Christi, sed quæ vere ad Christum pertinent, ab iis fugiunt .Io.10 Alienum non audiunt, sed fugiunt ab

Io.10. eo Cur ita? Quia spargere venit, mactare, dilaniare, ac occidere, Christus enim venit vt filios dei dispersos in vnum

reducat ouili, hæretici ab ouile eiiciant Christus præcipit. Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Qui contra Christum sunt, abducunt a se omnia ecclesiæ catholicæ decreta omnium omnino pontificum quamlibet sanctas constitutiones. Verum quo authore? Eo nimirum qui homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, Io. 8
qui mendax est, & pater mendacii Quo sequitur, nihil commercii esse Christo cum diabolo, quin opera, doctrinaque declarent, perpetuũ quoddã inter eos agi bellum. Proinde clam hac etiam sententia notantur Iudæi, & bona pharisæorum pars, quid qerpetuo repugnabant doctrinæ Christi. Hoc est quod Esa 65. ait. Fxpandi manus meas tota die ad Esa. 65
populum incredulum, qui graditur in via non bona post cogitationes suas, populus qui ad iracũdiam prouocat me, in faciem meam. Sicut igitur eiuscemodi ad diaboli album referẽdi, non Christi quo cum diabolus nihil commercii habuit. Cum immundus spiritus, &c. In Matthæo dicitur. Sic erit & generationi huic pessimæ, quibus colligimus, ad literam hæc verba aduersus iudæos dici, vt inquit Hieron. Iudæi enim quoad in ægypti degebãt tenebris, ab immundo tenebantur spiritu, qui per legem expulsus, tandẽ (posteaquã solitudinem gentium aliquandiu obambulasset: cerneretq; maximã Iudæorum partem, præter frigidas cærimonias, nihil porro possidere, quibus externe turgebant inanissime, intus vero plenos esse hypocrisi, liuore, incredulitate) rediit ad priorem domum vnde per legem expulsus erat, quo factũ est, vt nouissima, deteriora euaserint priorib⁹ peccatis, potissimũ tamẽ quod in dei filiũ crudeles extiterũt, quod hunc extra castra occiderunt, quod negauerunt. Melius enim erat eis, veritatis viam, inquit Petrus, nõ agnouisse, quam post agnitã retrocedere, ab eo quod illis traditũ est, sancto mandato. Incipiũt ĩ hoc mali, oẽs hypocritæ & pseudochristiani a quibus ĩ baptismate eiectũ est dæmoniũ, vbi vero in peccata recidũt, relabũturq;, fiũt nouissima deteriora prioribus. Ob id Chriso. Si illustrati, & a pristinis malis remoti, denuo redimus ad eandem nequitiã, grauior erit deinceps pœna sequẽtium pctõrũ. Incidunt in hoc malum maxime hæretici, quibus iustitiæ lumen nu-

per illuxit, quove pergerent declarauit, verum illi, contempta veritate, sibi singula pro sua libidine excogitauerunt aliena & peregrina dogmata Christo, Ecclesiæq; contraria.

Heb.13. De quibus Paulus. Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Videtur tamen interim scopis mundati, Nam vel philosophicis argutiis, vel faleratis, & ad phalerandum pompaticis verbis instructi & onerati incedũt, vt existimes non modo Ciceronem, sed etiamnum angelum loquentem. Sed quid Paulus? Non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in virtute spiritus, intus enim medulla delitescit, intus nu-

1.Cor.2. cleus est, quem nemo eruet, nisi qui in domo vnius Ecclesiæ perseuerauerit, habent hæretici latebras suas, habent specus, habent sua conuenticula, quibus Satanas non veritatis spiritus præsidet. Iob.40. Omnes bestiæ agri ludent ibi,

Iob.40 sub vmbra dormit in secreto calami, in locis humentibus. Bestiæ, dæmones sunt illudentes, & variis præstigiis miseris imponentes mortalibus qui & requiescunt in cordibus fide & charitate vacuis, adeoque luxu, ac libidine inquinatis. Rarus enim est hæreticus castus, inquit Hiero. Solet

Rarus hæreticus castus. enim hæresim non modo superbia, nec solum auaritia, nec modo liuor & odium, sed etiam libido, sed ambitio, sed arrogantia comitari. Igitur in hæreticorũ cordibus non vnus dæmon, sed innumeri inhabitant, hoc est, quod subdit, vadit, sumens alios septem nequiores se spiritus, & ingressi, inhabitant mentem miserandi hominis, seu propriam ædiculam. Sed quid in Amos de eiusmodi domo dicitur?

Amos.3 Percutiam, inquit, domum hyemalem i. charitate frigescentem, cum domo æstiua, qua videntur sibi fidem habere, & peribunt domus eburneæ, quæ in speciem imitari videntur fucatis quibusdam & dictis, & factis Ecclesiam Christi, & dissipabuntur ædes multæ, id est, omnia omnino hæreticorum diuerticula, in quibus hactenus latitare, ac suos catulos educare consueuerunt. Sed enim vbi ventum fuerit ad ex-

1.Tim.3. tremum malorum dissipabuntur, & radicitus euellentur stante interim Ecclesia Christi infracta, & inconcussa. Ipsa enim est columna, & firmamentum veritatis.

Oĩa nostra pclare gesta in Christum sunt referenda.

Factum est aũt cũ hæc diceret extollens vocem. Hæc est tertia huius Euangelii propositio, qua docemur,

omnia in Christum regerenda esse, quæ præclare gerimus. Beatus, inquit hæc mulier, venter, qui te portauit. Beatitudinem Christo ferens acceptam, Iudæi suæ iustitiæ tribuebant, omnia, & præter hoc etiam quæ a Christo bene gerebantur, demonum artibus deputabant, cum interim hæc mulier Christum adorat, Christo deputat, & per Christum patri æterno. Non enim nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Cæterum hic locus, eorum etiam confutat errorem, quid dei paræ virginis suum detractant honorem, qui vix aduocata agnoscere volunt. Quorũ plurima pars sub deceñiũ exorta est. Siquidẽ licet quosdã reperiri, qui angelicam salutationem tollant, alios, qui Canticum MARIAE immutent, nonnullos qui cum ecclesia nolunt hanc ceu matrem mĩæ salutare, nec quicquam in huius gloriam & laudem decantare, quos omnes, & mulier hæc, & Christus damnat. Mulier ventrem, vberaque commedat virginis, Christus multo maxime animam, quæ baiulat verbi diuini fuit. Semel enim peperit in mundum Christũ, semper autẽ conseruabat omnia verba hæc, conferẽs in corde suo. Igitur sentẽtiæ mulieris sic astipulatĩ xp̃s, vt & MARIAM & quoslibet credentes, multo beatiores affirmet, siquidem Dei sermonẽ apud se retineãt. Collaudat eĩ sic MARIAM, beati qui audiũt verbũ Dei, & custodiunt illud. Custodiuit MARIA sermões Dei, credidit angelo, credidit scripturæ: reb⁹, factisq; se vere credẽtẽ esse declarauit, igitur bisq;, terq; btã. Sic & angelus, hãc benedictã appellat ĩter oẽs mulieres. Et Elizabeth: Btã q̃ credidisti, quoniã perficiẽtur ĩ te q̃ dicta sũt tibi a domino. Quĩ & ipsa p̃sago spũ se ab omnibus generatiõibus cõmẽdãdã pronũciat, dicens: Ex hoc enim beatã me dicẽt oẽs generatiões. Cur ita Nam multæ filiæ cõgregauerũt diuitias, tu sola sup gressa es vniuersas Aliæ collegerũt virtutes, diuitias aliæ nõnullæ pulchritudinẽ plæræq; varia donorũ genera, hæc oĩbus p̃stãtior est. Suo eĩ vtero eũ gestauit, ĩ quo sunt oẽs thesauri sapiẽtiæ & sciẽtiæ Dei prepositi Pudeat ergo hæreticos erroris sui, pudeat & demẽtiæ, cũ tot sint laudatissima pro MARIA testimonia, oẽs Prophetæ, oẽs itẽ Euangelistæ. Scripturæ, tota deniq; Ecclesia MARIAM beatam prædicant, laudant, extollunt.

Qñ exorti qui dei paræ virgini debitũ detractãt honorem & quõ a xp̃o ĩ euãgelio damnẽtur

Lu. 2

Luc. 1.

Proue. 31

Feria secunda, post dominicam tertiam Quadragesimę. Euāg. Lucæ. 4.

Duo ĩ xp̄o per facile aĩaduertere, licet diuinā hūanāq; naturam.

Psal. 21

Mat 11

Heb. 1.

QVanta audiuimus facta in Capharnaū. &c. Quamq̃ nolim malignius piorum patrū facta dictaue repræhēdere, cogor tamē, aliquando (id quod scio futurū etianū, meis sermōibus nonnunquam ab iis expostulare factorū rōnē, id quod & hoc loci, me textus cogit necessitas. Quē si expēdere in hoc splēdidissimo auditorio volo, pro auditorū ædificatiōe, altius mihi horū verborū repetēda est ratio. Duo eī licebit in Xp̄o animaduertere, alterū (quod oīm oculis erat cōspicuū) humanæ naturæ imbecillitas quam declarauit varia, & rerū, & incommodorum incursio. Siquidē Xp̄s, quū homo esset verus indoluit animo, tristabatur, gaudio lætitiaq; afficiebatur plærūq;, corpore vero inopia rerum, siti, frigore, æstu, esurie, affligebatur frequēter. Deinde vitæ consuetudinē si spectes, si commeatum, si sodalitium, si simplicitatē discipulorū, est quod meritis in eo. Quin nisi adsit fides, & animus cœlesti philosophia imbutus, infimo hunc loco dices natum. Vermis, inquit, sum ego, & non homo, abiectio plæbis, obprobrium insipiētium. Igitur multi offēsi, dicebant: Ecce homo vorax, potator, vini, publicanorum amicus. Secundo, offēdere licet in Christo diuinam quandam naturā, qua patri coæqualis est, inuisibilis, æternus, &, vt Paulus ait, figura substantiæ eius. Hæc latuit in carne, prodiit tamē rebus, factisq; externe. Declarauit hanc in Christo naturam potētia verbi mirandorum operum illustratio, testabantur & prophetarum oracula. Verum cum præter hominē nihil cernerēt, hæc ipsa nō admodum multis arridebant, maxime vero illis, apud quos educatus fuit Christus qui domū, parētes, studium, vitæq; consuetudinē, nouerant. Offēdit hos quod filius esset fabri, vt putabāt, quod infimo loco natus, quod nemo principū, illi addictus, sed hoīes porro ignobiles idiotæ, ĩdocti, literatū exptes, ĩopes. Hĩc mirari cœperūt & eū digitis cōmōstrare, dū de scripturis dissereret multa,

dum in se verba Esai. Spiritus domini super me, propter Esa. 6
quod vnxit me, euangelisare pauperibus misit me, esse prædicta, palam pronunciaret, idque in scolis Nazareth. Hinc dicebant plærique: Nonne hic est filius Ioseph? Et vt Matth. Matth 13
habet. 13. Vnde huic sapientia & virtutes? Nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus & Ioseph, & Simon, & Iudas, & sorores eius nonne apud nos sunt Vnde huic ergo ista omnia? & scandalizabantur in eo. Vides quid eos offendit, humilitas vitæ, & consuetudinis. & familiæ, & relica denique, quæ externa rerum facies, ostentabat Intus enim non illuxit illis lumen veritatis & fidei, intus cæci erāt hinc factum est, vt indigni essent. Dei beneficis, Ob id Matthæus addit: Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum, Hoc est, quod in hoc ca. quarto sciscitatur a collactaneis. Vtiq; dicētis mihi hanc similitudinem: Medice, cura te ipsum. Ab hoc loco, auspicandum fuisset Euangelium, quod in hanc feriam incidit, nam plane sequentia præcedentibus sic cohærent, vt nisi adhibeas, nunquam efficies absolutem sententiam. Igitut (vt paucis hanc Euangelii lectionem absoluamus) tria notabimus. Primum erit, ad conciues responsio, Secuudum, responsionis per exemplum confirmatio. Tertium, inuidorum maligna machinatio, ac temeritas. Responsionem describens Lucas similitudine testatur Christum vsum, quæ etiam in hæc vsq; tempora inuulgata est. Siquidem medicum, qui multis & sanitatem promittat, & præstet, ægrotescentem videas. mirari nemo desinit, cur in alios artis medicæ peritiam exerceat, seipsum interim variis morbis affici, atque discruciari patiatur, ridetur ab oībus, digitoq; monstratur. Exclamāt omnes, medice cura te ipsum, id est si vere artē medicā calles, ipse tibi medicus sis, ne perpetuo labores. Id enim natura comparatū est, vt in nos ipsos simus misericordes, vt nobis ipsis principio, deinde aliis, si nostra ope egent, suppetias feramus, id poterant obiectare Iudæi Christo, forsan & idipsum animo destinabant. Nam adiecit ipse: Quarta audiuimus facta in Capharnaū, fac & hic in patria tua. Id enī eis videbatur iustum: vt in suos potissimum gentiles, & ciues esset principio omniū misericors, hic prædicaret, hos lu

crifaceret patri hos allieeret miraculis. Siquidem vere dei esset filius, si omnifariam potest, & valens, fac hic in patria tua, quæ omnia sub Iudæorum persona, a Christo dicta, cóstant, suntque ad præcedentem similitudinem adhibita, vt hanc ipsam illustrant, ac exponāt. Iam sequitur respósio, qua ex propria persona pronunciat caussam, subindicans, cur suam patriam miraculis, signisque factisque illustribus non reddiderit illustriorem, dicens

Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. Quæ enim rara sunt, & admirabilia, solent admirari homines, vt dicit Theophilactus. quæ vero communia & familiaria despicere, ac negligere. Idciro Christus prophetarum, in propria patria natum, non esse multis admirationi testatur, neque a multis, vt dignum est, obseruari, neque venerari, eoque fieri sæpe existimat, vt domum, patriam, gentemque familiamque deserat. Hac responsione ostendit etiam se non impotentia, nec malitia negligere miracula, apud suos, sed potius, quibus coram ædenda essent, indignos per ingratitudinem, perque contemptum, aduersus medicum, liuorem. Vt enim te medicus sanet intellige ac perpende tuam ipsius miseriam, interpella deinde medici officium, tum demum sequere consilium, esto gratus, si te sanitati aliquando restituat. Honora medicum, inquit Sydrah, Ecclesi. 38. propter necessitatem etenim illum creauit altissimus. Et altissimus de terra creauit medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam. Sequitur Filii, in tua infirmitate ne despicias teipsum, sed ora dominum & ipse curabit te. Si igitur, tibi vis suppetere medici officium, noli teipsum negligere, noli te sanum putare vbi totus langues, vbi, a planta pedis vsque ad verticem capitis, non est in te sanitas. Vbi autem obseruaueris tuum ipsius morbum, noli ex te ipso pondere, neque propriis considere viriculis, sed adito medicum, ora, obsecra, quære eum, qui & velit & possit. Quære autem in simplicitate cordis, & inuenies, expertissimum medicum. Non sic fecerunt Iudæi, inter quos obseruatus erat Christus. Igitur inquit Ambrosius: Nemo sanatur ostenditur, & maculoso morbo absolutus, nisi qui religioso officio, studuit sanitati, Pro

De medici. | Eccle. 38 | Esa. 1. | Sap 1

inde non solum ob id indigni erant, quod non quæsierunt medicum, quod non crediderunt illi, quod ceu ignobilem, & obscuro loco natum, repudiabant, sed etiam quod inuidebant fraternæ gratiæ. Excæcauerat liuor mentem, ob raram ac diuinam in Christo sapientiam, quam dum repræhendere nequirent, inuidere omnes, & (quod Terentius ait) mordere clanculum, atqui CHRISTVS floccipendere, ac vno verbo omnium ora obstruxit, dicens, neminem prophetam esse accæptum in patria sua. Notantur omnes hac sententia, qui in aliis, dona cœlitus collata, virtutes, dotes ingenii, prosperos successus ex eo vel negligunt, vel canino ore rodunt, minuunt, extenuant, quod, qui iis dignati sunt, ignobiles existant, obscuri pauperes, ac iuxta mundi æstimatorem contemptibiles. Accidit tale quid Paulo, dũ diceret Nos stulti propter CHRISTVM, vos autem prudentes in CHRISTO, nos infirmi, vos autem fortes, vos nobiles, nos autem ignobiles. Est enim Euangelium carnalibus stultitia, & anathema, maxime vero nothis, & adulterinis filiis. In veritate dico vobis. Hic secundo exemplo scripturæ similitudinem confirmat, id quod perpetuo tibi obseruandum, qui sacra oracula tractare voles. Neque enim sine scripturæ testimonio in similibus, adagiis, apologis, solum ludendum est. Proficiunt quidem similia, & id genus alia, quæ ad probandum adhibentur, sed non sufficiunt. Ad legem enim, & ad prophetas, inquit Esaias. Id est, ad certum gnomonem loquendum. Theologo, siquidem fidem facere velit, de re dubia, qua sententia, multi diuini verbi concionatores percutiuntur, qui to tas horas, in fabulis plusquam anilibus, conterunt. Proinde secus faciendum non semel commostrauit Christus. Quandoquidem & Pharisæos alicubi ad scripturas mittit, & hoc loci, ex scripturæ testimonio conciues suos confutat, dicẽs. In veritate dico vobis. Iurat per seipsum CHRISTVS, vt eo prõptiores nos ad credẽdum iis, quæ dicit, exhibeamus. Est enim hæc vox iurantis fidei prouocatiua sine qua impossibile est placere Deo, impellit nos adeoque ad medicum fides ipsa cogit, id quod exemplo viduæ comprobatur. Vide historiam in tertio lib. Regum, decimoseptimo.

1. Cor. 4

Similibus quatenus vtendum.

Tp̃s anilibus fabulis ĩ cõcione nõ esse terendum.

Heb. 11.

1 Reg. 17

Multæ quidẽ ſub id tẽporis, quod ad HELIAE præces clauſum eſt cœlum in Iſrael fuerunt, ſed indignæ ad quas mitteretur HELIAS. Hæc vero digna, quia iuxta mundi æſtimationem contẽptibilis, quia alienigena. Eſt enim SAREPTA ciuitas Sydoniorum, teſte Hieronymo, iuxta publicam viam ſita, quondam habitatio HELIAE, quo loco, in memoriam egregii miraculi, ſolebat etiamnum Hieronymi tẽporibus oſtendi turris prophetæ, SYDONII vero, quanquam in ſorte tribus ASER ceciderunt non tamẽ a filiis Iſrael quieuerunt expelli. Ad horum igitur ciuitatem miſſus eſt HELIAS, id eſt, vox legis, & prophetarum, & hoſpitio a vidua ſuſcæptus eſt, paſtus, ac refocillatus, demum, vt gratiam referret collati hoſpitii, filium mortuum vitæ reſtituit. Audis hic chariſſime viduam hanc, ex eo dignam, quod ſeſe accommodauit gratiæ, quod ſubinde verbis HELIAE credidit? Noli, inquit, timere, ſed vade & fac ſicut dixiſti. Verumtamẽ mihi primum fac de ipſa farinula ſubcinericium panẽ, moxq; abiit & fecit iuxta verbum Heliæ, nihil hæſitans, neq; addubitans, quin quod propheta promiſit, certo futurum eſſet: ſcilicet non defecturam farinulam, neq; oleum donec pluuiam daturus eſſet DEVS voluntariam, ac ſerotinam. Ita & in quamlibet deploratas incideris, noli deſpondere animum, ſpem concipito in diuina promiſſa. Imitare viduam dictis credẽtẽ, imitare & iuſſis obſequẽtẽ celeberrimi vatis. Illa enim fecit ſic. Et tu qui miſericordiam ambis benigni patris, fac quod cupit, exequere mandata, age, vrge deinde, vt ſuccurrat, aderit in tẽpore opportuno. Teſtatur id Iacobus, qui hanc ipſam hiſtoriam inducit, dicens: Multum valet deprecatio iuſti aſſidua Helias erat homo ſimilis nobis paſſibilis, & oratione orauit, &c. Vide etiam qam obuia eſt gratia Dei humilibus, & ſecundum ſæculum abiectis Recte igitur Chriſtus· Abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudẽtibus, & reuelaſti ea paruulis. Tales ſint viduæ noſtræ, & digniores erunt, quamlibet illuſtribus hominibus Neque enim ſexu, neq; perſonarum laruas, neq; titulos probatur Deus, ſed fidem, ſed miſericordiæ opera, ſed gratiam hoſpitalitatis, ſed animum, ſuam miſeriam, agnoſcentem, ſed ſeſe gratiæ ac-

In re deſperata ſpẽ ẽe cõcipiẽda de diuinis promiſſis

Luc. 5

Mat. 11.

Nulla perſonarũ ſed magna meritorũ diſcretio apud Deũ

commodantem Igitur Paulus. Quæ autem vere vidua est & desolata, speret in Deum, & instet obsecrationibus & orationibus, nocte & die, & reliqua. Cæterum possumus (id quod facit Theophylact.) per hanc viduam interpretari ex gentibus collectam Ecclesiam, quæ suscepit Heliam, id est, propheticum sermonem, quum interim esset fames in iudæa fames inquam, audiendi verbum Dei. Nā Christus sic ait: Messis quidē multa, operarii vero pauci. Erant quidā multi auidi cœlestis doctrinæ, sed illi digni, illi fœlices, qui suscæperunt, non tam prophetas, quā prophetarū dominum. De hac vidua potest illud. 1. Reg. 1. intelligi. Repleti prius, pro panibus locauerunt. & famelici saturati sunt. Donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios, infirmata est Et illud quod est apud Esa. multi filii desertæ, magis quā eius quæ habet virum. Quem locū Paulus ad Galatas in Ecclesiam gentiū refert, quæ hactenus inculta fuit, sentibus obsita idololatriæ, & scortationum paludibus oppleta, vbi vero hæc iuncta est sponso Christo, iam plurimos peperit filios, quum interim iudæorum synagoga vt sterilis, vt infœcunda, sit repudiata. Igitur quæ multos habebat filios, quæ gloriosa videbatur, quæ sanctitatis insignibus turgebat infirmata est. Ad hoc enim hæc hystoria adhibita est quemadmodum & sequens. Et multi leprosi erant in Israel, &c. Hanc habes. 4. Reg. 5. In quo rursus fidei operumque exemplum declaratur, id quo fiat apertius. Obserua primo hunc Naaman virum fuisse magnæ authoritatis, & opinionis & potentiæ apud Regem Syriæ. Nam dicitur per illum, Deum dedisse salutem Syriæ Quo colligimus huius opera, quanquā nec dum vitæ æternæ digna fuerint, congrua fuisse ad gratiam, & opportuna media. Secundo ex eo laudandus est, quod fidem habuit puellæ. Prophetæ, laudentis, præclara ac illustria facta. Neque enim visus ex Prophetis neque legis doctoribus, illi DEI in Propheta prædicauit dona, sed puella, sed imbecillior & contemptibilior sexus, quæ ait. Vtinam fuisse dominus meus ad prophetam qui est in Samaria, profecto curasset eum a lepra quam habet. His verbis excitus est adeoque illectus vt ad visendū Dei hominē pergeret, & vide quā paulatim,

4. Reg. 5

Sensim in uobis fides gigni tur.

in eo generatur fides, neque enim subito in nobis, sed quasi sensim & gradibus quibusdam, fides gignitur. Igitur. Apostoli. Adauge nobis fidem. Habet sua incrementa fides, perinde atq; charitas, quanquã hæc sit perpetua quædã virtus, illa vero temporaria. Præstantior enim est charitas, quia sic iungimur deo vt æteruũ in illo conquiescamus. Secus multo est de fide. Siquidem hæc monstrat viam, qua pergamus, perinde atq; lex Mosi, neminem autem ad perfectum adducit. Charitas vero vinculum est perfectionis. & summa æternæ beatitudinis. Tertio, pergit ad regem Israel, deinde & Heliseum, ab hoc, mittitur leprosus, agit, instat, vrget demum vt sanitati restituatur. Atqui hic videmus quantum per liberum arbitrium possit homo, siquidem Naamã antequã mundatus esset, antequam Prophetæ verbis credidisset salutem pacemq; reddit Syrie credidit ancillæ pergit Hierusalẽ, proq; salute, propria supplicat Prophetæ. Potest igitur liber. arbitr. aliquid quãquã efficaciter nihil operari neq; mereri possit, q̃ immortali gloria sit dignũ. Quarto, obserua quãtũ reluctetur caro obediẽtiæ, quãtũ sibiipsi adblãdiatur, suæq; prudẽtiæ innitatur. Nihil enĩ est quod minus ferat, quã obsequi iussis ministrorũ dei. Igitur Naamã iste, indignabũdus abiit nolẽs septies in Iordane lauare. Sic enĩ aduersatur caro spũi, sic ꝑ suo arbitratu agere vult oĩa, ita etiã mauult maculosa, quam sordibus expurgata esse, vt verum sit, quod in Apoc. dicitur qui in sordibus est sordescat adhuc. Quinto tãdẽ seruorũ suggestione vadit lauat septies, & sanitati pristinæ restituitur, Ministri sunt euãgelii doctores, sunt cooperatores dei, qui verbũ vitæ dispensant, Iordanis baptismus est, & sacramentũ recõciliationis, deinde & alia ecclesiastica sacramenta, quorum vsu legitimo purgamur a vitiis, modo fide accesserimus. Accidit enim verbum ad elementum, & fit sacramentum. Igitur propheta. Verbo hunc leprosum direxit ad elementum, quod figuram præ se tulit sacramentorum, dicens. Valde lauare septies in Iordane Id vbi fecisset, sanus euasit, gratiam rependit, & dei Optim. Maximi beneficia confessus est. Vere, inquit, scio, quod non sit alius deus in vniuersa terra, nisi tantum in israel. O fœlix confessio; quæ peccatorum commi-

Coloss. 3.

Nihil molestius fert caro, quã aliorũ obsequi mandatis.

Apoc. 22.

ruit veniam Iam perpendere licebit, quam iuste Christus hanc iudæi in os obiecerit hystoriam. Siquidem alienigena Syrus, regno, gratia, ac fauore dei potitur, cum interim multi leprosi, in suis interierint fœtoribus Id vsu euenit, & Iudæis: quibus cum Christus abineunte ætate obuersatus fuit, quibus notus, & cognitus, neque enim se voluit illustriorem reddere factis coram iis qui ingrati fuerunt, ex habitis beneficiis, Recte igitur ad hos, & horum adsimiles, adhibetur etiam insaniant iudæi. Igitur subditur.

Et repleti sunt omnes in synagoga ira. Indignatio iniusta designatur quod ita liuoreq; perciti, pro benefactis reddere pergunt, lapides, ignes, crucem, mortem. Repleti sunt ira, inquit, Cur ita: quia prætulit Iudæis gentes. Quam id potuerit æquo iure, iam testati sumus. Siquidem Iudæi repudiarunt gratiam dei. Contra, gentes obuiis exceperunt manibus. iuste igitur relegati sunt a promissionibus dei, & in locum surrogatæ gentes. Igitur Paulus Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici dei. Ciuium vero est, reipublicæ iura, plebiscita, vt cupiunt esse infracta, vt volunt esse firma, ita eum agnoscere, eumque venerari, penes quem, summa rei consistit, id qui renuunt, factis rebusque declarāt, se indignos principis beneficentia. Id quod perditis obtigit iudæis. Curiosi siquidem erant & indigni. vt ipsis corā, miraculis Christus inclaresceret, quanquam interim obdurarēt ceruices suas aduersus veritatē, interim e ciuitate. e patrio solo. pellerēt, ob id subditur. Et eiecerunt illum extra ciuitatē, &c.

Ephe.2.

Quod si boni vir officium.

Psal.33.

Hoc est quod propheta alicubi testatur. Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem pro dilectione mea. IESVS beneficiis innumeris populum afficiebat, seruabat ægrotos, oculis captis visum restituit, claudis gressum, & alia id generis, etiamnum ingratissimis impendebat, maxime vero, quod omnibus excellentius erat, quod dignius, remittebat gratis noxam, annum iubileum acceptum, & diem redemptionis prædicabat, vt Lucas abūde satis præfatus est, Illi vero quos oportuit esse gratos, quos decuit agnoscere bene merentem rependerunt ingratorum hominum vices.

hoc est, necem meditati sunt, & præcipitium. Igitur nec mirum, inquit Ambros. si perdiderunt salutem, qui de suis finibus reiecerunt saluatorem. Quisquis vero fidelis est, quisquis ciuitatis cœlestis particeps esse cupit, caueat, ne a se Christum repudiet ne abiiciat gratiam seruatoris. Nam vbicũque Christus est, ibi ciuitas dei, ibi regnũ, ibi patria, domusque nostra, extra quam non est salus, neq; spes, neq; gratia seruatoris. Qui iam a se abalienat Christum a deiciuitate alienus est, vtcunque intra cryptica hæreticorum diuerticula, latitare videatur, Ita factum est, vt dum a se pellerent

Esa.i. Christum Iudæi, simul cum ciuitate & regnum, & sacerdotium, & dei fauoré perdiderunt, de hac ciuitate Esa.1. exclamat. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicii? Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ.

Ibidé.24. Et.24. Attrita est ciuitas vanitatis, clausa est oĩs dom⁹ nul-

Thren.1. lo introeũte. Et Hiere Threno.1. Quomodo sedet sola ciuitas plena populo, facta est quasi vidua domina gentiũ princeps prouinciarũ facta est sub tributo. Sola sedet, quæ a se repudiauit principem, quæ dominum proprium negauit. æquissimo igitur iure meretrix dicitur, quę seipsam multis prostituit, seipsam data opera, perdidit, incendit, destruxit.

Ipse autem transiens per medium illorum ibat. Cur ita? Nondum enim venit hora eius, quam pater cœlestis destinauit, quam ipse sibi deputauit. Nec enim antea, quam voluit capitur, non ligatur, non tenetur, non suspen-

Esa.53. ditur, nisi volens. Oblatus enim est, quia voluit, inquit Esai. Seruabat seipsum, non metu mortis declinauit furorem, sed ob nostram vtilitatem. Nec enim satis inclaruit mundo, nec satis cœlestis philosophia propagata erat, ideo transiens per medias inimicorum manus ibat, quanquã feroces, quanquam ad præcipitandum expositas. Ideo dixit Dauid

Psal 22. Nam si ambulauero in medio vmbre mortis, non timebo

Ibidé. 90. quoniam tu mecum es. Et iterum. Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tui. Et. Non timebo millia populi circundantis me, exurge domine saluum me fac deus

Qui veritatem a se meus. Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa, exurge domine saluũ me fac deus meus. Quicũq; veritati repugnant, qui a se Christum ablegant, qui perse-

quuntur, qui exibilant interire necessum est, cadere quoque. Sola enim veritas, nos firmos facit, nos seruat, tutatur, aduersus omnes in vniuersum hostes. Vide ergo ne hanc a te repudies, ne huic inimicus sis. Repudiat veritatem, qui extra ciuitatem eiicit CHRITVM, id est, extra ecclesiæ vnitatem existimat Euãgelium esse, quin eo loci solum offendas veritatem, vbi Christus est. Christus vero in Ecclesia est, Huius murus, & antemurale & fortalitium, & columna nõ semel dictus est. Cur igitur, vt in ecclesiæ sinu cõsistas, alioqui dum Christum præcipitare contendis ipse in præcipitium ruis. Sepellit interire necessum est

Feria tertia dominicæ tertię Quadragesimę. Matth. xviii.

RESpiciens IESVS in discipulos, dixit Simoni Petro. Si peccauerit in te, & cæte, Solent enim qui sacras iuraruut literas, proximi dilectionem in duo officia partiri. Quorum alterum in benefaciendo, alterum in condonando offensam, collocant. Primum modo ad animæ, modo ad corporis salutem & fœlicitatẽ referunt, vtrunq; enim non semel in diuinis eloquiis præcipitur. Et quidẽ vt nudũ vestias, vt esurientem refocilles, vt hospitio egenum peregrinumq; suscipias, vt cætera misericordiæ opera proximo impendas, non tam Esa. quam Christus præcipit. Cæterum de iis paulo superius loquuti sumus pertinent autem hæc vniuersa ad corporis leuandan inopiam quæ ad anima salutem spectant, ea sunt, vt instruas ignorantem, vt soletis mœstum, vt miseras conscientias verbo promissionis erigas, vt denique si quo pacto vales, aberrantem reuoces. Id præstat operibus carnis, eoque magis huc animum intendere debemus, singulaque perpendere. quæ hoc in officio suppeditare possunt. Vnicuiq; enim mandauit deus de proximo suo. Mãdauit inquam, vt eum perinde atque teipsum diligas, diligit vero qui emẽdari, qui errata cupit corrigi, non confundi proximum, Alterũ quod proximo debemus in condonando consistere dixi, dum liuorem, odiumque ex animo mittimus, porroque proscindimus memores clæmentiæ, immemores iniuriæ. Dimittite Duo dilectionis officia. Ecc.17.

Luc,6. inquit Christus, & dimittetur vobis Hæc duo charitatis officia, in hoc euangelio tractabimus, & expẽdere paucis tentabimus De primo, ordinem fraternæ correctionis audis. Si peccauerit in te, inquit, audis & causam cur adhibenda sit. Nẽpe si peccauerit, si te offenderit, si scãdalo, offendiculoue fuerit, si iniuria, dãnoq; affecerit, tum clãculũ in spiritu lenitatis, argue, obsecra, vt resipiscat, vt errorẽ agnoscat redeatq; ad cor. Id enim voluit Christus, vt videlicet fratrem nostra obiurgatione reddamus meliorem, Hilarius existimat ab eo solo obiurgandũ fratrẽ, in quem deliquit. Quemadmodũ enĩ deus Israeliticum populum diuina iussa temerantẽ, modo per angelos, modo per prophetas. modo per filium obiurgauit, ita puta & nos debere, qui offensi sumus. offendentem corripere. Verũ quo apertior hic locus fiat bifariã cõtingit in nos peccare fratrem. Semel si offendiculo sit improbis facinoribus, quibus de, paulo ante cõmentatus est Christns. Væ mundo a scãdalis. Et, homini væ, per quẽ scandalũ venit Et iterum. Videte contennatis vnum de pusillis istis. Contẽnit qui infirmã lædit cõsciẽtiã, qui esca, verbo, factis, exẽplis malis. eum perdit, propter quẽ Christus mortuus est. Quo malo laborant multi hoc sęculo, qui verbis scurrilib⁹ turpiloquio, deniq; & aliis id generis ĩprobe gestis offẽdunt proximi cõscientiam. Sunt & alii qui nos iniuria afficiunt, qui cõuitis. opprobriis. sannis commaculant, perturbant, quos rursus oportet in gratiam recipere, blandius obiurgare, vt a cœptis desistant, ne charitatem lædant, ne concordiam mutuam soluant. Huc etiam eorũ errata, referas, quæ solus spectas, solusq; deprehendisti. Neq; enim mox per omnes vicos perque omnes angulos traducendus est frater. Quin si charieate ardeas, id obseruare malis quod ait Petrus: Charitas operit multitudinem peccatorũ. i. regit fratris erratũ, nõ reuelat turpitudinẽ, atq; ita intellexisse hũc locũ videtur Augu. Quid est, inquit, in te peccauit? Tu scis quia peccauit, Secretũ quære, cum corrigis quod peccauit in te. Nam si solus nosti, quod peccauit in te & eum vis corã omnibus arguere, non eris corrector erroris, sed proditor. Exemplo illud diducit Ioseph, qui noluit prægnãtem traducere mariam, sed clancu-

Quõ corrigendus sit frater.

Bifariam; cõtĩgit in nos fratrẽ peccare.

Mat.12.

1.Pe.4.

lum dimittere a se in animum induxerat, Idem hic agendum est non solũ qui in nos, sed etiam, quando peccatur quouis modo ab aliquo, quod ab altero nesciatur Ego, inquit, nolo eum publice corripere, nec tamen negligo, corripio in secreto pono ante oculos eius. Dei iudicium terreo consciẽtiam. persuadeo conscientiæ vt resipiscat. Nam corripiendus est frater seorsum, ne si semel pudorem ac verecundiam amiserit remaneat in peccato. Leniter autem arguendus est, vt præcipit Paulus. Si quispiam præoccupatus fuerit in aliquo delicto, vos qui spirituales estis instruite eiuscemodi, in spiritu lenitatis ac mãsuetudinis, considerans te ipsum ne & tu tenteris. Nã leniter castigatus, reuerentiam exhibet castigatori. Proinde debemus non tã ex hoc Xp̃i verbo, delinquẽtẽ proximũ cõmone facere, quã ex multis afferre innumeris locis, & exemplis scripturæ sacræ. Moses in Exo 23. præcipit. Si occureri boui inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eũ Si videris asinũ odientis te iacere sub onere, nõ pertransibis sed subleuabis cum eo. Iã si brutũ animal reducere ad verum dñm iubemur, & hoĩe nihil sit inter animantia quæq; nobilius, maxime hũc aberrantem peccatorũq; fascibus pressum reuocare oportet. Iac. 5: Fratres mei, si quis ex vobis errauerit a veritate, & conuerterit quis eum, scire debet, quoniam qui conuerti fecit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius a morte. & operit multitudinem peccatorum. Et Dauid. Corripit me iustus in misericordia, & arguet me oleum autem peccatoris non impinguet caput meum Iustus dixit. Nam si alium obiurgare pergas, ne eodem morbo labores, videto Eiice, inquit Christus, primum trahem de oculo tuo, & tunc prospicias, vt ex fratris oculo festucã eiicias. Charitas enim ordine quodam exequenda est, atqui hic ordo exigit, vt, qui alterii miseri cor cupis esse, tibi ipsi non sis crudelis. Miserere inquit Sapiens, animæ tuæ placens deo Igitur, si CHRISTI mandatum exequi volumus, id curemus, vt benigniter carrata, quibus offendimur corrigamus, vt spes sit, eum quem arguis, sese correcturum. Nam si metuas in deterius euasurum, suo domino permittendus est, suo domino stet aut cadat, potissimum vero, si qui corripiuntur indurescant, si odio percellentur, si mortem mo-

Gal. 6
Exo. 23.
Iac. 5.
Ps. 140
Mat. 7.
Charitatis ordo quid exigat
Eccl. 30.

Prou.17 ditentur. Plus proficit correctio apud prudentẽ, inquit Salomon, quam centum plagę apud stultum. Et item, vbi non
Eccle 19 est auditus, non effundas sermonem. Hinc Eccle. 19. Corripe amicum, neforte non intellexerit, & dicat non feci, aut si fecerit, ne iterum addat facere. Corripe proximum, ne forte non dixerit, & si forte dixerit, ne iteret. Corripe ami-
Prouer.27 cum sæpe enim fit commissio, Et Prouer. 27. Melior est manifesta correptio, quã amor absconditus. Meliora sunt vulnera diligẽtis, quã frauduléta oscula odiẽtis. Proinde si misericordia motus corripias, si emendes, cum lenitate, gratiam inuenies, id quod aperte saluator testatur: Lucratus
Qui peccet contra debitã fraternæ dilectiõis correctionem. inquit, eris fratrem tuum. Et Salomon. Qui corripit hominem, gratiam inueniet magis apud eum, magis quam ille qui per linguæ blandimenta decipit. Peccant in hoc Christi mandatum. Primo qui ad manifesta flagitia conniuent, qui delinquentibus applaudent, qui laudãt hystriones, eosq; qui scænicos exercẽt ludos. Aduersus quos Paulus Rom.
Rom.1. 1. pronunciat. Non solũ qui faciunt, sed qui consẽtiũt facientibus. Neq; enim caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto crimini desinit, cum possit obuiare. Ergo facientis pœnam etiam ex pontificio iure, eiuscemodi cõstringuntur. Oleo vngũt oẽs, quotquod tales sunt, caput nostrũ qui
1. Reg.21 nostris vitiis arrident, qui excusant maxime, de Heli exemplum adhibeas, &c Scdo, peccant, qui secus quam oportet arguũt. i. odio, liuore, indignatione perciti, non arguunt quidem, sed cõuiciãtur, sed opprobant. Contra quos Dauid. Su
Eccle.19 peruenit mansuetudo, & corripiemus. Et Eccle. 19. Et correctio mendax in ira contumeliosi, & est iudiciũ, quod non probatur esse iustum nec bonum, & est tacens, & ipse est pudens, Animo igitur composito (si emendare velis proximũ) peccato, obiurges, imo si tibi & aliis consultum cupis, pone omnes affectus, multaq; prudentia vtere, vt emendare valeas, perspicitoq; ne ex suspitione, ne leui quidem murmure, ne ad mulierculãrum suggestionem, corripias, quem emendare, quem corrigere vitam velis. Tertio simili errore ducuntur, qui palam, ideoq; inter pocula obstrepunt. In conuiuio vini, inquit Eccles. non arguas proximum, & non despicias eum in iucunditate illius, verba improperi non

dicas illi,& non premas illum in repetendo. Siquidē correctionis fraternæ præceptum,affirmatiuum est,in quo obseruare necessum est,honesti,ac decori rationem, id est loci,tēporis,& personarum circunstantias. Neq; enim mox, ĩ verba prorumpēdum,dũ delictum animaduertis. Priusquã interroges,inquit Sydrach,ne vituperes queq̃,& cum interrogaueris,corripe iuste.i.vt quod iustum est,iuste exequare, tēpusq3, locumq3, animumq; pacatum obseruado. Quarto sunt qui in hanc Christi impingunt doctrinam, prælati maxime, quorum interest monasteria visitare,dispicereq; fratrum,virginumq3 vitam mores,errata. Quorum nõnullos tam insanos,tamq; impudētes comperies,vt palam audeant præcipere,etiam sub excommunicationis cēsura,vt si quæ clam gesta sunt,clamq3 peccata norunt,ea in aprico,omnibusq3 coram traducant,id est,quod hactenus meo,ob fuit tam laudato officio & functioni,quominus id quod institutum est,effecerit,imo plus obfuerit religioni & monasticæ,vitæ,quam posuerit. Miseri non intelligunt ei multa seruãda,qui scrutator est cordium,& probator renum. Aduersus quos Paulus. Nolite ante tēpus iudicare,quoadusq3 veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita cordium. Pudeat tales examinatores,visitatores erroris,ac impudentiæ,vt audeant aduersus manifestissimam Christi doctrinam præcipere vt ea traducantur in lucē quæ charitas tegere debuit. Quanto satius si intelligerent sibi potestatem datam in ædificationem non destructionem Neque enim ii ædificare sed destruere,sed perdere & famam,& conscientiam moliuntur subditorum suorum,qui ea examinare volunt, quæ diuino iudicio erant obseruanda. Qui si sua errata frontibus insculpata haberent deum immortalem, quam monstrosi essent hi prælati,quam sepulchris dealbatis adsimiles Habent siquidem suos delatores, ad nihil aliud promptiores quam ad hæc impia , & scœlestissima mandata exequenda. Interim tamen fingunt zelum, fingunt animarum profectum, & speciem quendam præ se ferunt sanctitatis, reipsa vero sunt canes, porci, & quiduis aliud, quam hoc ipsum,quod profitētur. Atqui vtinam Episcopi hic prospicerent ouibus CHRISTI, ne sic passim,a lupis eiusmo

Eccle.31
Eccle.11.
Cõtra malos indoctosq; monasticæ vita visitatores.
1 Cor.4
2 Cor.10

di discerperentur, virosq; designarent cordatos probos, ac honestos, qui cœnobia iuxta euangelicam doctrinam visitarent, qui ad charitatem mutuam, ad concordiam, ad euangelicam perfectionem, paucis monachis cognitam paucissimis obseruatam, cohortarentur fratres, maxime vero miserum illum & captiuum sexum fœmineum, eiuscemodi ex carnificatoribus concreditum. Vtinam designarent peritos quosdam eosq; honestissimos confessonarios, qui miseram illam gentem, recte & ad euangelium in conscientiis instituerent. Coguntur enim plæræq; quasi perpetuo quibusdam & iis quidem stupidissimis, suas pandere conscientias, confessoribus Nolo tamen quis existimet me liberum facere, vt quisq; pro suo arbitratu, quibuslibet confiteatur. Quin dico, Episcoporum esse, vt ouibus suæ diocesis proui deant, vt in conscientiis liberrimæ & pacatissimæ reddãtur. **Si te non audierit, &c.** Vide quanta cura adhibenda est, ne fratris errata, in omnium aures traducantur, adhibendi sunt duo, vel tres, correctionis testes quibus coram, crimen non obprobrandum, sed monendum est, vt videlicet seueritatem non in hominem, qui aberrauit, qui offẽdit, sed in delicta exerceamus, idque multis præsentibus. Qui simul obtestari debent vt a vetitis cesset vt noxam agnoscat seque ecclesiæ, proximoque reconciliet. **Quod si eos non audierit, dic Ecclesiæ.** Audis quanto ecclesiæ denunciandum? nempe si & te monitorem clancularium, & testes, quos adhibuisti contempsit, si repudauerit blande monentes, iam adeunda est ecclesia, id est, vel traducendus est omnibus coram, vel apud prelatum testibus conuincẽdus, & ita demum a corpore separãdus, si ecclesiam contẽpserit, Hoc loco colligamus aduersus recẽs natũ dogma ecclesiam non esse inuisibilem porro, sed certis sedibus, certisque locis, colocatam quamquam interim a spiritu inuisibili moderetur. Quocumque enim nomine accipias Ecclesiam, si huic accusandus est frater pertinax, certam, visibilem, & cognitam oportet. Alioqui quo nam pacto dicet ecclesiæ, si in solo spiritu hæc delitesca? Igitur ecclsia in aperto est, totoque terrarum orbe cognita. Cognita, inquam, per Dei verbum, per legationis ministros, per sacramento

Ecclesia non est inuisibilis.

rum vsum,per fidei vnitatem, perque cærimonias sacras, quibus ceu notis, CARISTI Ecclesia internoscitur. Descri bit hanc regius Propheta, sub speciosæ mulieris forma. Asti tit, inquit, regina a dextris tuis, in vestitu deaurato, circundata varietate. Itē in Apoca Ioannes vidit hanc cælo descēdentem, ornatam quasi sponsam viro suo: Vernat enim ecclesia, viris sanctis, vernat doctoribus, & Episcopis, & pastoribus, floret cærimoniis, ad dei laudem institutis, nitescit charitas operibus. Quæ omnia palam constat esse. Nam & Paulus præcipit, vt simus luminaria in medijs tenebris splēdentia. Idcirco ecclesiam alicubi corpori assimulat, vnum corpus nos vocans, qui de vno pane & de vno calice participamus. In quo corpore diuersa membra, diuersis officiis deputata asserit. Lege epistolam ad Corinthios, Et Ephesios: Insania est igitur, Ecclesiam dici porro inuisibilem. Quo pacto denunciabo Ecclesiæ, fratris errata, quam neq; videam, neque audiam sententiam pronunciantem? Non tamen inficias eo, hanc Ecclesiam inuisibili spiritu moderari, verum operatorius & multiplex est hic spiritus, prodit enim in lucem, agitque & operatur mira, cum in sacramentis, quæ inuisibilis gratiæ visibilia sunt signa, tum in membris, quibus seu organis vtitur, ad totius corporis moderationem. Dic ecclesiæ. Ergo, id est, visibili congregationi, si id commodum fieri potest Aut certe quod magis probant omnes fere Theologi dic prælato, qui ecclesiæ præest. Difficile enim fuerit totam coadunare credentium multiudinem, vt fratrem rebellem corrigas, imo periculosum etiam, si cæteris periculum impendeat, si in præiudicium vergat animarū, si scandala passim exoriētur. Hic non multitudo sed præpositus adeundus est, Ad hoc enim constitutus est, vt sētes euellat, oues morbidas eiiciat, vt pascat, vt coerceat rebelles, inquit enim Paulus in Actis. 20. Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos spūssanctus, posuit regere ecclesiam dei, regere vero dirigere est, id quod vel admonitione fit, vel mucrone iusticiæ, sed qui monitionem spernit, suapte temeritate incidit in gladium, baculumq; pastoralem. Si ecclesiam non audierit, & cætera En quando fulmen hoc, quod excōmunicationem vocant, exercendum

Psal. 44.
Apoc. 21
Ro. 12
1. Cor. 10
ibidē. 2.
Ephe. 4.
Act. 20.
Quando

excōicatione vtēdū. est nimirū si Episcoporum, si prælati præceptum decretūq; audire contēpserit, iis separandus est a consortio fideliū, ab hoc ceu profano abstinendum. Nemo cum hoc cibum sumere, nemo precari, nemo hunc salutare debet. Hic habes, quomodo improborum conatus sint refrænandi, qui arguentem audire nolunt. Quos alicubi sic nota Salomon: Non amat pestilens eum, qui se corripit. Et Amos: Odio habuerunt, in porta corripientem. Id est, eum odio prosequuntur, qui ex authoritate pōt, & ex officio debet flagitiosos arguere, sed peruersi difficile corriguntur. Proinde de horum peruicacia & Ioannes ait: Siquis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis, &c. Et Paulus, hæreticum hominem, post vnam & secundam correptionem, deuita, sciens quod subuersus est, qui huiuscemodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Atqui hic videmus eos ab ecclesiæ communione vel solos arcendos, offendiculo sunt cæteris, id est, vel perditis moribus, vel doctrina peruersa. alios corrumpunt, destruunt, ac inficiunt. Quales sunt adulteri, scortatores, maledici, scismatici, hæretici, & aliis iis ad similes, quorum bona pars nuper, orbem Germanicum misere contaminauit, ac confudit Expergiscantur hic Episcopi, & quam iuste excommunicationis sententiam in eos, qui ære alieno sunt obnoxii ferant, perpendant, Certe Paulus Himenæum. Alexandrum hæreticos, & mentium corruptores tradidit in Satanæ diuexationem, & eum qui publice nouercam suam, loco vxoris habuit, quo ecclesia dei mirum in modum offendebatur. Et ne existimemus hos solum modo a fidelium consortio separandos, addit. Scripsi vobis in epistola, ne commisceamini fornicariis. Non vtique fornicariis huius mūdi, aut auaris, aut rapacibus aut idolis seruientibus. Sequitur: Si iis qui frater nominatur īter vos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut rapax eiusmodi nec cibum sumere. Vult igitur Paulus hos nō solum vitari, quod oēs debēt, sed etiā si cæteros subuertere nitūtur, tolli, & auferri e medio, id q̄d ii debēt qui gladiū ferūt. Quāta cū diligētia cauemus toxicū, cauemus noxios cibos, prospicimus corpori, mox in pulueris resol-

Quō ipro borū conat⁹ sint refrenādi.

Prouer 15.

Amos 5.

Titum. 3

1. Cor. 5

Pluris corpus quam aīa tacim⁹

uando,& stercus putidum?& non curamus animi venena letifera, non magnifacimus cum iis fœdera inire amicitiæ, quorũ contagione & anima & corpus & fama inquinatu, perditur Audi quid per Mosen in deu. prohibetur. vel sic a te abiicias hæreticos, caue ab eis æditos libellos, caue vt letifera venena, dogmata, vitam, moresque. Sic enim habet: Non intrabit eunuchus attritis vel amputatis testiculis & absciso veretro ecclesiam domino. Hoc est primũ genus quod ab ecclesia fideliũ arcendũ est. i. iis qui steriles sunt, & infœcundi, qui semen dei, vel diuitiis, vel carnis illecebris vel luxu immodico enecant, & proscindunt, de quibus Sapi. Fructus eorum innutiles, Relegentur ad hoc genus, oẽs qui bonis operibus non declarant sese fidei semen excæpisse, quique nihil virilis operis, nihil honestatis, nihil præstant, quod est euangelicæ perfectionis. Secundo excludũtur ab ecclesia hæretici, quique matrem ecclesiam vel lacerant vel negant, re ipsa videlicet se nothos declarantes, eoque addit Moses. Nõ ingredietur mãzer, hoc est de scorto nat⁹ in ecclesiã domini, vsq; ad decimã generationẽ. i. qui extra ecclesiæ vnitatẽ detrusus, suaq; culpa eiect⁹ est, nõ ingredietur, nisi seipsũ agnouerit, resipueritq;. Cæterũ qui ex iis nascũtur. i. de scorto, de meretrices abominatiõib⁹ exorti sunt, ii nãq; scortatores sũt, nothi sũt, & filii abominationis. Hoc enim interest, inter hæreticũ, qui ex nobis prodiit, & asseclam, quod hic mãzer ille vero parens dici põt Tertio est & aliud gen⁹ vsq; ad decimã gñationẽ ab ecclesia exulãdũ quod Ammonitarũ & Moabiturũ noĩe intelligitur, quo designãtur superbi, rebelles, & quotquot sũt imisericordes erga misere afflictos. Sũt & excludẽdi pacis turbatores, & qui seditiosi, qui gulæ dediti, qui innumeris vitii fœtẽt. Et diligenter obserua vsq; ad decimã generationẽ ab ecclesia arcẽdũ, eũ qui de scorto natus est Quod exemplũ Imperatores & Põtifices imitati, hæreticorũ etiã filios & nepotes, alicubi exhæredãt, aĩaduertũt, & damnant, Postremo q̃ dicta sũt, de præmittẽda monitiõe, antequã traducas fratrẽ, de iis intelligas, q̃ correctioni fraternæ subiiciũtur. Quorũdã enĩ hoĩm pc̃tã manifesta sũt q̃ totũ orbẽ cõmaculant, quæ rem perturbãt, quæ fidem, religionemq; sub

Deu. 33.

Qui ab ecclesia arcẽdi sint

Sap. 4.

uertunt,in ea qui incidunt,palam arguẽdi sunt, palamque per Magistratum coercendi. Peccãtem inquit Paulus,corã omnibus argue, vt cæteri timorem habeant. Neque enim perpetuo sinendi sunt mali,pro suo arbitratu agere,& dicere coram quibusuis,quidlibet,sed si palã omnibus obsint nulli,imo ne sibi quidem ipsis,prosint, obiurgandi. Est enim illis in faciem resistendum, qui infirmioribus conscientiis scandalo sunt. Viderint hic quid Lutherani Christo respondeant pronuncianti Si ecclesiam non audierit, sit tibi,sicut ethnicus & publicanus,Ethnicis & publicanis deteriores sunt,qui sub prætextu euangelice libertatis, quam licentissime viuunt, qui iniustissime ac scelestissime sacra templa expilant,qui profanant sacramenta,qui omnia confundunt.Deteriores ethnicis sunt,qui ecclesiæ decreta a se
Luc.10 abiiciunt, qui mandata qui cærimonias sacras,rident,exi-
1. The.4 bilant, eoque magis redduntur obnoxii,quo minus pendunt minorisque,quæ religiose sancita sunt, ducunt. Qui vos,inquit Christus,spernit,me spernit.Et Paulus Qui hæc spernit,,non hominem spernit,sed spiritum sanctum, quo hæc decreta & ordinata sunt,Subiiciuntur huic sententiæ omnes apostatæ, omnes qui aduersus decreta pontificum quolibet die,nulla nec scandali nec præcepti,nec charitatis habita ratione, vescuntur carnibus,ferias solennes profanant,&c. Ethnici enim sunt,Publicani sunt. Subiiciuntur etiam Simoniaci,& ii qui pro sacramentorum administratione pecuniam nummosque exigunt,qui promittunt,denique qui nundinationes condonationum in ecclesiam intro ducunt. Subiiciuntur maxime omnium, Lutherani concionatores, patroni & antesignani, velint nollint,iactent quamuis Euangelium,euangelium.Non enim moratur Dei verbum,vocem,sed res. Vox,opera concordent, oportet,si digni Euangelio haberi volumus,Stat enim firma sententia Christi.qua subsequutus dicit. **Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo.** Quam sententiam Hierony.sic effert, Quia dixerat,si ecclesiam non audierit,sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Poterat contemptoris fratris hæc esse

responsio, vel tacita cogitatio. Si me despicis, & ego te despicio, si me condemnas & tu, mea sẽtentia, condemnaberis, potestatem ergo tribuit Apostolis, vt sciant, qui talibus condemnantur humanam sentẽtiam diuina corroborari, dicit, itaque, Quæcunque alligaueritis, &c. Obseruare præcipit Origenes hoc loci, quod in cœlo dixit Iesus, & nõ in cœlis. Nam hoc verbum ad Petrum dicitur, qui non in vno cœlo, nec in vna ecclesia, quasi priuatus, vt cæteri Apostoli, qui singuli in partem solicitudinis acciti sunt, sed in omnibus ecclesiis ligandi & soluendi accepit potestatem. Illud igitur in cœlo, ad Ioannem, Andream, & reliquos item singulatim referas oportet. Non enim sunt tantæ perfectionis, neque authoritatis quantæ Petrus, qui iis omnibus prælatus est. Ergo etiam illi post resurrectionem, præ cæteris, Christi oues cõmittuntur. Pasce, inquit, oues meas. Hac authoritate Christi, stabilitur Pontificum iurisdictio, quam vocant, & excommunicationem, & reliqua, quæ pontificæ sunt potestatis. Sed viderint, quos ligant, quosue soluant. viderint quam iuste, qua ex caussa. Quanquam enim Gregorius iniustam sentetiam iudicis dicat esset timendam tamen. Augustinus alicubi testatur: Cœpisti habere fratrem tuum tanquam publicanum, ligans eum in terra, sed vt iuste alliges, vide. Nam iniusta vincula, disrumpit iustitia. Et item Gregor. Ipsi ligandi & soluendi potestate se priuant, qui hanc pro suis voluntatibus & non subditorum moribus exercẽt. Audiuimus in superioribus in quos maxime potestas exercẽda est, si Paulũ. Petrum, si denique cæteros Apostolos imitari volumus. Postremo si quæ nobis potestas concredita est, in ædificationẽ, non in destructionem vti debemus. Ad hanc normam. exigenda sunt omnia episcoporũ fulmina, omnes censuræ, & dirissime illæ deuotiones, & execrationes, & anathema a quoque. A qua si deflexerint, metuenda quidem est sententia, sed nescio vtri magis ei, qui tulit iniuste, an ei qui hanc patitur. Ego hunc iuste excommunicari dixerim, qui palam offendit in ecclesiam, qui turbat communem pacem, qui suapte temeritate, sectas nouas, hæreses, dogmata peregrina inuehit, quales sunt omnes qui sub hoc decennium aduersus ecclesiam

Cæteros apostolos neq; eiusdẽ neq; tãtæ authoritatis eẽ, vt est Petrus.

scripserũt multa, docuerunt plæraq; egerũt quam plurima. Quanquam enim medicinalis sit excommunicatio, tamen qui hanc contemnit, qui impudenter ridet (quod videlicet ĩ omnibus Lutheranis) execratus est, maledictus est, & qđ Paul. ait: Si quis non diligit dominum Iesum Christũ, sit anathema maranatha. Sed inquit quispiam diligo Christum, quem adeo deperio, adeoque illi fido, vt omnem in ipsum fiduciam reiiciam, omnia propter ipsum sustineam, enses, ignes, cruces, mortem. Recte satis, Si Christum & ecclesiam, non separes, si huius decreta non contemnas, si sacra non violes. Qui præcipit audiri filium, præcipit & reuereri matrem. Quin & filius matri defert honorem, & maledictus qui non honorat patrem & matrem. Ne igitur satis est charissimi, vt patrem cœlestem appellemus, vt filium agnoscamus, sed si nolumus trangressores habet diuinorũ, præceptorũ vtrũq; prestandũ, diligendus filius, honorãda, & mater, & ecclĩa. Vnum enim est, Christus & ecclesia, si Paulo credimus toties hunc caput predicanti toties ĩ ulcanti, nos insititios Christo factos & (vt ipsius verbis vtar) incorporatos, & iuncturis quibusdã vinctos. Qui igitur patris vocẽ audit qui filiũ diligit, ecclesiã a filio non diuidat, audiat ecclesiã, alioqui hæreticus est, antichristus est, scismaticus est.

Xp̃s & ecclĩa nõ sũt separandi.

Deut. 27.

Ephe. 1.

Iterum dico vobis quod si duo cõsenserint, &c.

Quam timenda sit iusta ecclesiæ sententia, palã hoc verbo declarat Christus. Si duo ex vobis cõsenserint, in eandẽ sententiã ligandi ac soluendi, ierint, si cõcordibus votis idem desiderauerint, si eodẽ sensu, eodẽ animo, eodẽq; potestate dubias sententias (quo ex tẽpore surrepere solent) finierint nõ aberrabũt, nec a spiritu veritatis destituentur, quin de quacũq; re petierint, fiet eis. Petant interim, adauge nobis fidẽ supplicent patri, obseruent gratiã, deprecent iram, precentur veniã, postulent sapientiã, quicquid tandẽ petierint, fiet eis. Atq; hæc promissionis verba sunt. Quibus addit & hoc: Et vbicunq; sunt duo vel tres in noĩe meo congregati in medio illorũ sum. Hic animaduertamus, triplicẽ esse confessionis modũ. Primus in natura. Secũdus in gratia. Tertius fit simulatione Qui natura consentiunt, sunt, corpus spiritus, & qui inter hæc duo mediũ occupat locũ, aĩa. Na

Quã timẽda sit iusta ecclĩæ sententia.

Triplex cõsẽtiõis mo dus

Eccle. 13

tura eĩ hæc inter se sic cognata sunt, vt non nisi violentia, vel cótrario dissoluit queāt motu, ideſt. morte, sic omne animal sibi simile diligit, naturæ ductu, multa enĩ videmus bruta, vnde quã sibi arrideat hæc consensio, facile animaduertere licet. Apes enĩ nõ nisi mutua cócordia, vnũ ducem sequerētur. Grues quoq; habēt quæ inter eas primas obtinet, sic cætera quoq;. Deniq; & Christus, hinc colligit destructionē Satanici imperii, si inuicē dissideāt, adeo in omni re est reperiri queudã quasi genuinã conspirationē. Seruat hæc naturã in suo esse, seruat & administrat viuere deinde & operari, nihil nõ agens, quo possit id efficere, vt omnia in natura consistant, omnia in vnũ coeāt. Hinc etiam quo ad fieri potest, omnia quæ huic obsistũt, propēsioni naturali, ceu venena refugit, aspernatur, & a sese propulsat. Secunda consensio, hac multo est excellētior, multo salubrior eoq; magis necessaria, qua magis nos Deo assimiles facit, magisque in diuiuã quandã similitudinē & metamorphosim, transfert. Operatur hãc cõsensionem, fides eadem, operatur & spes, efficit tamen ac perpetuo conseruat charitas Quibus sic eõuenit, exaudiũtur, qui sic cógregãtur, in noĩe Christi cõueniunt. Inter hos medius est Christus, hos dirigit, hos moderatur, iisq; suũ spiritũ impertit. Nã in actis dicitur. erat credentiũ cor vnũ & aĩa vna. Sic non semel coacta est multitudo apostolorũ in actis apostolicis. Visum est inquiũt, spiritui sancto & nobis. &c. Sic instituere præcipit Paulus cõuentus & comitia Ecclesiæ. Quoties, inquit conuenitis, vnusquisq; vestrũ canticũ habet, doctrinã habet, lĩguã habet reuelationē habet, interpretationē habet, omnia autē vestra ad ædificationē fiãt: & Paulo ĩferius. Nõ enim est Deus dissensionis, sed pacis, vt in oĩbus cõgregationibꝰ sanctorũ doceo. Sic adacti sunt apostoli, dũ circũcisionem tollere, de carniũ esu decernere, deque aliis Mosaicæ legis oneribus disserere, contendunt. Sequuti sunt horum exemplum, patres, & Ecclesiæ moderatores, si quando ambigua obrepserunt in religiōe nostra dogmata, si scismata, si hæreses increpuerunt. Deinde ibi cõuentum est, ex cõmuni omnium decreto, pronunciatur, & quasi ex tabella recitatur sententia, a qua appellare nemini licuit, nemo etiam ni-

Act. 4.

Act. 15.

1. Co. 14.

si vel alienus, vel hæreticus, vel latum digitum mouere, ausus fuit, nam stat firmum pro eis Christi verbum. Quodcũque ligaueritis super terram. Cur ita? quia in medio eorum
Psal.132. legislator est Christus, imo, vt ita dicam, diffinitor est Christus. Hanc mutuam, adeoque diuinam conspirationem. David pulcherrima similitudine depingit, dicens. Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum, &c. Sicut vnguentum, &c Hoc vnguentum a capite Christo in barbam stillauit apostolos, dein ex hac in oram vestimenti, id est. posteros, & eos qui in horum successerunt locum, defluxit. Iam cum vnctio, hos spiritus Christi, in conciliis edoceat, quum in veritatem ducat, quum suggerat omnia, quorum nomine congregati sunt, id est, quæ ad ædificationem ecclesiæ pertinent. Impium & flagitium, patrum decreta rescindere, violare, rumpere. Ad hanc consensionem tota nos scriptura sacra cohortatur, imo & Christus abiturus ex hoc mundo, pro hac obtestabatur patrem Rogo pa-
Io.17. ter vt sint vnum, sicut nos vnum sumus. Quo colligimus eos concionatores ad Christi regnum minime pertinere, qui sectas inuehunt, qui ab vnione hac deflectunt. qui patrum decreta temerant, pessundantque. Qui enim non est
Mat.12. mecum, contra me est. Tertia consensio, hypocrisi & simulatione constat, non quod vere consistat, sed quod quandã consistentiam fingat, qualis est omnium, qui in deterius cõueniunt, de qualibus ad Corinth. sic fere habet Paulus. Il-
1.Corin.11 lud tamen præcipiens non laudo, quod non in melius, sed in deterius conuenitis. Porro, vt intelligamus hanc falsam esse & fictitiam, mox subiungit. Cum conuenitis audio dissidia in vobis esse, & aliqua ex parte credo. Conuenerunt equidem Corinthi corpore, animi vero dissidebant maximo interuallo, quando alius aliud de eucharistia sentiebat aliumque sumendi modum inuehere contendebat, igitur ad lites potius. & discordias erant illa conuenticula instituta, non ad ædificationem, quod tamen magis oportuit. Ita & Iudæi in domum Caiphe conuenerunt, sed quid inter se consultarint, Dauid multa ante sæcula expressit. Astiterunt
Psal,2. reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Coeunt equidem

ſed ad innocentis ſanguinis effuſionem. Sic & hæretici, & horum patroni, non ſemel conueniunt, corpore loco, ac dictis, ſtatuſque diebus, ſed aduerſus eccleſiæ vnitatem, aduerſus vnctos domini, aduerſus communem eccleſiæ pacem & hoc eſt in deterius conuenire Eiuſcemodi conuenticulis neque CHRISTVS adeſt, neque ſpiritus veritatis doctor præſidet. Cur ita? Quia in nomine Chriſti non conueniunt, ſed ſinguli quique in ſuo nomine, vt ſuũ dogma, hæreſimque ſtabiliant, quanta maiore poſſunt pertinacia contendũt. Tales ſolennitates atque cœtus odit deus, talia execratur conuenticula, ſpiritus veritatis. Iniqui, inquit per prophetam, ſunt cœtus veſtri. Et iterum Non congregabo conuenticula eorum de ſanguinibus. Imo hæc conuenticula diſpergit dominus, exturbat, ac confundit. Iam qui negant. Chriſtum in euchariſtia eſſe præſentem, imo qui non credũt cõuerſionem panis & vini in Chriſti ſubſtantiam qui ſacramento baptiſmi ſuam detrahunt vim, qui authoritatem eccleſiæ inuertũt, qui vnum pontificem, cæterumq; eccleſiaſticum ordinem profanant, commiſcent, quanquam vel ſenſu, ſeu etiam corpore ſeu loco congregentur, non tamen in medio eorum eſt Chriſtus. Neque igitur ſi quem ii ligant, aut ſoluant, e veſtigio is vel ligatus, vel ſolutus eſt, quãdoquidẽ ab eccleſiæ corpore proſcripti ſunt, ſuoque proprio iudicio damnati. Nihil ergo nos hæreticorum maledicta, nihil excommunicationũ fulgura, nihil anathemata permoueant. Neque enim qui extra eccleſiam ſeparatus eſt, eos, qui intus conſiſtunt, excludere, adeoque a grege dominico ſeparare poteſt. Extra enim eſt, profanus eſt, & quod Paulus ait. Satanæ traditus eſt, in interitum carnis. Quod ſi reſipiſcat, ſi intus redeat, ſi ſeſe Eccleſiæ reconciliet, iam ponenda eſt ſæuitia, ponenda offenſa, condonanda noxa. Sic fidelium eccleſiæ, ſcortorum reconciliauit Paulus, iuſſitq; vt illi condonarent. Verba eius ita habent. Sufficit iſtiuſmodi homini hæc increpatio, quæ facta eſt a pluribus, adeo vt e diuerſo magis condonare debeatis, & conſolari, ne quo modo fiat, vt immodico dolore abſorbeatur huiuſmodi, moxq; ſequitur reconciliatio. Cui vero condonaſtis aliquid, & ego condono, Hunc modum & eccleſia luben-

Quod lutheriorũ cœtibus Xp̃s non interſit,

Eſa. 1.
Pſal. 15.

Hæreticorum maledicta non eſſe metuenda

2. Cor. 2.

obseruat, imo quasi mater sese filiis offert, modo filii non degenerent, non contemnant, non dehonestent matrem.

Tunc accedens Petrus ad eum dixit. Domine quoties peccabit in, &c. Dixit nos proximo etiānum debere condonationem noxæ, qua in nos peccauit. Id enim esse misericordiæ, satis ex nobis ipsis colligere possum⁹, nostra enim omnis oratio eo tendit. vt deo supplicemus, qui deo supplicat, se miserum agnoscat. necessum est. Miseria autem omnis, aut suo, aut alieno vitio contracta est, Iam cum in multis offendimus omnes, quum nemo sit, qui aliquando non peccauerit. Peccare vero, in dei legem delinquere est, qui peccat, omnium miserrimus est, proinde si a miseria eripi si liberari velit, roget, supplicet, precetur veniam quasi indignus est, vt consequatur, nisi & ipse in alium hanc ipsam commonstrauerit. Hoc enim in precatione dominica petimus. Remitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus. debitoribus nostris. Si igitur tibi vis ignosci, si condonari noxam, si a miseria peccatorum, esto in proximum misericors, & toties esto, quoties ille peccare poterit, quoties & veniam præcatus fuerit, nisi facilitas veniæ occasionem præstet delinquendi, id si quando perpendis, cura ne sis iniuste, si misericors, ne improbis, fræna laxentur vitiorum. Hoc est, quod in sequentibus docet CHRISTVS ad quem accedens Petrus dixit. Quoties peccabit, in me frater, & dimittam ei? Septies? Nam supra dixerat dominus non esse contemnendos pusillos, esse etiam corrigendum delinquentem fratrem, præmiumq; promiserat, inquit Hieron. qua occasiōe accepta, sciscitatur Petr⁹ non perpetuo condonandum sit, aut sub certum numerum redigenda remissio, & ignoscentia. Verum, non concludit veniam, inquit Theophylactus, numero Christus, quanquā interim determinatum exprimat. Verum, id quod solet non semel scriptura, finitum & certum, pro infinito, & indeterminato, ponere tempus, & numerum, id quod hoc loci fieri certissimum est Neque enim patitur hominem, esse crudeliorem deo, qui dicit. Quotienscunq; ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor. Si non recordatur, si non imputat nobis delicta nostra deus, impium

Perpetuo proximo noxā esse dimittendā nisi facilitas veniæ occasionē præstet delinquendi

Math. 6.

Ezec 18.

est,iniquum est,nos homini reseruare iram, & a deo quærere veniam. Quod vero Petrus,vsq; septies dixit, forsan ex eo profectum est,quod in Prouer 24. dicitur. Septies in die cadit iustus,& resurgit.Et Gene. 4, Septuplum dabitur de Cain,de Lamec vero, septuagiessepties, id est, quadringentis, nonaginta vicibus, vt interpretatur Hierony. id est continue,& semper, & toto,perfectoq; corde remittendum est.Septenarius enim numerus, quum eo omnes dies voluũtur,& refluant semper, ac recidant in idipsum perfectionem significat in genere actionum, operationumque.Opera vero nostra non possunt esse perfecta, nisi ex charitate proficiscantur.Qui vero seruat iram, qui apud se iniuriam reponit, suo tempore retaliandam, non diligit neque igitur in hebdomata est, imo secundum Ioannis sententiam,homicida est,Ita intelligenda hæc verba, subindicauit Christus paulopost, in parabola serui nequam, qui vix dilationem dare voluit conseruo,cum ipse interim neque soluendo esset apud dominum, Igitur beneficium præstitum,ob ingratitudinem,& odium in fratrem, reuocans,iratus dominus,tradidit eum tortoribus quoad usque redderet vniuersum debitum. Sic & pater meus cœlestis faciet vobis,si non remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris. Igitur septuagies septem vicibus remittere est perfecto corde iniuriarum obliuisci, radicesque liuoris ex animo euellere, nec signis, nec verbis ostendere implacabilitatem,imo etiam orare pro calumniatoribus, bene mereri,bene precari omnib⁹ Dimittite, inquit Christus, & dimittetur vobis,exem. Iosuo illud cõfirmãs, qui dũ ab hostibus in crucẽ esset adactus,nõ necẽ, nõ mortẽ imprecatus est,sed inquit.Pater ignosce illis,quia nesciunt quid faciunt.Ignoscendum est ea propter etiã inimicis si Christi imitatores esse volumus,ipse enim & post hostibus,proq; inimicissimis cœlestem patrem obtestatus est, exauditusque pro sua reuerentia Fœlices,qui hoc exemplo ducti, & hosti bus inuidiæ affectibus remittunt,& eos qui male præcantur,beneficiis afficiunt.

Pu.24.
Gene.4.
1.Io.3.
Mat.18.
Lu.6.
Lu.23.
Heb 5.

Feria quarta dominicę tertiæ quadragesimæ, Euang, Matth. xv.

Genuino scripturæ seniũ vtẽdũ ad ptobaoionẽ,

ACce sserunt ad Iesum ab Hierosolymis scribę & pharisæi. dicentes. Tota hæc lectio admodum vtilis est, & cognitu pernecessaria, hoc potissimum tempore, quo omnes fere Lutherani, ad hanc, seu sacram anchoram, confugiunt, si quãdo ecclesiæ traditiones eis obiiciuntur. Quam vero eorum dogmatis suffragetur, mox dicemus, hoc principio monentes auditores. si quem scripturæ locum, ad nostra fidei roborationẽ adhibere volumus, is recta tendat oportet, in id stabiliendũ, quod probandum suscæpimus, aut euertere cõtendimus. Dein, si necessaria consequutione hinc deduci potest quanquam verbis vocibusq; non contineatur in diuinis scripturis, satis tamen idoneus erit rebus, causisq; probandis & astruendis defendendis, aut refutandis, Christi enim doctrina, non tam verba, quam spiritũ, & sensum spirat, innititur, ac incedit. Iam si in moribus quippiam damnare volumus, si inuertere recæptum Ecclesiæ vsum, si patrum decreta irrobo rare, non secus nobis agendum est, quam in iis quæ fidem concernunt, hoc est, vt ad certam loquamur regulam, eos videlicet adhibeamus locos, ad nostri dogmatis stabilitionem qui recta in hoc ipsum dirigi possint Nã vt Augustinus habet aduersus Vinçentium Donatistam, si locum accipitem adhibuerimus, nisi fidem faciemus, id quod probat aliquot scripturæ locis. vt vnus esto. In Mattheo capite vicesimotertio, aduersus pharisaicam hypocrisim. Væ vobis scribæ & pharisæi, quia similes. estis sepulchris dealbatis. &c. quã si aduersus ecclesiæ ministros torqueas, nihil minus efficies, quam fidem certam. Ex incerto enim certum colligi non potest, neq; ex inuidenti, & minus probabili demonstrari probabile & euidens. Certum autem eum locum, aduersus Iudæorum inanem religionem, & fucatam pietatis speciem, dictum nihil agitur hic nostræ causæ oberit, imo ex æquo, in aduersarios retorquebitur Qui enim hypocrisi vacat? ita & hoc loci quæstio fa

Mat, 23

cti exorta est inter Iudæorum magistros. Cur, inquiunt, discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Hanc, vt elidat Christus, omnia sua verba conuertit huc, hinc Morem citat, hinc Esaiam, hinc factum ipsum declarat. Neque Igitur in aliud quam in pharisæorum calumniosam quæstionem, certo hanc responsionem dirigere, accommodareq; possumus. Id quum verum sit, piaculũ est, huius Christi sententiæ authoritate id quod pro Christi ecclesiæq; honore gloria, aude institutum est, velle euertere, ac destruere Neque enim in seipsnm pugnat Christus, neq; sui ipsius hostis est, neque suæ (quam sibi in fide desponsauit) Ecclesiæ expugaator. Expugnaret autem, si huius authoritatem, qua decreta omnia, cærimoniæ constitutionesq; proficiscũtur, tolleret. Dixit enim alicubi. Quodcunq; ligaueris in terra, erit ligatum & in cœlis. Si id verum & perpetuum, firmumque voluit esse, nihil obsunt mandantis ecclesiæ, quæ in hoc capitulo recensentur, quæque pharisæis obiiciuntur.

Tunc accesserunt ad IESVM de Hierosolymis scribę & pharisæi, dicentes. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Non enim lauant manus suas cum ponem manducant. Mat 15

Tria in hac lectione nobis dispicienda sunt. Primum calumniosa Iudæorum interrogatio. Secundum iusta interrogationis refutatio. Tertium facti declaratio. Primum obseruabimus iuxta Chrysost. Tunc, quando videlicet plurima signa operatus est, quãdo infirmos tactu fimbriæ curauerat, accedunt primores Iudæorum, adeuntq; Christum, non simplici ex animo, sed calũnioso, quo etiam ineffabilem animi nequitiam, nulli credentem declarant. vbi maxime oportuit reuereri & credere, & dei verbo obtẽperare, hic illi insaniunt, calumnisque struunt. Cur, inquiunt, discipuli tui transgrediuntur seniorum traditiones? Nãpe, quibus præcipiunt lauaudas esse manus, antea quam cibus sumatur. De iis senioribus dicitur. Numeri vndecimo. Num. 11.
Congrega mihi septuaginta viros, de senioribus Israel, quos tu nosti quod senes populi sint, ac magistri, Penes hos consistebat summa rei, & controuersiarum, vt in Deu. 17. patet.

Deut.17 Decernebantur autem ab iis plæraque multa, quorum alia ad legis faciebant impletionem commodiorem, de quibus eodem capite dicitur. Facies quæcunque dixerit, qui præsunt loco, quem dominus deus tu' elegit, Alia vero, eo tendebant, vt legem subuerterent cœlitus datam, id quod in eodem libro. 4. c. prohibetur. Non addetis ad verbum quo loquor, nec auferetis ex eo. Addunt qui ea commentantur, quæ legi aduersantur, quale erat hoc quod Christus pharisæis hoc loci exprobrat. Irritum fecistis mandatū dei, propter traditiones vestras. Addititia etiam ea sunt quāquam legi non aduersentur, multo tamen solicitius exigebantur a pharisæi, quam dei man data, quale erat, lotis manibus cibum sumere, In iis enim obseruantiunculis admodum erāt superstitiosi pharisæi. Matth. 23 Decimatis mentum, & anethum, & ciminum, & relinquitis quæ maiora sunt legis, iudicium, & misericordiā, & fidem, Obserua hoc loco non damnari decimas, vt falso autumant hæretici, sed ostendi, vtrum alteri, præferendum. Sic & in præsenti euangelio, ea seniorū, institutio non plane damnatur a Christo, sed magis declaratur, quod potissimū a nobis exigat deus, Id est, cordis munditiam, id quod mox audiemus. Igitur hæc traditio si diuinis mandatis præferatur, impia est, ahominabilis & prorsus exterminanda, planeq; respondendum iubenti, oportet obedire deo magis, quam hominibus. Rusticitatis enim est, & inciuilitatis non lauare manus, ante aquam comedas, impietatis vero, & crudelitatis, non succurrere parētibus inopia ac penuria, grauatis, id est, quod secundo loco subindicat Christus. Ipse autem respondens, ait illis. quare & vos transgredimini, &c. Clauum hic clauo pellit, iniustam, & calumniosam iuterrogationem vera & iustissima responsione elidens. Quare, inquit, vos propter traditiones vestras. Manifeste licebit hic colligere, eas traditiones aduersus dei legem æditas, quas eis improbrat Christus, id quod hisce verbis aperit. Quare & vos transgredimini mandatum dei, & cætera, Quasi diceret. Dei mandatum æternum est, perpetuū, ac firma sanctione stabilitum, neq; vllis humanis legibus comparandum multo minus subiiciendum, & corrūpendum. Eo tamen impu-

Varia leniorū Iudæorum decreta.

Deu. 4

Qui dicātur sacræ scripturæ aliquid impie addere

Matt. 23

Act. 5.

dentiæ euasistis impii Iudæorum Scribæ & pontifices, vt huic audeatis vestra figmenta,& decreta,a vobis, id vestrũ quæstum augendum, excogitata præferre, maiorisque authoritatis,& momenti facere. Laborabant enim fere semper hoc morbo Pharisæi,vt sibi,suisque commodis consulerent, hic toties in prophetis auaritiæ arguuntur. Esaiæ decimo. Væ qui condunt leges iniquas,& scribentes iustitiam scripserunt,vt opprimerẽt in iudicio pauperes,& vim facerent causæ humilium populi mei. Et item Hieremiæ octauo. Vere mendacium operatus est stilus mendax SCRIBARVM. Confusi sunt sapientes,perterriti,& capti sunt. Quia a minimo vsque ad maximum omnes auaritiam sequuntur,a propheta, vsque ad sacerdotem,cuncti faciunt mendacium. Item vitium in Matthæo obiicit eis Christus. Intus plene estis rapina & immundicia. Omne enim studium huc contulerant, vt miserum popellum exhaurirent, ac pecunia,nũmisq;,deniq; omni supellectili,nudarent. Testatur id apertissime Michæas.3. Qui comederunt carnes populi mei,& pellem eorum desuper excoriauerunt, & ossa eorũ confregerunt,& cõciderunt sicut in lebete, & quasi carnem in medio ollæ. Non enim suffecerat spoliasse subiectum gregem,sed corpora etiã afflixerunt duro imperio,vel vt per hyperbolam dicantur excoriare populum interere ac confringere carnes in olla feruente,qui omnem substantiam subditorum exhauriunt,idq; sanctitatis ac pietatis prætextu. Igitur toties in prophetis præuaricatores diuinæ legis vocantur,toties adulteri & filii abominationum ac scortationũ. Adulterinis enim dei legem, adinuentis & glossematis,cõtaminabant,id quod vel hac lectiõe cõstat:

Esa.10. Hiere.8. Mat. 23. Mich.3

Nam DEVS dixit. Honora patrem, & cętera.

Præceptum hoc Exod. 20. euulgatum est, confirmatum, & Deuterono 5. & toties per prophetas & Apostolos repetitum. Quod Ephesi.ita habet PAVLVS. Honora patrem & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione,vt bene sit tibi,& sis longæuus super terram. Honor vero, secundum Hieronymum, non tam in salutationibus, quantum eleemosynis & munerum oblatione sentitur. Honora,inquit Apostolus, viduas, quæ vere

Exo 20. Ephe.6. Honor po

tius

p'pono, quã saluta tiõe accipitur. viduæ sunt,& p̄sbyteri duplici honore honorandi sunt, maxime qui laborant in verbo & doctrina DEI. Hic honor donum intelligitur Honorat igitur parẽtes, qui eorum inopiam, sua opera ac beneficio releuat, siquidem indigeant Alioqui si omnia eis suppetant, audient ex Paulo. Non debẽt filii parẽtibus, sed parẽtes filiis thesaurizare, si egeant vero, iam non tam diuino præcepto, quam natura duce debes illis, quatenus tibi facultas suppetit, opẽ auxiliumq; præstare. Ad eum modum diuus Hieronymus hunc locum enarrat, dicẽs Præceperat dominus vel imbecillitates, vel ætates, vel penurias parẽtum considerans, vt filii honorarent, etiam in vitæ necessariis ministrandis parẽtes suos. Hanc prouidẽtissimam DEI legem volentes Scribæ & Pharisæi subuertere, vt impietatẽ, sub nomine pietatis inducerẽt, docuerunt pessimos filios, vt si quis ea quæ parẽtibus offerẽda sunt, DEO vouere voluerit, qui verus est pater, oblatio domini præponatur parẽtum muneribus, vel certe ipsi parẽtes, quæ Deo consecrata cernebant, ne sacrilegii crimẽ incurrerẽt, declinantes, egestate conficiebantur. Vos autem dicitis. Ad eum modum docebã loqui filios parẽtibus. Quo metu sacrilegii terrerẽtur ab iis quæ videbantur, tẽplo destinata. Mun⁹ quodcũq;. Sẽsus est, Donarium, quod ex me vẽturum sit in Corban, hoc est in gazophilacium tẽpli, id totum consumitur in tuos vsus, tibiq; iuuando impẽditur, vel certo, tibi non minus, quam mihi proderit. Quandoquidẽ Deo dicatum ac destinatum est, vt si pecuniam, aut agrum, aut ouem parentes penuria ætateque confecti, petant a filio, ne deesset negandi prætextus, filius a Pharisæis male edoctus, fingebat hanc ouẽ DEO, tẽplo quæ destinatam, ea propter nefas esse volebat, hanc in priuatos vsus asserere. Itaq; bis offẽdebant in pietatẽ, semel quod fingebant DEO offerri, quod in luxum cedebat sacerdotum, fraudato & tẽplo, & DEO. Deinde quod opẽ debitam, & parẽtibus necessariam, detrectactabant reddere. Itaq; nec Dñ, nec parẽtes honorabant filii, sed potius ansam præbebant Pharisæis & põtificibus licẽtius de altari viuẽdi & luxuriandi, quod malũ omnium est flagitiossimum. Aliorum[q]ve nutrire vitia.

1. Tim. 5

2. Cor. 12

Irritum fecistis mandatum Dei,& cætera.

Satis conspicuum est,quas traditiones hic condemnet Christus. Nempe quibus dei lex abrogatur,quales fuerunt eæ,de quibus dictum est, vt dicerent filii parentibus. Donarium vobis conferendum,deo iam destinatum, hacque ratione volebant se absolutos,a Dei mandato,id quod falsum esse ostendit Christus. Aduersus huiuscemodi traditiones & Paulus sæpe disputat,ad Ephesios & Coloss.& in aliis itẽ. Quo colligimus nihil hæc verba Christi, in Ecclesiæ Decreta pugnare. Quandoquidem, quæ ab ecclesia Catholica euulgatæ sunt sanctiones,eo tendunt,vt Dei lex perfectius obseruetur,vt Christiana pax nullis sectis dogmatis peregrinis interturbetur,sed concordes inuicem sinens, deinde vt corporis petulentia refrenetur, spiritus liberrime regnet,atque deum, interiore. exterioreque cultu colat, eo fere omnia patrum decreta,omnes cærimoniæ,omnes constitutiones, de esu carnium, de feriis sacris, de laudando deo deque ministris verbi, tendunt,quæ omnia si abrogata,hac Christi sententia,atque inuersa dixerimus, erunt & illa, quæ Paulus de psallendo,de vælandis mulieribus, de designãdo Episcopo,abrogata. Itemque quæcunque tandẽ ab Apostolis ædita sunt,acconcredita soluendi & ligandi authoritate sancita,cassata.Id dicere,ex eo colligitur esse falsum,quod Paulus præcipit Thessalonicensib. State & tenete traditiones,quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram.Et item ad Corinthios. Laudo vos fratres quod per omnia mei memores estis,& sicut tradidi vobis pcepta mea tenetis.Ob id etiam Act.15.Dicitur.Perambulabat autem Syriam & Ciliciam confirmans Ecclesias, præcipiens custodiri præcepta Apostolorum & seniorum. Iam si Pauli traditiones,si Apostolorum præcepta sunt seruanda,impium est,piaculum est,Ecclesiæ vniuersalis violare ac temerare decreta,cum ex eadem & potestate, & authoritate proficiscantur. Eadem enim est potestas, eadem & ligandi,soluandi authoritas Ecclesiæ huius temporis, & eius quæ tempore Pauli fuit,ad similes igitur casus,caussasque adhibenda. Neque enim in solis apostolis residebat ligandi,soluendique potestas, alioqui Christus non dixis-

Quos hominũ constitutiũculas Xps ĩ euãgelio abrogarit.

Coloss.2

Sãctiones ab ecclia euulgatæ ad quid tẽdant

2. Thess.2

1.Cor.11

Act.15

Mat.24 ſet. Non præteribit tuis niti ſunt tibi filii, Conſtitues eos,
ps.44 &c. Vt igitur Euangelium ad finem ſæculi durabile eſt, ſic & miniſtri, ita & poteſtas ligandi ac ſoluendi At vero quod ligabunt, ligna ne an cucurbitam? Certum eſt, nihil fruſtra, ne iota quidem, a deo euulgatum, multo minus hæc poteſtas fruſtra erit concredita, fruſtra vero ac inanis eſſet, ſi quæ decerneernt patres, Maioreſq; noſtri ſancirent, pro cuiuſuis arbitratu ſolui ac rumpi poſſint. Non igitur hæc decreta damnat Chriſtus, quæ ab eccleſiæ primoribus prodierunt, ſed magis ea quæ in Eccleſiam peccant, quæ verbo dei aduerſantur, quæ ſub prætextu pietatis impietatem inuehunt, Cæterum, ne plus nimio ſibi ablandiantur, iis noſtris dictis, ſacerdotes & Epiſcopi, quaſi quaſlibet eorum traditiones, quoſlibet ve abuſus aſſerere velim, notantur hac Chriſti ſententia interim omnes, qui hominum placita, diuinis legibus præferunt, quales ſunt, qui ſe ueriſſime animaduerterunt in tranſgreſſores legum pontificiarum, & imperialium, ſegnius vero in eos qui in charitatem proximi peccant, qui Dei Eccleſiam contemnunt, qui publicis vitiis totam Rempublic. contaminant, vt ſunt hæretici, ſciſmatici, ſcortatores, adulteri, ebrioſi, &c. Secundo, adduntur & plærisq; ſacerdotum, ac monachorum aliquot pars: potiſſimum vero qui a confeſſionibus ſunt populi Chriſtiani, quorum conſilio teſtamenta, in vſus perditiſſimos, adeoq; in luxum aliquoties ſacerdotum transferuntur, fraudatis interī & liberis, & veris hæredibus, & pauperibus Chriſti, quorum curam negligere impietatis eſt.

Contra quoſdā ecclīaſticorū abuſus

1.Tim.5 Qui enim negligit domeſticos ſuos, fidem negauit, & eſt
Ephe.5. infideli deterior, inquit Paulus. Et iterū Nemo carnē ſuam odio habuit vnquam. Tertio, adde & eos, qui ſacramentorum pro miniſtratione, proq; nubentium benedictione, pro ſepulchris, exigunt, extorquent, modo pecunia, modo alia ſupellectilē domus, idq; prætextu cuiuſdam conſuetudinis
Mat.10. vætuſte, Quos ſimul vno verbo dānat Xp̄s. Gratis accæpiſtis, gratis datæ. Ex hoc numero fuerūt ii, de quibus ad Phi
Philip.2. lip.2. Omnes quærunt quæ ſua ſunt, qui exiſtiment quæſtū eſſe pietatem, quorum voraginem & iura pontificia adeo proſternunt, ac obſtruunt, vt eam conſuetudinē corruptelā

perniciosam vocitent, eoq; stirpitus euellandam citius, quo nocentior est, quoue perniciosior, Tanto enim grauiora sunt crimina, quanto diutius infelicem animam tenent alligant. Quarto in hunc ordinem relegantur religiosi plærique qui patrum placita sic admirantur, sicque attollunt, vt grauiore sit apud mutos pœna afficiendus frater, qui silentium soluerit, qui genu altero solũ inclinauerit qui vtraque manu poculum non gestauerit, quam si fratrem odio, si liuore, si maleuolentia prosequatur, in quos vere dicitur, Irritum fecistis mandatũ. Dei, propter traditiones vestras. Quanto satius esset, eiuscemodi homines perpendere, suis votis se non eximi ab Euangelica perfectione, ab operibus misericordiæ, sed magis magisque obstringi. Euangelicæ autem perfectionis est, ea maxime curare, & primó loco ponere, quæ interiorem hominem formant atque componunt, tum iuxta Christi præceptum, quod foris est paropsidis mundare Labes enim animi, expurgandæ sunt non corporum, nisi quatenus honesti ratio expostulat. Atqui obiiciet quispiam, religiosum, hac obstringi sententia, irritum fecisti mandatum Dei, propter votum, quo se inuitis parentibus (qui necessitate famis premũtur, id quod in Dei legem visus est fecisse) addixit. Temerandum igitur votum, vt Dei mandato obœdiat. Honora patrem & matrem Respondeo, posse quidem hac sententia eum obiurgari monachum, qui parentes in necessitate constitutos perpendens, hos neglexit, hos que per certi ordinis ingressum sua ope fraudauit, si aliunde non suppetebat victus, & alimenta, hoc est, ab aliis liberis, ab amicis, Hic quid destituit parentes, quanquam malefecerit, non tamen illi liberum est, rescindere hac ratione vota, quæ Deo, non homini, neque certo, sed perpetuo tempore sunt reddenda. Potest quoque idem ille quisquis est, vbi superioris accesserit voluntas hactenus, quatenus sibi permittitur, parentibus in necessariis rebus succurrere. Sin vero parentes locupletes sint, dum se certo instituto addicit, nihil moretur futuram inopiã, sed agat id quod illi spiritus. Christi suggesserit, sic legimus Iacobum & Ioannẽ relictis retibus, naui, & patre

De cõsue. c. quarto.

Questio vtrũ quis ob tempo ralẽ parentũ necessitatẽ religionem egredi possit.

Mat.40 secutos Christum. Ita & Christus quidam respondit, cupienti parentibus inseruire, Dimitte mortuos, sepelire mortuos suos. Eo tendit, quod, qui patrem qui matrem, qui filios, qui vxorem dimittunt, centuplum, vitamque æternam audiunt a Christo promitti. Quisquis igitur voto sese monastico addixit, sic se debet parentibus, vt magis Deo. Iuxta illud: Vouete & reddite. Et item: Quodcunque voueris, redde, Redditio autem voti, cum ad primam legis tabellam pertineat, parentum obsequiis antefertur maxime si citra Dei iniuriam, citraque voti transgressionem, nequeas exoluere, neque parentibus operam tuam impendere Debeo progenitoribus corpus, debeo multo maxime Deo meo & corpus & animam, cui hæc ipsa consecraui in monastice Honorandi igitur sunt parentes, præferandus tamen creator, sic filius familias propter vxorem, relinquet patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ. Id cum verum sit, potest idem monasterium intrate, etiam reluctante patre, si modo supersint alii, quibus nutriantur parentes, liberi. Proinde, quanquam Christus impietatis arguerit pharisæos, non tamen vetuit illis quo minus obediamus, sed quid ait? Hæc oportet facere, & illa non omittere, hæc scilicet, quæ diuina lege sancita sunt, oportet exequi, rebus, factisque præstare, illa vero non omittere, quæ quasi importabilia imponuntur subditorum humeris. Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Esaias &c. Monstrauit dominus pharisæos indignos, qui accusarent transgredientes hominum mandata apostolos, quandoquidem ipsi Dei legem destruerent, rursus hoc ipsum ex propheta commonstrat, eos hypocritas compellans, idque æquissimo iure, nam prætextu pietatis, hisque terque in pietatem offendebant. Is enim hypocrita est, qui aliud in corde gestat, aliud externe fingit. Animus auaritiæ æstibus ardebat, scatebat libidine, ambitione arrogantiaque turgebat, odio discruciabatur in Christum, eoque fiebat vt merito hypocritæ sint appellati pharisæi, quorum in mente aliud, aliud in opere versabatur. Mente corrupti erant, & sepulchris adsimiles, dum interim factis præclaris renitescerent. Hoc enim est esse hypocritam. Proinde locus qui adducitur sic

Marginal notes: Mat.40 — Mat. 9 — Matt. 19 — Psal.75 — Eccle.5. — Gen. 2 — Ephe.5. — Mat.23. — Hypocrita quis dicẽdus.

habet in Esa. Eo quod appropinquat populus iste ore suo, Esa. 29
& labiis suis glorificat me, cor autem eius longe est a me.
& timuerunt me mandato hominum & doctrinis, ideo, ecce ego addam, vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupendo, peribit enim sapientia a sapientibus eius, & intellectus prudentium eius abscondetur. Hieronymus obseruat Apostolos & Euangelistas non semper ad verbum, & iuxta Hebraicam veritatem testimoniis scripturarum vsos, sed magis sensum secutos, sic citasse, vt suo instituto commodabant. Tendunt autem hæc verba recta in Pharisaicam deuterosim, iactabant Pharisæi religionem Dei, verbo quidem, re autem, ab ipso Deo, longo interuallo distabant. Tales sunt qui iisce temporibus iactant Euangelium, re autem ipsa procul absunt ab Euangelico spiritu, adeoque ab Euangelicis moribus. Sic ĩ molesti sunt battalogia sua, Deo videlicet noctes atque dies supplicantes, cum interim non in id curent, vt correctum sit, vt mundum, & vitiis expurgatum sit, quo præcipuo colitur Deus. Qui fideliter Deo supplicare voluerit, qui impetratum iri cupit, quod precatur, principio secum pensitet, ex quo fonte ebulliat oratio, ex qua radice propagentur fructus, deinde facillimum erit, imo & saluberrimum labiis, operibusque deo obsequi. Cultus enim est duplex, vt sæpius testati sumus. Alius est internus, qui fide & charitate cõstat, quo & Deo credimus, & in ipsum affectus propensiori... imus, de quo Ioannis quarto. Veri adoratores adorabunt in spiritu & veritate. Hæc forma est atque regula externarũ cæremoniarum. Alios est cultus externus, qui fit dum genua flectimus, dum manus, oculosque ad Deum leuamus, dum proximo succurrimus, dum opem in necessitatibus ferimus. Sic Christus prostratus in terram, adorat patrem, sic Anna noctes atque dies versatur in templo, sed & vidua duo æra mittit in gazophylacium, & omnibus præfertur Pharisæis. Hic cultus cum ab interno diriuetur, sanctus est, pietas est, Deoque gratissima seruitus, neque igitur, hic inanis est, neque frustra impenditur, si adsit viuificans spiritus, & fides per charitatem operans, Hoc viuificante spiritu caruerunt Pharisæi hinc sugillan-

Duplex Dei cultus

Io 4

Luc 2

Ibidem 21

Mar. 12.

tur a Christo. Hic populus labiis me honorat, &c Sugillantur & complusculi sacerdotum & monachorum, qui templa vocibus quidem replent inanibus, sed cum non adsit mens, cum in diuersa raptus sit animus, nihil hinc meriti reportant, imo hypocritis admodum adsimiles sunt. Hos reuo-
Esa. 40. cat propheta ad cor. Præuaricatores redite ad cor. Et Pau-
Eph. 5. lus: Cantantes & psallentes in cordibus vestris domino. Perit a talibus sapientia, perit & fides interit & vera religio, hinc multis probro sunt & admirationi. Quod vero addit,

Timuerunt me mandato hominum, & cętera.

Vel vt Euangelista habet, sine caussa colunt me, id est, frustra, & sine vllo fructu. Nihil enim mercedis hinc illis spe-
Mat. 6. randum est, vtcunque in speciem me colere videantur. Simile quid habes. Matth. 6. Amen dico vobis, recæperunt mercedem suam. Cur ita? Quia omnia opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus. Cæterum, notabimus breuibus tria genera hominum, qui humanis viuunt mandatis. Pri-
Tria gñ͠a hoīm qui hũanis viuũt mãdatis. mum eorum est, qui hominum decreta, diuinis legibus æquant, adeoque in suum quæstum vtũtur, posthabito Euangelio, quales sunt, qui sacerdotia emunt, qui sacramenta vendunt, consuetudinis cuiusdam prætextu est & reperiri in monasteriis plærosque, dum paciscuntur cum ingressuris, non secus, quam si agrum aut equum conducere, vel locare vellent Ad hanc cohortem referuntur & Episcoporum officiales (vt vocant) qui in profanis caussis abutũtur gladio spiritus, id est fulgure excommunicationis, & reliquis Ecclesiasticis censuris. Eodem laborant morbo principes profani, qui grauius in eos animaduertũt, qui plebiscita, qui ius gentium, qui municipalia transgrediũtur quam
Mich. 7 qui adulterat verbum Dei, hæretici. Secundum illud: Princeps postulat, & index in reddendo est, vt qui vectigalia exigunt, qui multa onera suis imponunt, quibus & carnem & lanam detrahũt, sic qui naufragium passis, afflictionem addunt cuiusdam consuetudinis prætextu. Sunt innumera alia, quæ huc referri, facillimum esset. Secundum genus est eorum qui hominum placitis in Euangelii commodum vtuntur quales sunt, qui ieiunia certo tempore indicta, ad hoc obseruant vt in seruitutem spiritus redigatur, caro, sic

qui septies in die laudem dicunt Christo, qui, ne in verbo offendant. Euangelicum silentium obseruant, nam de omni verbo ocioso reddenda ratio est. Nihil illis oberunt ecclesiæ præcepta, quanquam carni & sanguini intolerabilia videātur. Proinde hi sine caussa, non metuunt Deum Subest enim iustissima caussa, id est, authoritas maiorum vtilitas reipublicæ, & propriæ salutis ratio. Hæc ob oculos ponunt, eoq; mandatis obsequuntur humanis. Tertiū genus eorū est, qui ea præcipiunt, quæ palā in Dei verbū peccant qualia fuere traditiunculæ illæ de quib⁹ Paulus ad Coloss. Ne tetigeritis, ne gustaueritis, neq; cōtrectaueritis, quæ sunt. omnia in interitū ipso vsu, secūdum præcepta & doctrinas hominū. Ad hunc ordinem reuocantur & ea præcepta, quibus Pharisæi filiis imponebant, vt nonnihil suo quæstui accederet, quæ certe non tam inania, quam impia erant. Qui nobis einsce modi imponere vellent, iis respondendum esset, obædire oportet magis Deo quā hominibus. Verū ad hunc numerum ecclesiasticæ constitutiones non referuntur.

Coloss. 2.

Act. 5.

Conuocatis ad se turbis dixit. Audite & intelligite quia non quod intrat in os, &c. Hoc est quod tertio loco obseruabimus, facti declarationem scilicet. Nā patrocinatur innocētibus discipulis. Christus, eo quod omnibus palam declarat, quæ ea sint quæ suapte natura hoīm animos mentesque inquinēt ac commaculent non quod intrat in os coinquinat seu communicat hominem, ita enim legit Hieron. Hoc vno sermone, omnis superstitio Iudaicarum obseruantiarum eliditur, qui in delectu ciborum, in variis item baptismatibus suam religionē collocabant, id est, in externis illis laruis, quæ per se quidem non reddunt nos obnoxios peccato, maxime sub Euangelio, quo innotuit veritas, quæ hacten⁹ in legis occidēte litera, delituit. Obserua hoc loco, verbū excōmunicat, iuxta Hiero proprie scripturarū esse, & latino sermone nō teri, sed magis ad Iudæorum populū accōmodari, Existimabāt enī eos cibos esse cōmunes i. impuros. a quibus illi authore Mose abstinebāt. Sub per illā carnē, ostreas, lepores, & istiusmodi animantia quæ vngulam non findunt, quæ cæteris quidē hominibus qua-

Oīs superstitio Iudaicarum obseruationū eliditur.

si a Deo alienis permissa erant. Iudæis vero quasi in partẽ domini selectis vetita. Verum ipso sui vsu sunt in interitum, sublatus enim est eiuscemodi ciborum delectus Christo authore Hinc in Actis. Petro dicitur: Quod deus sanctificauit, tu ne commune dixeris. Et Paulus. Nihil reiiciendum, quod cum benedictione dei accipitur. Et, Omne quod venit in macellum, edite. Secundum notandum, cibum quidem suapte natura nihil officere animo, neque imputare (vt ita dicam) conscientias nostras siquidem cum gratiarũ actione sumatur, verum, qui cum offensione infirmæ conscientiæ edit, audiat quod PAVLVS pronunciat. Si esca scandalizat fratrem meum non manducabo carnes inæternũ. Et Christus Si oculus scandalizat te, erue eum. Sic qui ad idolorum gratiã ederet: vtique offenderet, sum etiam ob noxius peccato redderetur. Sic qui aduersus ecclesiæ decreta quolibet tempore quouis cibo vtitur. offendit, impingitque in ecclesiam, quam Christi audiendam omnibus Euangelistis & ipsi Paulo prætulit. Huius cibum nos damnamus cum Tacianis, sed animi procacitatem, quæ soluit trãsgrediturq; præceptas ecclesiastici Ieiunii regulas. Si enim melior est obedientia quam victima, multo etiam præstantior est quam cibus qui in secessum emittitur. Præferẽda igitur obedientia delectui ciborum, nisi vel necessitas externa vel imbecillitas, vel aliæ circunstantiæ aliud exegerint, hic enĩ dispẽsat & charitas proximi, & malorum authoritas, quibus dicitur. Quodcunq; ligaueritis super terrã, &c. Certum enim est si discipuli Antiochenses prohibitis cibis vsi fuissent non cibus, sed inobedientia in culpa fuisset. Si qui aduersus ecclesiæ sanctiones vescitur quolibet cibo, quibuslibet diebus, nõ cibus sed animus in culpa est Nihil huic sup petunt. Christi verba. Non quod intra in os, & cetera.

Act. 10. | 1. Timot. 4. | Cibus suapte natura animo nihil officit. | 1. Cor. 8. | Matth. 28 | 1. Reg. 15. | Matth. 18.

Tunc accedentes discipuli eius dixe. Scis, &c.

Adeũt magistrum discipuli, nõ fucato animo, sed syncero, nempe humili, & ad disciplinam idoneo. Metuunt scandalũ Pharisæorũ, id est offensionẽ. Est enim scandalum offensio, quæ dicto factove fieri potest, qua alius, id est, infirmior impingit, sumitq; ruinæ occasionẽ. Tale quid in Christo esse non potuit. Neque enĩ ea gessit, neq; dixit, quib' in

Scandalũ quid.

stã arriperẽt mali offensionis ansam. Quanquã interĩ nõ semel multa videretur in Mosen dicere, tum etiã facere, quæ ab aliis, loco scandali habebãtur. Hinc dicunt. Non est hic homo a deo, qui sabbatũ nõ custodit. & iterum. Ecce homo vorax. Publicanorũ amicus, potator vini. Hic fiebat vt esset illis in ruinã ipsissima veritas. Nã id olim prædixit Esa. vt multis esset futurus in lapidem offensionis & petram scandali, in laqueum & ruinam. Et offendent ex eis plurimi, & cadent & conterentur, & irretientur & capientur. Sic impegerũt Pharisæi in Christi verbũ, sic capti & irretiti sunt. Neq; igitur illis scandalo fuit aliud, quã propria temeritas & impudens cæcitas, qua verum intelligere aspernabãtur. Est aliud quoddam scandalum, quo quis alteri occasionem ruinæ præbet, id quod peccato fit mortali. Nempe dum apud infirmas consciẽtias, scurrilia quis aut turpia prosequitur, quibus & animi & egregii mores corrumpũtur Sic dũ religiosius frequẽtior est apud mulierũ choros, quã virorũ, dũ Episcopi ea agunt quæ palam canonicis regulis, ordini ac officio, cui præfecti sunt, aduersantur. Incidunt in idẽ malũ & sacerdotes, dum mulierculas domi quãlibet propinquas, fouẽt, in scandalum ecclesiæ, dum tesseris, aleis, in confesso bonam temporis partem perdunt. Obiurgat hos Christus, Si pes, si manus, si oculus scandalizat te & cæt. Væ homini per quem scandalum venit. Atille respondens ait, Omnis plantatio, & cęt. Hoc nomine quodlibet dogma designatur, quod non plantauit pater cælestis, id est, quælibet adinuenta, diuinis legibus ex diametro pugnãtia qualia fuerunt Pharisæorum placitã, qualia sunt & Philosophorum & hæreticorũ figmenta, quibus nituntur suum virus inuehere simplicitati credentium, de quibus Sapientiæ quarto Adulterinæ plantationes non dabũt radices suas altas, nec stabile firmamẽtum collocabunt. A vento omnia cõmouebuntur, fructus eorum inutiles & acerbi ad mãducandum. Sic eradicata est Arrii hæresis, sic Ennomii. Sic quoque Ioannis Huyss vvyklefi quorũlibet hæreticorum sterilia semina vix dum nata interierũt Neque enim radices figere possunt, quæ extra ecclesiam ortodoxam iaciũtur, Est & alia plantatio optima, quam pater cœlestis intra ec-

Ioan 9. Matth. 11. Esa. 28. Mat 15. Sapien. 4

elesiam cordibus fidelium inseuit, hæc ad finem vsque durabit, si modo accedat propria hominis voluntas, si semen in se suscæptũ fouerit, si rigauerit sæpius, si fimo stercoreq; pastinauerit. De qua Esa. 17. Plantabis plantationem fidelẽ, & germen alienum seminabis. Et manifestius. 61. Postquam annum domini placabilem descripsit. addit. Et vocabuntur in ea fortes iustitiæ, plantatio domini ad glorificandum. Ita PAVLVS, Plantaui, inquit, Apollo rigauit. Deus autem incrementum dedit. Quodlibet enim dogma PAVLI, quælibet item apostolorum decreta, quælibet pontificum pro communi vtilitate, proq; dei gloria, sancitæ constitutiones, plantatio domini sunt. Dicitur enim Hiero. 1. Ecce constitui te super gentes & regna, vt euellas & destruas & ædifices & plantes in nomine domini, &c. Sic plantauere sancti viri varia instituta, alius aliud, in eodem tamen ecclesiæ agro, idem præterea innitentes fundamento Christo. Neque aliud fundamẽtũ quã hoc ipsũ iecerũt, quãquã interĩ alius altero propius huic accesserit. Ea propter non sunt eradicandi, qui monasticem instruerunt. Alioqui eradicandus esset & Christus cui innituntur, euellendi tamen stirpitus, qui hanc emoliri pergunt hæretici. Sinite illos cæci sunt. Cæcitas hæc in mente est, qua plæriq; multi, perinde atque Pharisæi, occæcati adeo sunt, vt inter lepram & non lepram discernere nequeant. Esa. Speculatores eius omnes cæci. Hoc morbo nihil est periculosius, si Grego. credimus. Cum enim pastor per abrupta vitiorum graditur, necesse est, vt grex in præcipitiũ ducatur. Et Bernard. Ridiculosa res est. imo magis periculosa. Speculator cæcus, doctor iscius, præcursor claudus, prælatus negligens, præco mutus maxime vero omnium periculosius est, habere prælatum, qui magistrum fatetur se esse ignorantium. ac ducem cæcorum, cum ipse interim hæresis labe infectus sit, is enim non tam moribus, quam doctrina nocet, qua peste nihil nocentius esse potest ecclesię dei. Quorum e numero fuerunt Iannes & Membres, & qui hos sequuntur. Oecolampadius, Zuinglius, & omnium antesignanus Lutherus, veritati resistentes, homines mente corrupti, reprobi circa fidẽ. & paulopost, Mali autem homines & seductores proficiant in peius erran-

Marginalia: Esa 17. — 1. Cor. 3. — Plantatio dñi, q̃ sit. — Hier. — De ducatu cæcorũ — 2. Tim. 3.

tes,& in errorē mittentes Tales submouendi sunt,ne multos,suis pestiferis dogmatibus,inficiāt. Quoniā inquit dominus in Osee. Tu repulisti scientiam, & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Scientiam intellige mādatorū dei,legis diuinæ,Euangelij Christi,sacramentorum quoque & sacrarum religionū Nōne execrabilis est ignorātia, non nosse quid sit Christus,quæ energia sacramentorū,quę peccatorū differētia,qui Eucharistia,quid sacerdotiū ipsum, quo suffultus es? Atqui omnes hic impingunt hæretici, dū alius alia de eucharistia,alia de expiandis manibus,alia de Pontificis authoritate grunnit. Cæci igitur sunt, & duces cæcorum. Proinde sinendi.i. cauendi. Sic & Paulus. Hæreticum hominē post vnā atque alterā corruptionē deuita. Et Christus,Attendite a falsis prophetis,&c. deplorat hoc hominū genus & Hiere. Propter peccata prophetarū eius, & iniquitates sacerdotū eius,qui effuderūt sanguinē iustorū deuorātes videlicet domos viduarū, errauerūt cæci in plateis,polluti sunt sanguine id est, permisit deus oriri hæreses,increscere zizania,irrepere sectas, quib⁹ hoīes excæcantur.& longo interuallo a deo recedunt adeoque in foueam non tā erroris noxii,quā æterne damnationis prolabūtur.

Osee.4.
Titū.3.
Thre.4.

Respondens autem Petrus ait. Edisce nobis parabolam,& cętera. Non erat parabola, quod aperte & sine mysterio dictum est. Iuste igitur Petrus obiurgatur a Christo, Adhuc & vos sine intellectu estis?

Nonne intelligitis,quia omne qđ intrat in os.

Scripturarum more vniuersali, pro indefinita,vtitur Sicut ibi: omnes declinauerunt, non est qui faciat bonum. Item & ibi. Omnes maledicunt mihi. Et,ibat ad eum omnis Hierosolyma, id est,quamplures maledicunt, & exibant, vt sit hyperbole. Quemadmodum & hoc loci. Non omne quod intrat in os, in secessum mittitur, sed plærunque conuertitur in substantiam rei alitæ, diffundens sese per occultos meatus,per q; venas, & poros,vt in succulētia corporis cōuertatur, fit enim puri ab impuro separatio, deinde decoctio,ac postremo cōuersio in substantiā rei alitæ Neq; igitur arguendus est Christus ignorationis phisicæ, Quan-

Psal 13.
Hiere.15.
Matt.3.
Quō cib⁹ ī substātiam aliti cōuertatur.

doquidem non statuit hic disserere, de alimenti in substantiam conuersione, quum illud phisicorum sit, sed potius ostendere ex vniuersali loquutione, nihil obesse cibos quoslibet, animis, si cum puritate conscientiæ sumãtur, si nõ in contemptum ecclesiasticarum constitutionum iis vtamur.

Quę autem de corde exeunt, ea communi. &cę.

De corde vero exeunt cogitationes, & cætera.

Cor oĩm diligẽtissime custodiẽdum. Hoc est, quod potissimum curare debemus, hoc est, quod iustificare, quod obseruare quã diligentissime oportet, cor videlicet nostrum, secundum illud Prouer. 14. Omni custodia serua cor tuum. quoniam ex ipso vita procedit. Labes igitur cordis non manum (quæ nihil obsunt) tergendæ, sunt huchuc respicere debuissent pharisæi non ad externum illum cultum, quo apud homines nitebant quidem, cum interim apud deum, vt menstruatæ mulieris pannus, fœterent. Igitur Hiere. Laua a malitia cor tuũ Hierusalem vt salua fias. Et expressius in Matthæo Christus. Munda prius quod intus est calicis ac paropsidis, vt fiat & id quod deforis est, mundũ. Mũdatur cor fide. Act. 1 Fide purificans corda eorum, mundatur & eleemosynarum largitione. Date eleemosynam, & omnia munda erunt vobis Mundatur & spiritu dei, Cor mundum crea in me deus inquit Dauid. Et Iohel Effundã de spiritu meo super omnem carnem. Proinde purificatur & baptismo, & cæteris deniq; sacramẽtis, quibus ad expositionem criminum ceu organis vtitur deus, Sunt enim affectus animi principio omnium purgandi, siquidẽ externa nostra opera placere velimus Deo, alioqui nisi hos expiaueris, stercora erũt abominationes quoque. Postremo colligit hoc loco Hiero. aduersus Platonicos, principale nostrũ, non in cerebro, sed in corde consistere. Quandoquidẽ ex hoc vita, ex hoc cogitationes, ex hoc affectus omnes deriuantur, & ceu a fonte scaturiunt. Hoc est, quod sequitur. De corde exeunt cogitationes. Si de corde exeunt, non eas immittit diabolus, quanquam interim incẽdat & fomitem materiamque administret adulterii, homicidii, scortationis, iræ & reliquorum vitiorum. Verum resistendum est diabolo, & fugiet a nobis vt præcipit Iacobus.

Prou. 4. Hier. 4. Matt. 13. Act. 15. Luc 11. Psal. 50. Quib⁹ rebus mũdetur cor nostrũ. Iohel. 2. Præcipuũ hoĩs non cerebrũ, sed cor. Iaco. 4.

Feria quinta post tertiam dominicam Quadragesimę. Lu. iiii

EXurgens Iesus de sinagoga introiuit in domum Simonis, &c. Legimus Dauid clama- ps. 106
uerũt ad dominũ cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos. Misit verbum suũ & sanauit eos & eripuit eos de interitionibus eorũ. Qua sentẽtia indicat duo, quæ in tempus Christi inciderunt Quorum alterum necessitas fuit, qua pressi medicum requirere cogebantur. Ideo clamauerunt ad dominum cum tribularentur. Fœlix ille clamor, qui exaudiri meruit, qui impetrauit quod in votis gessit. Si ad gratiam recipi, si sanitati restitui, si pelli morbo cupis, non despondeas animum, sed media morte exclama, & dic. Salua me domine, & de necessitatibus meis eripe me, Fidelis enim est, seipsum negare non potest. Secundum medici designatur præsentia. Nam misit verbum suum, & sanauit eos, deq; interitu liberauit, Hoc est verbũ fidei, quod potest saluare animas nostras, modo in man- 2. Tim. 2
suetudinẽ suscipiatur. Hoc enim verbo, sanãtur animæ, curantur corpora, restituuntur collapsa. Hæc duo, hac lectione, nobis proponũtur, id quod in enarratione declarabitur Describũtur tamẽ tria. Primũ ecclesiæ, & Synagogæ Tip⁹ Secundũ, curatiõis modus. Tertiũ imitationis exẽplũ De primo, sic habes Surgẽs Iesus, de Synagoga, quo significatur trãsmigratio gratiæ diuinæ a Iudæis, in gentes Indigna enim erat, quæ credula mansit Iudæorum natio, vt sola gratiæ dei particeps esset. Reipsa igitur ostendit Christus, hanc officio & beneficio dei destituendam. Surgit itaq; a Synagoga: Matth. Relinquetur vobis domus vestra de- Matt. 23
serta stuppa enim collecta, synagoga peccantiũ, & consummatio illorum flamma ignis, inquit Sydrach Ecclesia- Eccle. 21.
sti. 21. Hoc est, quod Ioannes Baptista cõminatur Pharisæis. Iam securis ad radicem arboris posita est. Et iterrũ Paleas Matth. 3.
comburet igni inextinguibili Stuppis paleisq; adsimile erãt Iudæi, adeoq; flãmis exurẽdi diuinæ iræ, qui a se medicũ salutis repudiarunt. Intrauit in domũ Simmonis Hæc domus typum gerit acclesiæ, fidelisq; populi. Simon

enim confiteris dicitur. Et qui hanc domum intrare voluerit, credere necessum est confiteriq;, ac Christum hospitio recipere. Est enim fides huius domus fundamentum, est & ianua introducens, & lucerna dirigens. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Et in Matthæo, Qui audit verba mea, & facit ea, similis est viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram. Proinde ecclesia domus confessionis dicitur multas ob causas, Est enim prior confessio laudis, de quo in Psal. introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis, confitemini ei Hanc præstare digne, nemo nisi in ecclesia .i. cógregatione fidelium potest. Secunda est confessio fidei seu salutis, qua credimus Christum esse mediarorem dei & hominum Ore enim confessio fit ad salutem, hæc est initium salutis nostræ & basis. Nam oportet accedentem credere. Protenditur vero non tam in Christũ nude (vt ita dixerim) & absolute consideratũ, sed etiam in efficaciam & energiã sanguinis meriti, gratiæq; Christi Iesu, quibus non solũ seipso inq; propria persona nostrã salutẽ semel operatus est in medio terræ, sed etiam interdiu per sensilia sacramenta, quæ diuinæ gratiæ & miserationis organa quædã sunt, & signa efficacia, quibus cõdonat, remittiq; peccata. Id enim eã cõfiteri oportet, ac palã contestari, vt vbi verba fidei accesserint ad elementum, fit sacramentũ. Hæc vero confessio vt salutifera sit, vt vtilis, in domo domini fiat, oportet, id est, in domo Simonis. Qui totius ecclesiæ caput, & primarius veræ fidei lapis est. Tu enim, inquit Christus, es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam De hac confessione Dauid dicit Confitebor tibi in ecclesia magna, in populo graui laudabo te. Magna ecclesia est illa, quæ per orbem terrarum diffusa est, neq; solum in vno angulo delitescit, vt olim Synagoga Iudæorum in arctum constricta, sed a mari protenditur vsq; ad mare, a flumine vsq; ad terminos orbis terrarum. Magna enim erit gloria domus illius nouissimæ, inquit Aggeus, Hanc domum ingressus est Christus, hanc sua doctrina illustrauit, hanc sacramentis stabiliuit, firmauit præclarauit facinoribus. **Socrus autẽ Simonis tenebatur** &c. Curationis & oportunitas &

Fides. | Rom. 10 | Matt. 7. | Eccle. domus cõfessionis dicitur multis de causis. | Psal. 99 | multiplex confessio. | Rom. 10. | Heb 11. | Mat. 16 | Psal 34 | Aggæ. 2

modus secundo loco describitur. Infirmitas quidem corporis febris fuit, quã verbo suo, ac imperio non sensim, sed subito curauit Christus, id medicorũ arte pſtare nemo potest vt solo verbo valetudinaria, lõgoq; morbo exhausta membra restituantur, egẽt eĩ medici arte, egẽt & tẽporũ interuallis, & variis proinde pharmacis, pellũt lãguores. Noster vero hic medicus, solo verbo restituit vnniuersa, misit enĩ verbũ suũ, & sanauit eos Hinc Dauid. Ipse dixit & facta sunt, mandauit & creata sunt. Sed quos sanat? Eos nimirum qui in domo obediẽtis sunt, quorũ nomine alii interpellãt, alii agunt, vt sanitatem saucii recuperẽt. Ita enim habet textus. Ps.106 Ibi.148.

Et rogauerunt illũ pro ea. Hic manifestum habes intercessionis sanctorum argumentũ. Sic & in Matthæo, videns Iesus fidem illorum, nimirũ eorũ qui per tegulas submiserunt infirmũ ante Iesum. At inquies. Esto, diui intercedant dũ viuunt, vbi vero dormierint, iam requiescũt a laboribus suis, iam sinẽdi sunt, nec nostris pulsandi pcibus. Bona verba, si dum viuunt intercedere possunt, & alterius vice interpellare, apud deum, siue optare alteri salutem, precari bene, bene velle, & id genus alia, quæ partim congenita sunt animæ, partim gratuito dei beneficio dei cohærent. (Charitas enim non excidit) Consequens erit, & sanctos corpore exutos multomagis pro nobis ĩterpellare, quã hactenus fecerunt Accedit ad hoc quod quanquam corpora exuerint, non tamen posuerint affectũ pietatis erga patriã, gentẽ fratres, cæterosq; credẽtes. Quibus optãt, vt idipsum regnũ indispiscãtur, quod illis designatũ ẽ a patre. Hic Dauid. Pro hac orabit ad te omnis sanctus ĩ tẽpore opportuno. Quod vero existimamus opportunũ tẽpus? Illud nimirũ quo nos graui febri laboramus, quo variis necessitatibus premimur, quo a Satana mille modis impetimur. Secũdo obseruandum loco, nos hic doceri, quo pacto infirmis adesse, quomodo solari debemus. Opus eĩ est charitatis, vt alteri⁹ incõmoda perĩde atq; propria feras, teste Pau. Sũt eĩ ĩuicẽ solicita mẽbra Et Xps in euãg. ĩfirmus fui, & visitastis me. Debẽt hãc solicitudinẽ sacerdotes, & viri ecclesiast. de quibus Iac. 5. Infirmatur quis ĩ vobis, inducat pſbiteros ecclesiæ, & orent pro eo, & orõ fidei saluabit ĩfirmũ. **Stãs ĩperauit febri.**

Manifestũ sctõrũ ĩtercessiõis argumẽtũ ex euang. scriptura.

1. Cor. 13

Psal 31.

1. Cor. 12

Mat. 25.

Iac. 5.

Xp̃s vtriusq; & vitæ & mortis author est. vel, vt alii legunt, increpauit videlicet euestigio diffugeret nescia moræ febris, authoritate enim omnia gessit Christus significans se dominum esse & vitæ & mortis, fatetur id Anna Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit. Et iterum Dauid. Qui sanat contritos corde & alligat contritiones eorum. Hinc in Apocal dicitur habere claues mortis & vitæ. Non quod ipse vllius efficiat velitq; mortem peccatoris, sed quo intelligas, salutem sine saluatore neminem posse consequi. Ipse enim est, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, dedit ad hanc consequendam, certas viuendi regulas, legem sc. & mandata, dedit gratiam qua valeamus, dedit & vires, promisit & præmia, quibus alliceremur. Ideo dauid testatur, hunc esse adiutorem salutis nostræ. Sed vide in quos hæc salus propagetur. In eos nimirum, qui suam imbecillitatem seu deploratam agnoscunt, qui instant ac vrgent, vt satientur, potissimum vero qui in domo Simonis, id est, obedientis ecclesiæ persistunt. Extra enim hanc non est salus, extra hanc non est salutifera confessio, iam si te febri, si iræ, si concupiscentiæ stimulis exagitari senseris, si cæteris commoueri vitiis, animum tuum intellexeris, id age, vt pro te ecclesia, patri supplicet. Aget & ipse, vt vrgeas vt supplices, vt roges medicum. Hoc enim eũ, quod a nobis exigit, vt videlicet illi humiliemus animas nostras. Humiliatur animus, dum se infirmum, ac valetudinarium, perpetuoq; laborãtem ingemiscit, dum infœlicitatis suæ vices dolet, hocq; affectu addit ianuam non patentem, suppetias auxiliumq; superne implorat. Aderit vero cœleste numen, si perseuerauerit pulsans, imperabitq; febri restituans ægrotandem animam pristinæ libertati, tum euestigio surget & ministrabit, idq; aget, quod præcipit Paulus. Sicut exhibuistis membra vestra seruire iniquitati, &c. Ita exhibete mẽbra vestra seruire iustitiæ Sic Dauid dum iniquitatẽ agnoscit, recipitur in gratiam, sanitatiq; restituitur pristinæ. Sana, inquit, animam meam, quia pecaui tibi. Et item. Miserere mei domine quoniam infirmus sum sana me domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Qui miseriam agnoscit, si seruari velit imploret misericordiam. Agnouit quãta

1.Reg.2
p̃s 146
Apoc.1.
1.Tim.2
Rom.6.
Psal.40.
Ibidem.6

febri, quam inexaustis angoribus animus quassaretur. Infirmus, inquit, sum & conturbata sunt ossa mea. Ossiũ nomine, vires animæ, voluntatem, affectum, mentem, memoriamq;. cæteras denique intellige, quæ omnia a sua sede exturpantur, per peccatum Hunc miserabilem & infœlicissimum statum deplorans, ait: Miserere mei, Sana me domine Et, Salua me propter misericordiam tuam. Laboraui in gemitu meo, &c. **Cum sol occubuisset, & cętera. qui singulis manus imponens.** Historia satis in aperto est. Ad allegoriam igitur confugiamus. Imposuit Christus manus iis qui laborabant, quo declarat, suam humanitatẽ organum coniũctissimum esse diuinæ naturæ, que in eo latitabat, quasi addita humanis aspectibus. Imitantur hũc morem Christi, sacerdotes, dum egrotantis & manus, & pedes, & alia deniqu; corporis membra contrectens oleo sancto iungit, certisque verbis, illi imprecatur & corporis & animæ salutem. Quibus adest diuina virtus, id efficiens, qđ præ se ferunt verba benedictionis. Ita enim cum suo corpore mystico stipulatus est deus. Inuocabũt nomen meũ super filios Israel, & benedicam eis. Et iterũ: Super egros manus imponent, bene habebunt. Iam cum deus verax sit in suis promissis, aderit suis verbis, aderitq; & suo nomini, quod omniũ est potentissimũ, idque efficiet, quod præcamur. Nimirum, aut culpæ condonationem, si quam offendit, aut gratiæ robur, augmentumque, si iam pridem noxa remissa fuerit: Neque igitur hæc cærimonia paruipendenda est, sed summa reuerẽtia ac deuotione obseruanda. Latent enim in ea addita quædam mysteria, nullis nisi credulis obuia ac cognita. Proinde possumus & per manuũ contactum diuinum illũ illapsũ, quo non semel percutimur, ac vt a vitiis cessemus, commouemur, Tangit enim nos deus, animosque nostros concutit, vt peccati statum inhorrescant, vt resipiscant, redeantq; ad pristinũ libertatis & gratiæ statum. Id quod timore domini fit. A timore enim tuo, inquit Propheta, concepimus & peperimus spiritum salutis, sic se percussum fatetur. Iob Manus domini tetigit me, id est, timor domini concussit omnia interiora mea viresq; animi perturbauit. Et Esa 5. Iratus est furor domini in

Nume. 6.
Marc. vlt.
Esa. 26
Io. 19
Esa. 5

populum suum,& extendit manum suam super eum,& percussit eum. Et conturbati sunt montes,& facta sunt morticina quasi stercus in medio platearum. Furit dominus in populum suum, timorem ingerens intolerabilis & ineuitabilis iudicii, mortis & condemnationis. Timore hoc declinat omnis a malo, conturbantur montes, superbi videlicet & arrogentes a suo statu deiiciuntur, vt quãdoque erigi & exaltari possint. Fœlix qui sic tangitur, qui sic cõ utitur, cuius ossa carnes inhorrescũt,& extabescũt ad contactũ diuinæ vocis. Infœlices vero & indurati, quos a malo neq; internus ille contactus reuocat, neque externum verbũ emendat. Certe horrendũ illis erit incidere in manus Domini viuentis, qui misericordiæ manum non sentiunt ad emendationem pristinæ vitæ extemulantem. **Exibant autem dæmonia,&c. Tu es filius Dei.** Loquuntur id dæmones coniectura magis, quam certitudine. Si certam & indubitatam de Christo notionem habuissent nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Coniecturis igitur quibusdam adducebantur, vt hunc intelligerent esse, Prophetam illum in lege promissum, totque inuolucris crassæ legis abumbratem, deinde,& tempus illud plenitudinis aduenisse, facile erat ex prophetarum Esai & Daniel. oraculis perpendere, Quanquam interim addubitarent hunc eundem esse filium quidem hominis sciebant ob corporis imbecillitatem, & alia id generis, quæ præ se ferebant, nostræ naturæ poti⁹, quam diuinæ delitescentis imaginem. Esuriebat enim, sitiebat, æstus, alborem, medianque perinde atque homines, patiebatur: Quæ omnia incommoda immortaliũ quidẽ genus, non in diuinũ incidunt, Spectabant tamen quandam in eo, quam & suo malo didicerant, diuinæ naturæ vim ac potentiam, qua sic mari, ventis, dæmonibusque suaptu iussu imperitabat. Hinc colligebant hũc, homine quid mai⁹ ac diuinius esse, eoque factum est vt exclamauerint, Vt quid venisti ante tempus torqueri nos? Et item Tu es filius Dei. Et princeps ille mundi. Si filius dei es, dic vt lapides illi panes fiant. Obduxerat tamen hanc coniecturæ notitiam liuor,& inuidia, quemadmodum & in Pharisæis, hinc impellunt Iudæos, impellunt & Iudam,& gentiũ magistratus

Heb 10.

Diabol⁹ diuinitatis mysteriũ in xp̃o ignorabat.

Mat. 8

Mat. 4

in necem innocentis domini Ignorabant igitur, vt pauci dicam, diuinitatis mysterium. Ignorabant & incarnationis mundum, multo autem minus intelligebant victoriam crucis, qua expoliandi erant. Igitur Paulus de stultitia crucis, id, est de prima illa & summa philosophia sic testatur Quam nemo principum huius mundi cognouit. Ad eum modum Chrysostomus de dæmonũ cognitione sentit Sic & Augu. in. 9 deciui. dei, c. 21. dicens, Tantũ vero eis innotuit quantum voluit, tantum voluit quantum oportuit. Et pauci interiectis, Innotuit non sicut angelis sanctis, id est non per id quod est vita æterne, & lumen incommutabile quod illuminat pios, cui viuendo per fidem (quæ in illo est) corda mundantur sed per quædam opera suæ virtutis & affecta, & occultissimæ signa præsentiæ, quæ angelicis sensibus, etiam malignorũ spirituũ potius quam infirmitati hominũ, possunt esse conspicua. Neque igitur per æternas caussas temporum, sed occultis quibusdam signis, multo plura quam homines prospicere potuerunt. Maxime vero cum scripturas nõ ignorarét, quæ plæraq; multa Christo de prædixerunt, quibus instructi, in ea ire sententiam, facile potuerunt, quod is esset, qui prophetarum oraculis promiss[9] erat. 1. Cor 2 1. Cor. 11

cur. Xp̃s nõ sinuerit dęmões loqui esset & caussas Lutherãis debere ĩponi silentiũ.

Increpans non sinebat ea loqui. Solet angelus Satanæ transfigurare se in angelum lucis, vt eo comodius sibi fidem faciat, faciliusque simplicitati credentium imponat: ea propter nolebat Christus traducere veritatem, ne paucis veris multa falsa miscerent dæmones. Sic prohibendi sunt & hæretici, & Lutheranæ factionis patroni, a verbi diuini ministerio. Nam quanquam Euangelium iactent, multosque scripturæ locos, ad suum dogma stabiliendum, adducant, cum tamen hos vel torqueant, vel corrumpant, vel alio deflectant, id est, a communi ecclesiæ sensu, arcendi sunt a scripturis, prohibendi a ministerio verbi. Id enim nullis imponendum est, quam iis qui in vnitate fidei consistunt, qui a legitima authoritate missi sunt, qui nihil falsũ, veris commiscent. Si hoc exemplum Christi imitati fuissent Germaniæ princeps, non sic misere tota conflagraret Germania, non tot tragediæ, tot sectæ, tot strage quoque corporum, tot animarum interitus, inuecta fuissen

Verum malunt sibi coaceruare magistros, qui aures hominum titilent, adeoque ab vnitate ecclesiæ auertant, in nefarias perditionis & damnationis sectas. Secũdo noluit Christus suam a dæmonibus prædicari laudem, ne hinc sibi infamiam inuidiamque conciliaret Pharisæorum, apud quos iam pridem male audiuit nomen CHRISTI, dum dicerent In principe dæmoniorum eiicit dæmones. Si enim panis parem collaudasset, id est, dæmones dæmonem, potuissent legitimam ansam arripere Pharisæi. Christo conuenire cum dæmonibus. Tertio vetuit etiam hac ratione, vt intelligerent se indignos ad tanta declaranda mysteria. Erant enim prophetæ, erant & angeli, & Euangelistæ, & cæteri denique Apostoli, quibus hoc honoris & gratiæ debebatur, vt internoscerent quid esset CHRISTVS. ob id fatetur Petrus, nec prohibetur a Christo. Tu es Christus filius Dei viui. Et Martha: Ego credidi quia tu es Christ⁹ filius dei viui, qui in hunc mundum venisti. Atque ob id Christus dixit. Vobis datum est nosse mysterium regni Quod

Mat. 16. Ioan 11. Mat. 13.

vero mysterium abditius, quam intelligere, Christum esse filium Dei viui? Proinde hic vides neque Petrum, neque Martham a veritatis confessione arceri, vt paulo ante prohibiti sunt dæmones. His nimirum rationibus, quarum aliquas recensuimus. Quibus & hanc addimus, Dæmones nõ libero animo, sed coacto, veritatem confessores, metuebant enim grauius puniri, & infernalibus flammis perpetuo vrendos tradi, ea ratione fatentur, quasi per nebulam, filium Dei esse, qui se eiicit, vt qualicunque occasione possent sibi fauorem & amicitiam conciliare. **Facta autem dei.** Hoc est tertium quod licuit obseruare imitationis exemplum. Discessit enim Christus in eremum, locum solitudinis, vt patri supplicaret, vt mentem in diuina corriperet, vt populi inanem gloriam & applausum fugitaret, nobis, quod sequendum esset exemplum, relinquens. Sic & in

Ma. 5, c. Marco 6. Venite in desertum & requiescite pusillum. Debet verbi minister aliquando animi vires colligere, & si quas labeculas, ex profanæ plebis cõtubernio sibi insedisse cognouerit, orationibus, ac suspiriis adeoque lachrymis expurgare, ne dum alii prædicat, ipse reprobus afficiatur

Debet verbi miniſter aliquãdo ſeſe in ſoli-

Meminerit igitur huius exempli Christi, deinde & quid fecerit Dauid. Ecce, inquit, elongaui fugiens, & mansi in solitudine, tum addit sibi authoritatem, augetque videndi desiderium. Imitati sunt hoc Christi exemplum multi patres in deserto errantes, qibus non erat dignus mundus, Proinde & in Synagoga obuersatur Dominus declinans vulgi multitudinem, quo declarat, non recens esse adinuentum, selecta loca quædam haberi, in quibus Deo commodius inseruiamus. Filii enim Prophetarũ, turbæ declinabant tumultum, & Ioannes Baptista (quo nemo maior inter natos mulierum surrexit) ne leui saltem maculare vitam, famine possit, ciuium turmas, sub teneri annis, fugitabat. Indicans nimirum solitudinem, non nihil purgandis affectibus accommodari, Sed & Ioannes Euangelista, in Pathmos insulam delatus, diuinorumq; mysteriorum fit particeps. Sed proh dolor, nos, qui monasticem professi sumus, & eo nomine gloriamur, frequentiores sumus in vrbibus, in theatris & publicis diuersoriis, quam eremo, quam in cellæ secretis musarum alumnæ, & blandæ quietis ac cõtemplationis, amicæ. Quodque omnium flagitiosissimum est, qui neque verbo Dei incumbunt, neque aliorum vtilitatibus, publicisque munus defuncti sunt, sed vulgo monachi ac possidentes ea ratione dicti sunt, vt Mariæ officio operam nauent, ii maxime vagantur, malumque peripateticam quam solitariam agere vitam, Sunt enim in foro, in theatro, in plateis, in hominum cœtu frequentissimi. Quos si de vitæ suæ instituto interroges, ad quiduis promptiores sunt, quam ad hoc ipsum defendendum. Id nostro malo didicimus miseri, quum paucos licet offendere, qui hoc, quod professi sunt, defendere queant. Hinc exibiamur ab omnibus, digitoque monstramur, sumusque in opprobrium & derisionem omni populo, ne dicam vicinis nostris, vt vere dixit Dauid. Reliqua, ipse perpendito, qui linceos habes oculos, non talpeos. Detinebant illum ne discederet ab eis. Vides vnde adauctum sit videndi desiderium, vides & fauorem populi ad Christum, & caussam fugit Christus populi applausum, petiit solitaria loca, diuertit a turba. Quo factum est, vt eo magis magisque vi-

[Margin notes: fe-tudine recollige te, & siquid labecula: ũ cõtraxerit lachrymis purgare. — Ps 54 — Heb.12. — Mat.12. — Notã monachi vagi — Ps. 43]

dendi audiendique hunc desiderio accederentur. Cur idem non præstant nobis? Quia nos ipsos in turbas iniicimus, nos applausu vulgi oblectamur, hinc omnium in nos ora laxantur. Pellite hos e ciuitatibus, pellite e domibus graues sunt nobis ad videndum, a quibus nihil præter sanctitatis speciem & laruam videmus. Qui non hæc sentit, stipes est. Verum non ita egit turba cum CHRISTO. Adiit etiam deserta loca, vt a quo pasceretur effenderent, cogunt, vrgent, nolentem detinent. **Quibus ille, quia & aliis ciuitatibus, & cæ.** Quam porro non sibi sed nobis viuebat CHRISTVS, ex iis in perspicuum fit Et aliis, inquit ciuitatibus oportet euangelizare, non huic vestræ solum, sed aliis, prospiciendum est, & euangelii lux manifestanda.

Cor.9. Sic Paulus: Cum essem liber, me omnium seruum feci. Ita qui & tibi salubriter & aliis vtiliter prædicare vis, non tua, sed aliorum commoda spectabis. Nec modo vni loco, te addices, sed promptus esto obuiusque, vt omne solum, te hospitem excipiat. Neque enim qui ab euangelica functione sunt, certas sibi vrbes designare debent, sed in omnem terram exeat sonus eorum. Sintque testes veritatis in omni Iudæa & Samaria, vsque ad vltimum terræ. Non sic faciunt. Lutherani concionatores, qui vel certis principibus, vel magistratibus sese addicunt, quasi ex angelo quodam latranter, moxque vbi vnum atque alterum momorderint, sese intra latibula sua recæptant. Hoc est quod in Iob dicitur In

Boni prædicatoris officium.

Iob.37. gredietur bestia latibulum, & ĩ antro suo morabitur. Bestia hæreticus est, qui in latebris & diuerticulis crypticis delitescens, nonnunquam foris sese prorumpit, non vt Enangelium lætum videlicet nuncium, & verbum pacis doceat, sed vt oblatret, vt mordeat, vt deuoret incautas & imbecillas conscientias Verum non sic qui CHRISTVM imitamur qui Fuangelii pacis sunt ministri. Id enim agũt vt populum ad pacem, ad mutuam charitatem, adeoque ad quaslibet heroicas virtutes, sua oratione pertrahant, & extimulent. Id

at.10. quod ex Christo didicerunt In quamcunque domum intraueritis, dicite, Pax huic domui.

Feria sexta post tertiam dominicam. quadragesimæ, Euang. Ioannis. 4.

VEnit Iesus in ciuitatem Samariæ, & cæte. Christianæ doctrinæ hac lectione typus quidã pulcherrimus depingitur, charissimi. Sed oportet meminisse (quod sæpius testatus sum, & iam fere toto in concionis exordio proloquutus) eius sententiæ, quæ est apud Ecclesiasticum. Hæc omnia, inquit, liber vitæ, testamentum altissimi, & agnitio veritatis. Est enim vita & spiritus in verbis dominicis abdita, est & promissio æternæ fœlicitatis & condonationis, & veritatis quædam imago, quæ omnia in hoc vno verbo compleċtuntur, cum dicit, hæc omnia liber vitæ, id est, vitam præstant multo præclarissimam & nobilissimam, si modo animam viuam, & non mortuam offendant. Ob id DAVID Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. Sitire anima mea non potest, nisi in se habeat vitam, motricem actus vitalis, principium & originem vitalis operationis, qua agitur in vitam illam super substantialem, qua mentes illæ beatæ. & æternæ viuunt. Hanc itaque vitam Dei verbum præstat, nosq; sursum agit, & e mortalium consuetudine, ad superos transuehit. Huius rei imago quædam & idea (vt ita dixerim) hoc loco proponitur Et vt in summa, multa concludam Primum, loci ac temporis, quãdo hæc vita innotuit, ponitur occasio, & oportunitas. Secũdo, doctrinæ efficax propagatio, & effusio, Tertio, fructus cõsequens ex multorũ conuersione, designatur. Venit Iesus, &c. Nolo omnibus verbis enarrandis totum tempus, quod certe breuissimum erit, perdere. Quandoquidẽ superuacaneũ fuerit, cum historiam tractemus, in qua si fidẽ spectemus, quid aliud superest, quam vt nudam rem gestam credamus, perinde atque cætera præclare gesta a Christo, sin vero spiritum, sententiis & mysticis allegoriis plena est, quarum aliquot nos. Deo auspice, tractabimus, reliquas iis cõmendamus, qui exercitatos in diuinis eloquiis habent sensus. Nos enim scimus, quã nobis curta

Eccle. 24. Dei verbũ qualẽ vitã in vobis operetur,

Psal. 41.

sit supellex Igitur Iesus occasionem plurimam nactus, venit in ciuitatem Samariæ. Diuus Hieronymus in locis Hebraicis dicit Samariã ciuitatem esse regalem in Israel, quæ nunc Sebaste dicitur, sed & omnis regio, quæ fuit circa eã, a ciuitate quõdam nomen accæperat, media inter Iudæam & Galilæam, iacet. Hæc ab Herode antipatri filio, in honorem Augusti Cæsaris. Græco nomine Sebaste, id est, Augusta vocata est. Sichen vero, quam nos, vt ex eodem patet, corrupte Sichar appellamus, ciuitas Iacob, nunc Neapolis dicta, iuxta sepulchrum Ioseph, quæ a filio Ennor vocabulũ sumpsit, iuxta quam dominus Samaritanæ mulieri loquitur ad fontem, vbi nunc ecclesia fabricata est ex latere mõtis Garizim. Hoc eo prolixius prosequuti sumus, vt intelligamus, quam oportuna fuerit occasio Christo, eo loci præ-
Gene. 33. bita, vbi aliquando a patribus sanctis multa præclare gesta sunt. Nam in Gene. 33. habes. Iacob cum e Mesopotamia fœlix faustusq; rediisset in terram Canaam, haud procul a ciuitate Salem, emit partẽ agri a filiis Emor patris Sichẽ centum agnis, & erecto ibi altari, inuo cauit super illud fortissimum deum Isral , Deinde sequenti capite dæscribitur aliud non minus memorabile factum, ob incestum & stuprum diuinæ filiæ Iacob quam princeps Sicnimiorum oppresserat, quo factum est, vt Symeon & Leui, in vltionem tanti flagitii, vrbis totius omnes masculos necarent. Sed & hic fodisse puteos Iacob dicitur, in quibus adaquauit iumenta & pecora, quod huius Euangelii historia indicat. Postremo cum iam filiis bene ominatus esset, ac patrio more benedixisset, iam iamque illis satis cedendum esset, ait ad Ioseph filium suum. En ego morior. & erit deus vo-
Gene. 48. biscum reducetque ros ad terram patrum vestrorum, Do tibi patrem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrei in gladio & arcu meo. Hæc omnia commonstrait loci opportunitatem, quo Christi doctrina propagari cœpit, ni mirum in ciuitate regali, si Hieronymo credimus

Iesus autem fatigatus ex itinere, &c. Erat autem quasi hora sexta. Fessus fuit Iesus corpore, quo veritatẽ declarauit humanæ naturæ, cuius est, algere, frigere, sitire, esurire, cæteraq; eiusmodi incommoda experiri, quæ na-

turam comitantur citra peccati labem. Est enim hic reperiri pœnam citra noxam propriam, id quod multo secus habet in cæteris mortalibus, in quibus vel fuit culpa, vel esse potuit. Hic vero neque fuit, neq; esse potuit. Quod ergo doluit quod fatigatur, quod sitit Christus, & suæ humanitatis argumenta sunt, & nostræ salutis medicamenta. Vere enim languores nostros ipse portauit. Quod vero addit, erat quasi hora sexta, meridianum designat Hebraico more tẽpus quo sol incaluerat, porro iuxta illud Eccle. 43. In meridiano exurit terram, & in conspectu ardoris eius, quis poterit sustinere? Significat autem indefatigabilẽ Christi erga humanum genus solicitudinem. Neque enim hunc montium asperitas, nõ caloris intensio, salutis nostræ operæ remoratur, proinde non equo .asinoque vsus, sed venit pedes sedens super pauimento, aut certe super fontis labro, paululum lassa refocillaturus membra. In summa, nihil non laboris pro nobis subiit, omnia tentauit, omnia in seipso expertus est incõmoda, Hoc est, quod in Psal. fatetur. Pauper ego sum, & in laboribus a iuuẽtute mea exaltatus autem humiliatus & conturbatus. Extremæ inopiæ fuit, eum qui dat escam potumque omni carni, voluntariam subire sitim, & omnium rerum inopiam secundũ illud Pauli. Scitis gratiam domini nostri Iesu Christi, qui cum diues esset propter nos factus est egenus. Nobis igitur, non illi, cessit in commodum, quod sitit, quod esurit, quod defatigatur.

Esa. 52.

Eccle. 43.

Psal. 47.

2. Cor. 8.

Abierant autem discipuli in ciuitatem. Sic enim didit audiendis diuinis eloquiis fuerunt, vt de commeatu posterior cura haberetur, nos secus multo ait Chrisost. vix enim dum e strato surgimus, compellamus familiam totam vt quã exquisitissimos cibos apparet, vt varietate ferculorũ nostram voluptatẽ, nõ necessitatem expleamus, & proh dolor posterior, de cœlorũ regno, cura insumitur. Sic ventri, sic escis, omnia inseruiũt, quum tamen Paulus dicat. Esca ventri, & venter escis, deus autem in hunc & hãc destruet.

1. Cor. 6.

Venit mulier de Samaria, &c. Est hoc loco nomen regionis, siquidem Samaria Metropolis fuit, si Iosepho credimus. 13. antiquita. Ab hac muliere alienigena potum ex-

postulat Christus. Da mihi, inquit, bibere. Si histo-
riam, inquit spectes, sitit ex labore itineris, sin vero allego-
riam nostram petit, sititq; salutem. Sic & in cruce inquit.
Sitio. Quod igitur illi offerendum, aqua nimirum illa, de
Esa.21. qua Esa. 21. Occurrentes sitienti ferte aquam, qui habita-
tis terram austri. Nos illi aquam, id est, peccata nostra pro-
ponimus, offerimusque, quam exhauriat in cruce. Contra,
ipse nobis aquas vitæ æternæ largissime pbet, id quod per
eundem pollicetur prophetam. Omnis sitientes venite
ad quas, &c. Proinde hęc est secunda pars Euangelii, in qua
Esa.35. viuo e latice incipit doctrina salutis scaturire.

Dicit ei mulier, &c. Obserua quam idoneam sese mox
reddiderit gratiæ. Non, inquit, habent commercium Iudæi
cum Samaritanis, qui ergo audes, conferre mecum fami
liarius? qui audes potum postulare? Te Iudæum ex habitu
ex vestitu, adeoq; ex idiomate, cæterisque argumêtis depræ
hendo, me vero nosti ex eo genere esse, quod omnium ma-
xime a vobis execatur. Erant enim adeo exosi Samarita-
ni Iudæis, quod si quem probroso nomine, & infami no-
Ioan.8. tare volebant, hunc Samaritanũ vocabant. Igitur dicebant
ad Christum. Nonne bene dicimus, quia dæmonium ha-
bes, & Samaritanus es tu? Tam enim horrebant ab horũ
consuetudine, & familiari conuictu, cuius causam videm
Primus ad gratiã gradus est humilitas. Theophilact. Proinde mulier, hac sua responsione, se quasi
indignam esse declarat, qua cum Christus familiarius col-
loquatur atqui hic primus ad gratiæ fontem est gradus, vt
te seu omni gratia indignum repures. Sic & Centurio.
Matth 8. Domine nõ sum dignus vt ĩtres sub tectũ meũ. Est hæc indi
Eccle.13. gnitas iudiciũ humiliãtis, & sese demittentis animi, qui ve
Iac. 4. ro se humiliat, gratia dignissimus est. Hinc dicit Sapiens.
Humilia te deo, & expecta manu eius. Et Iac. Humilibus
dat gratia. Ergo mulier se samaritanã .i. abiectã, contemptã
& omnib⁹ modis abominandã pronũciat, vt gratiæ sese o-
blatæ accõmodet. Et nos nihilo sumus meliores samarita-
nis, siquidem in multis offendimus omnes. Illi, se peccato-
res pronuntiant, agnoscuntq; diuinis beneficiis esse indi-
gnos, nos quãquã gratissime delinquamus, vix dum nostra
errata agnoscere volumus, excusamus enim, & perissoma-

ta textimus, vt perpetuo hypocritæ maneamus, id est peccatores. Respondit ei Iesus, Si scires donum dei. Hic fluenta decurrere incipiunt diuinæ misericordiæ Si, inquit, scires donum dei, perinde atque diceret. Nolo existimes ex te salutem tuam pendere, quin ex te perditio tua, ex mea autem salus, redemptio, fons salutis. Hoc est, quod Osee 13. Paulus ait, Gratia enim estis saluati, ex hoc non ex vobis, Dei enim donum est, & non ex operibus, ne quis glorietur. Ephe. 2. Reposuit pater hoc donum in filio, cuius est impartiri, atq; distribuere dona singulis serui suis, suo pro arbitratu, atque magnificentia Indicat enim Christus se esse liberalem, obuiumque ad præstãdum, si scires dei donum, quod a patre luminum defluit in homines Quod vero addit, petisses forsan ex eo, indicat conatum liberi arbitrii, quasi diceret, vrgeres ac instares, vt te hoc inexhausto bono expleret, inq; te influeret. Agnoscis quidem indigentiam tuam, sed vrge, insta, age, supplica patri. Si quis enim indiget sapientia, postulet a deo, postulet autem in fide nihil hæsitãs. Iac Et Christus. Petite & accipietis Exacuit adeoque, Extimulat mulieris desiderium Christus, forsan petisses ex eo, & Lu... dedisset tibi aquam viuam, id est, qua viuimus, & vitales exercemus operationes, quæ sunt, diligere deum, bene mereri de proximo, incrementa sumere virtutis. Et bene quidem ait, dedisset, nam dei dona sunt omnia opera nostra, merita nostra, beneficia nostra. Quid enim habes, inquit, Paulus, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Et iterum. Non sumus sufficientes cogitare ex nobis aliquid, &c. 1. Cor. 2. Domine neque in 2. Cor. 3. quo haurias habes, & cetera. Collige hic quomodo soleat miser peccator desperare de gratia, si dei donum ignoret, neque enim habes, inquit, haustorium, aut situlam. Peccator neque adest fons e viuo latice scaturiens, sed altus puteus, Ri si dei do- diculum erit itaque promittere, quod præstare non potes, nũ ignorat, despe- Porro addit Antithesim de Iacob, quem cum CHRISTO confert. q. d. qui potes nobis præstantiora conferre, rat de gra- quã ille, qui patriarcha fuit, qui deum facie ac faciem vidit, qui dei victor euasit? Tu interim nulla sanctitate atq; etiã- num rebus communibus clarus es, proinde nec homines

imbelles vincere potes. Itaque si penes aliquem aliqua vi- ua fuisset, maxime penes Iacob virum omnibus numeris absolutum. Sic solemus miseri deum arguere impotentiæ, quasi vero præstare non possit iustitiam, qui hanc promittit, quandoquidem ipse iustus est, & iustificans per fidem, est & fons viuus, e quo emanant omnes riuuli diuinæ miserationis & alia tandem quæcunque nobis necessaria sunt. Sic solet humana ratio ostendi, in iis in quibus non oportuit. Tu vero nihil desperes, quantumuis tibi impossibilia videantur quæ deus promittit, vnum id obserua, vt te ipsum humiles vt instes oportune, importune, pollicitus est auxilium, non deerit promissis, modo ipse tibi desis minime. Adest in naufragiis adest etiamnum in pugna carnis, si occasionem vites, si sensus prohibeas, illicitis sentiendi motibus. Sensit hoc Paulus. Omnia possum in eo qui me confortat Christus. Omnis qui bibit ex hac aqua, &c. Insufficientiam notat humanæ rationis, quantumlibet enim ex eo puteo quis biberit aquæ, nō tamē potest efficere, vt sitim amnem sic restringat, vt nō redeat, si & omnis voluptas carnis, non restringat desiderium mentis, multo minus exaturare potest. Nihil enim est, citra deum quod nostram voluptatem explere possit. Igitur Dauid. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Et Augustinus. Inquietū est cor meū domine, donec requiescat in te. Proinde infernus dicit, nō sufficit, sit os vuluæ, sic auari animus semel corruptus.

Rom. 3.

Phili 4.

Psal. 16.

Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo.

Hic declarat potentiam gratiæ dei, quæ aquæ nomine significatur, infunditurque per CHRISTVM. Gratia enim & veritas per IESVM CHRISTVM, quæ non e lacubus putridis, sed viuis scaturit, perpetuoque sursum agit animā. Tria potissimū in nobis efficit hæc aqua. Principio purgat animæ labes. Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquitatib' vestris. Et Dauid. Lauabis me, & super niuem dealbabor. Hec est aqua, de qua Num. 8. Aspergantur aqua lustrationis, id est ea aqua, quæ e latere dormiētes Christi fluxit, qua purgamur & expiamur. Lauit enim nos a peccatis nostris in sanguine suo, solus enim Christi est sanguis, quo

Ioh. 1

Aqua vitę quā dat dn̄s · 3. operatur in nobis.

Eze. 36.

Num. 8.

Apoc 1.

perfectæ mundamur & expurgamur Proinde quicquid ex
hoc sanguine vim susceperit, non minus expurgat & lauat
Sic habemus & baptismi fontem, de quo Ephe. 5. Dilexi.
ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt eam sanctificaret, Ephe. 5
mundans eam lauacro aquæ, in verbo vitæ, habemus &
aquam exorcisatã, ac consecratã, qua mundamur & expia- De aq̃ ex
mur, non virtute aquæ elementaris solum, sed virtute ver orcisata.
borum dei, quibus deus inuisibiliter assistit, robur & virtu
tem conferens. Secũdo, hæc spiritualis ac iucũdissima aqua
refrigerat concupiscẽtiæ carnalis ardorẽ. Hinc in Prouerb. Prou. 25
Aqua frigida animæ sitiẽti nuntius bonus de terra longin-
qua. Et in Ecclesi. 3. Ignem ardentem extinguit aqua, restrin Eccle. 3.
git enim quælibet desideria noxia. quibus non semel, aduer
sus dei legem, incandescimus in proximum. quodque ma-
xime dolendum, in nos ipsos crudeles sumus. Erit igitur
operæpretium adhibere refrigerantem aquam misericor-
diæ & pietatis, qua turpissimi affect⁹ restringẽtur, ac coer-
ceantur. Hac aqua mediis flammis dicit se recreatum, ac
refocillatum Dauid. Super aquam refectionis educauit me
animam meam conuertit, id est, ad se traxit, aqua salutari, Psal. 22
& viuifica. Tertio, aquæ est & innundare ac irrigare terram
sitiẽtẽ, vt fructificare possit. Iob. 8. Nũquid virescere potest
scirpus sine humore, aut crescere carectum sine aqua. Lon- Iob. 8
guescimus enim omnes & perimus, quasi scirpus, qui ab
humore destituitur, nisi irriguum adsit viuæ scaturiginis,
quam Christus mulieri pollicetur, de qua aqua, quam ego
dabo, fieri in eo, &c. Et Esa. Haurietis aquas de fontibus
saluatoris. Cantic. 4 Puteus aquarum viuentium, quæ im- Esa. 12
petu decurrunt. Hac, opinor, ratione fons egrediebatur de Cant. 4
medio paradisi ad irrigandum, id est, gratia Christi in me- Geñ. 2
dio cordis nostri, omnes animæ & corporis vires irrigat,
& fœcundat, ne perpetuo infœcundi, ac steriles simus. Iob. Iob. 5.
5. Qui dat pluuiam super faciem terræ, & irrigat aquis vni-
uersa. Terra, anima nostra est inculta, ac sentibus plena,
sterilis prorsus & maledicta, incendioque (vt Paulus ait)
proxima. Quam vbi infuderit cœlestis ille spiritus, exhila
rescit, fructificat, profertq; saluberrimos spiritus diuini par-
tus ac fructus, Hæc enim euangeliis vis est, & spiritus ope-

Hiere.31 ratio. Hiere.31. Erit anima eorum, quasi ortus irriguus, & vltra non esurient. Qui ex hac biberit aqua, flumina, (inquit Christus) de ventre eius fluent aquæ viuæ, hoc autem
Io.7. dixi de spiritu, quem accepturi erant credentes in illum,
Qui enim spiritus. Christi gratiæ particeps factus est, is habet venam scaturientem, a peccato in iustitiã, e damnatiõe in salutem, e morte ad vitam, ex sterili & salebrosa terra, ad fœcundam ac fertilissimam, adeoque bonorum operum feracem. Quo magis hanc biberis aquam, eo magis in iucunditate delectabitur animus tuus, magisque desiderium
Psal.35. augebitur, nec vnquam nauseabis. De torrente, inquit Dauid voluptatis tuæ potabis eos, Si torrens voulptatem affert, nõ in nauseam prouocabitur appetitus noster, sed perpetuo desiderabit hac refocillari aqua. Contra inquies. Qui bibũt me, adhuc sitient. Quid igitur, sitient & non sitient? Respondeo, Certũ est aquã spiritus, omnẽ concupiscentiæ carnalis sitim restringere, interim tamen inseipsa dulcis, & iucunda cum sit, æternum delectat & voluptate animum afficit, id quod voluptas corporis minime præstat, neque enim facietatem veram neque iucunditatem sine nauseatione efficere potest, fert enim omnis voluptas carnalis suam turpitudinem secum, fert & sua incommoda, & pænitudinem secum igitur, qui biberit ex hac aqua sitiet iterum.

Solutio q̃stiõis q aqua spũs sitire faciat iterũ & non sitire,

Da mihi hanc aquam. Secundum august. videtur hæc mulier commodum hactenus spectare temporale, nempe vt sedaret sitim, quæ interdiu recurrit, admodum enim pigrat erat, maluitque sine multo impendio ac labore æterna & viuam aquam domi proprie habere, quã eo loci, cum itineris difficultate haũrire. Proinde nostrarum partium est, synceris adfectibus exclamare in dominũ. Da mihi hanc aquam. Sic Dauid Sitiuit anima mea ad deũ fontem viuũ.

Psal.41. Voca virum tuum. Dicit Paulus, per legem cognitio
Roma.3. peccati, vt enim gratiam indipiscaris, peccatum agnoscas oportet. Igitur Christus parat hac sententia, mulieris animum ad futuram peccati ostensionem, vt agnoscat se miseram, & sitire posset Euãgelii promissionẽ. Lex enim domini immaculata, testimoniũ lucidũ cõuertẽs animas, & sapiẽtiã dans paruulis Prodiit hæc lex de Syon. i. de Christo, nõ

Psal.18.

tā in aures,quā cor mulieris.Ducta eī est hac sequēti voce.
Quinque viros habuisti,&c.In peccati cognitionē. Quanquam interim excusare contenderet facti turpitudinem. Virum,inquit,non habeo.Bene quidem dixit, virum coniugem non habeo,nam dissimulare nitebatur stuprum oculi enim adulteri obseruant caliginem, ne videantur opera eius,& a lumine arguantur: ita & hæc mulier, muliebri pudore turpitudinē inficiata est.Interim pergit Christ' denudēs comiter omnem turpitudinē.Quinq; viros habuisti,quibus nō in matrimonio casto,sed in stupro ad libidinē vsu es. Prostituisti enim,cū scortū sis,pudicitiam tuā Sexto viro,cui nūc adhæres,neq; hic maritus tuus est legitimus,sed clancularius scortator.Hac voce territa atq; cōcussa est misera cōsciētia,nā lex irā,terrorē,imo mortem,& infernū operatur,seu ostendit.Arguā,inquit Dauid,te,& statuā cōtra faciē tuā Domīe vt video propheta es tu. Io 24 Ephe.5 Ro.4. p̄s.49
Magis magisq; accenditur,ac in admirationem Christi inflammatur,nō regerens contumeliam,sed de sublimiorib' quæstionem quasi inexplicabilē,proponēs,de rōne adorandi deū.Sensit enim peccato se vrgeri,sensit terreri conscientiā.Iā quo hūc ignē extinguat,quo se itinere ad deū paret, scire desiderat.i.veræ iustitiæ & pietatis iter, sibi indicare postulat ab eo,quē ex arcanorum reuelatione vatem quendam didicerat esse.Sunt qui omnia hæc ad intellectum & rationem referant, quæ Christus præcipit mulieri, nam intellectum volunt esse virum, mulierem sensualitatem. Vt vero viri est præesse mulieri,ita debet ratio seu mens & intellectus sensuali portioni dominari.Hic reuocandus est ad seipsum intellectus,vt sensibus bene imperet,seq; ipsum flagitiorum arguat,& ita demum ex aqua scaturiente bibat. Verū,vt hanc expositionē nō dāno porro,ita neq; probare(quod plus nimio coactu videatur) possum Cui tamen placet in allegoriis ludere,per me quidem licebit.
Patres nostri in monte hoc adorauerunt, &c. Hic nodū proponit,quē explicari desiderat.Diuersum quid irrepsit vtriq; genti in dei cultu impēdendo.Samaritani negabāt deū vsquam adorādū,quam in monte Garizim,quod i eo Iacob erexerit altare,& fortissimū Dei nomen inuo-

Gen.33. eauerit, Gene.33. Deinde & Moses (vt ferũt) eũdem ad eum vsũ dicauerat, vt videlicet Patriarchæ eo loci populo benedicerent. Hic fortiter contendunt Iudæi secus se rem habere, Hierosolymis esse locum in quo adorandus esset deus, in quo hostiæ litendæ. Est proinde hæc quæstio non vane a Iudæis tractata. Deu.12 Deute.12 Caue ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in eo quem elegerit dominus in vna tribuum tuarum, offeras hostias. Is autem Iosuæ.18 qui primus a deo delectus est, Silo erat, Iosue.18. Congregati sũt omnes filii Israel in Silo, ibiq3 fixerũt tabernaculũ testimonii, ibi & Arca Domini aliquanto fuit tempore. Deinde extructũ est in eodem loco celeberrimũ & omnium angustissimum templum, id quod in tertio Regum plenissime describitur. Hinc & oracula excipiebantur, & responsa dabantur, & hostiæ & sacrificia, etiam ad tempora vsque Christi, immolabantur, eoq3 fiebat vt se Iudæi Samaritanis cæterisq; in vniuersũ oĩbus gentibus præferre auderent, turgidi perpetuo de peculiari religione, id est, quod mulier dilui voluit a Christo, quasi harũ rerũ peritissimo magistro.

Esa 7. Heb.11. **Mulier crede mihi.** Vt mulieri mysteriũ veræ religionis aperiat, ad fidem hortatur. Oportet enim accedentem credere Et nisi credideritis non intelligetis est enim Fides religiõis oĩs initiũ. fides religionis omnis initium. Hæc enim nos reddit idoneos auditores veræ pietatis, ac cœlestis Philosophiæ. Mulier crede mihi, de quo concæpisti opinionem iampridem non malam, nempe quod Propheta sim.

Triplex dei cultus **Venit hora, &c.** Triplicem hoc loci indicat Xp̃s cultũ. Samaritanorũ, qui neque vt opportuit de deo sentiebãt, hic iuste abolitus est. Nam dei cultui, superstitiosa immiscebãt, in locis & montibus, sacra orgia peragebant. Hinc toties reprehenditur vitulus in Samaria, toties obiurgantur Sama-Osee.4. riæ principes, quod hæc sinebant inuehi. Osee 4 Super ca-Ibidem.8 pita montiũ sacrificabant, & super colles accendebant thy-Amos.6. miama. Et.8. Proiectus est vitulus tu⁹ Samaria. & Amos.6 Væ vobis qui opulenti estis in Sion, & confiditis in montibus Samariæ Secũdum cultum, quem abolendum dicit Christus, Iudæi omnibus præferebant, quasi celeberriorem & sanctiorem, hi, Deum in arctum angulum constri...

putabant, quasi alibi non audiret vota precantium. Non intelligentes omnia esse inuolucra quædam & vmbras rerum futurarũ, id quod tum facile potuissent ex Malachia deprehendere, qui palam pronunciat. Non est mihi voluntas in vobis dicit dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra Ab ortu enim solis vsq; ad occasum, magnum nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. Vides hic abrogandam carnalem & crassam Iudæorũ religionem, adeo q; in spiriualem quandam multo veriorem & sacratiorem vertendam, & transferendam. Tertius igitur cultus piorum hominum est, qui in spiritum & veritate non vmbris colunt deum, hic Christianorum est. Venit hora, &c. Malach. 1.

Deus spiritus est, &c. Hanc sententiam, vt intelligamus reuocanda sunt in animũ, quæ sæpius de duplici cultu testati sumus. Visibili & externo, inuisibili & spirituali Internus, oratiõe, deuotione, dilectione, porro fiducia in deũ, perficitur, qui subinde, regula externi esse debet cultus. Igitur toties Christus, & Paulus ad interiorem nos hominem reuocãt Alter est sensibilis & eatenus verus & rectus, quatenus ad dei laudem confertur. Id tum fiet, si Deum, vt rerum omnium fontem, & boni omnis largitorem, veneramur externis signis, prostratione, genuflexione per sacrificia sacra, sacramenta, vota, perq; alias cærimonias, Debemus enim deo spiritum, debemus & corpus, Habet spiritus famulatum suum habet & caro suum, quo sese ad creatoris sui gloriam & laudem, proximiq; ad vel ædificationem vel consolationem exerceat Vterq; cultus tum verus est, si recta tendat in Deum. Nam si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Cæterum ex hoc loco collige aduersus hæreticos, Christum nostræ religionis (quæ ad sui nominis honorem exhibentur, a quo & dignitatem, & nomen habent) cerimonias non demoliri, sed Samaritanorum atq; Iudæorum, vanum & inutilem ostendere. Igitur ait: Neq; in monte hoc, neq; Hierosolymis adorabunt. Specificat enim, quem eneruare velit cultum Et quidam Iudæorum cærimonias sustulit in se ipso, vt multis in locis probat Paulus. Plenitudo enim legis Christus, Cærimonias

Interior Dei cult' exterioris esse debet & norma & regula.

Xp̃s ecclię cærimonias non demolitur quãuis id Lutheri garriant

Rom. 10

vero propter sui nominis gloriam institutas, si sustulisset, neq; si in duas gentes, quæ in vicem citro vltroq; diuaricabant, sermonē retulisset. Ideo etiam expressus suam sententiam declarat. Vos adoratis quod nescitis i. non recte sentitis de Deo, ad cuius cultum etiam miscetis idololatriã. Nos vero ex lege edocti, instituti a sacerdotibus, ĩ hoc vobis præstamus, quod pie & religiose de Deo sentimus. Atque hinc colligimus, quam impie delirent, hæretici, qui hunc locum, perinde atq; alios, aduersus omnem externum & visibilem cultum torquent. Habuit Moses suos rit⁹, sed aliquando in Christum finiendos. Habet Euangelium & suos, sed (cum secundum nesciat Messiam) in nullum alium, præter eum qui homo factus est qui in crucem subactus est, qui ad patris dexteram residet, eosdem confert, id quod in typo 24. Seniores, & angeli thronum circunstantes declarant, quando dicunt: Dignus est agnus, qui occisus est accipere virtutem, & diuinitatem & sapientiam & fortitudinem, & honorem & gloriam, satis superq; de his. Iam diuorum cultus in hunc ipsum recidit quum item sint cum Christo. i. idem cum capite. Quemadmodum igitur membra a capite separari non possunt, nisi cum interitu, ita neq; Christus a diuis, corporibus exitus quanquam interim vt par est, excellentiorem huic impendamus famulatum fateamur tamen idem esse cum corpore caput, &c.

Mosis & Euangelii cærimõiarũ differẽtia.

Apoc. 4

Simile

Scio quia Messias venit. Sensim credulitatem peruenit hæc mulier, prius enim hunc Iudæum, mox dominũ, deinde prophetam, Postremo Messiam suspicatur, Didicit hanc opinionem ex Mose, cuius libros susceperunt Samaritani, Moses autẽ scribit in Deu. Prophetarum magnũ suscitabit dominus, &c. Et in Genesi. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda, Refricuit Christus mulieris memoriam, eo quod præmisit. Salus ex Iudæis. Salus autem hæc per neminem alium, quam per Christum præstari potuit. Act. 4 Non est aliud nomen sub cœlo, ĩ quo oporteat nos saluos fieri, &c. Ego, inquit, Christus sum. Hic subaperit mysterium a sæculo absconditum peccatrici, quo maximã declarat in se humanitatem & clementiam, neque enim quamlibet sceleratos fastidit, nec cõtempsit pius magister,

Gen. 49

Act. 4

Omnibus omnia factus vt omnes lucrifaceret, omnes perditas reduceret oues, Venit enim filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. **Et continuo venerunt, &c.** Mirabantur discipuli tantam Christi dignationem, tantam clementiam, qua perditam ouem quærebat: qua gentilam & erroneam mulierem docebat, hanc eius bonitatem, hanc ineffabilem misericordiam mirabantur, non aliquid mali suspicabantur, quanquam interim nemo ex eo sciscitari audere cur cum muliere, aut quid conferret. **Reliquit hydriā suam mulier, &c.** Fit hæc mulier lætinūcii apostola immemor sitis carnalis. Gustato enim vitæ fonte desipiunt, frigentq; omnia, quæ quærit & admiratur mundus Properat autem ad ciuitatem, quo docemur ad exemplum mulieris nos respicere debere, Si quando enim de Christo edocti sumus, si sapimus quæ dei sunt, omnes, nostri doni debent esse participes, omnes trahere debemus ad Christum. Si hæc mulier, Venite, inquit, videte hominem. Hac prædicatione traxit multos qui exierūt ciuitatem. **Interea rogabant eū discipuli, &c. Ille autem dixit eis: Ego cibum habeo, & cætc.** Instruuntur discipuli non per anfractus & sermonum circuit⁹ sed aperte ostendit quo cibo, quoue potu maxime viuat, Non enim in solo pane viuit homo. Quis igitur est hic ille cœlestis ac perpetuus cibus? Facere voluntatem patris. Nota, facere voluntatem patris in Christo, est mori pro salute nostra. Hinc Dauid in capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam. Et Math 26. Non mea sed tua voluntas fiat. Hanc exequutus est Christus toto æuo suo, quo nobiscum ingrediens, multos sanauit, maxime vero in cruce, dum factus est obediens patri ad mortem vsque crucis. Hanc solicitudinem, hancque probrosam crucem vocat suum cibum Christus. Secundo, facere voluntatem patris in nobis est obsequi mandatis Dei, est, & sanctificatio nostra, vt sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificatione, est, & credere in illum, est, abstinere a carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam. Voluntas paternæ est non solum credere quod

Luc. 15.
Math 4
Quid in Christo, quid ī nobis sit facere volūtatem patris.
Io. 4.
Psal 39.
Matt. 26.
Philip 2
1. Thes. 3

Iac.2. passus est Christus, sed facere, sed rebus, factisque declarare fidem suā. Nisi enim operibus, nō declaratur fides esse vera.

Nonne vos dicitis, ecce quatuor mēses sunt ad messem, & cę. Leuate oculos vestros.

Correctio videtur esse. Nam discipuli messem abesse dixerunt quatuor mensibus, Christus iam præsentem asserit. Quandoquidem flauescunt regiones, & segetes, & falcem

Lu 10.& & messorum operam quasi efflagitant, quam parabolam ad

Matth.7 efficaciam verbi accommodat, quasi dicat, videte non solum Iudæos salutis esse sitientes, sed etiam, Samaritanos ad Euangelii fontem accelerare: Vrget igitur tempus, & ho-

Psal.125. minum mentes ad fidem pronæ sunt, flagitantque predica-

Esa.9. torum operam, & solicitudinem, Sed quid Luc.10. Messis quidem multa, operarii vero pauci. Parata enim erant corda gentium ad salutis susceptionem. Collecta est primum

Iohel.4. messis admodum exigua a Christo. Deinde in actis plurima a Petro, quando vna die crediderunt tria milia, alia die

Matth 3 quinque milia, & deinceps multa de hac messe in Psal. habes. Euntes ibant & flebant, mitentes semina sua, Venientes autem venient cum exult.por Esa.9. Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe. sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia. Et iterum Iohel.3. Mittite falsam quoniam maturuit messis. Igitur ad hanc messem colligendam, suos cohortatur CHRISTVS. Leuate, inquis, oculos vt videlicet perpendatis quantam operam impendere oporteat, vt non triticum. non hordeum, sed animas hominum colligatis in vitam æternam. Hæc est enim horrea dñi. **Et qui metit mercedē accipit, &c.**

Hic videtur collatio esse legis & Euangelii, prophetarum

Propheta-rū & apo-stolorū ad inuicem collatio & apostolorum, siquidem ad Christum vtrique non dirigunt, Prophete obscurius, Apostoli manifestius. Aperuerunt Prophetæ viam monstrarunt procul futuram gratiam, Excæperunt Apostoli iam exhibitam, perque orbem terrarum sparserunt. Porro gratiæ ministri & cooperatores

1.Cor.2 fuerunt, Dei enim adiutores sumus, secus tamen accidit hic quam in messe corporali. Nam illic vt vulgi habet Adagium, quoties ad alium fructus messis deuenit, quam ad eū

qui sementem fecerat, gaudet quidem messor, sed discruciatur, qui semina iecit, Contra in spiritualis satione & messe, simul gaudio afficiuntur, quotquot tandem vel sementem fecerunt, vel colligerunt segetes. Ego vos misi ad metendum segetem, in qua non laborastis. Hoc loco colligimus eandem esse fidem, eundem laborem, eosdem quoque fructus, si spiritum spectemus, patrum veteris legis, & gratiæ. Reuellata est enim iustitia Dei ex fide in fidem, ex veteri lege in nouam. Si vero literam, totis phalangis diffident. Veteris enim legis, promissa carnalia ac superuacuanea fuerunt, nouæ, perpetua ac semper duratura. Erat ibi benedictio horrei & agri, & vxoris, & olei, & vini, & id genus aliorum. Hic vero spiritualis, qua benedixit nos pater cœlestis, ibi vmbra futurorum bonorum, hic ipsa promissa bona & participatio. Verum, quæ seminauerit homo, hæc & metet. Metere, est prædicare Euangelium & Christum exhibitũ, olim multis modis in prophetis promissum, is mercedem accipit tam paratam, vitam æternam quæ omnibus qui suo officio probe defunguntur, patet Vestra, inquit CHRISTVS, merces copiosa est in cælis. Rom. 1. Gal. 5.

Ex ciuitate autem illa multi credidet. & cætera.

Quam alacres ad credendum fuerint Samari. hinc colligimus, Sola enim fama adducti sunt ad credendum, quo simul Iudæorum cæca duricies arguitur, qui signis & portentis credere noluerunt. Verum hi sola peccatricis prædicatione. bonam de Christo conceperunt opinionem, exierunt turmatim, nec deterrebantur humiliori cultu, nec idiotarum discipulorum comitatu. Sic verum est, quod Christus ait: Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Et iterum: Publicani & meretrices præcedunt vos in regnum Dei. Nos curemus hanc mulierem imitari, audit enim hæc patienter Christum, patitur & obiecta crimina humiliter, confitetur libere, instat, vrget, vt viuam aqam assequi possit: quam vbi gustauit, desipit omnis voluptas, relinquit hydriam, accersit multos ad communem medicum animarum, Hinc colligunt fructus vberes & suauissimos. Matt 11 Ibid. 21.

Sabbato post tertiā dominicam quadragesimę.
Euang. Ioan. 8.

PErrexit Iesus in montem Oliueti, &c.
Dixit alicubi Ezechiel: Ego iudicabo inter, pecus & pecus Christus in iudicium venit in mundum, non quo condemnaret nos mortis æternæ, sed quo a reatu absolueret pœnitentes, & sua errata corrigētes. Iudicat itaque inter pecus & pecus, verbo suo declarans qui absoluendi, aut condemnandi sint. Impium enim & iustum ipse iudicabit, inquit Eccle. Id est, vtriusque facta discutiet, trutinabitque vtriusque opera, & iusti & impij. Quod si ad diuinæ iustitiæ libramen nostra deducta fuerint, immundiciæ erunt, si Iob credimus. Non enim iustificabitur homo compositus Deo, & aliquot interpositis verbis. Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti. Si lotus fuerat quasi quis nimis, & fulserint velut mūdissimæ manus meæ, tamen sordibus intinges me. Nemo igitur aduersus alium sese erigat, nemo accuset, nam si singuli vitam nostram, si mores, si miranda adfectuum nostrorum citro vltroque pugnātium conditionem introspexerimus, quis audebit alteri facessere negotium. Nemo enim mundus a sorde, & in multis offendimus omnes. Id si ob oculos supercilios issimi Pharisæi potuissent, non arguissent adulteram criminis coram æquissimo iudice, ipsi interim bis adulteri in verbum Dei. Nemo enim in alium dicere ausus sit, nisi sentiat se altero meliorem, vt recte dixit quidem. Et Paulus: Tu autem quis es qui iudicas alienum seruum? eadem enim agis, quæ iudicas. Suo domino stat, aut cadit. Huius rei exemplum graphice hac lectione depingitur. In quo primum locus iudicis designatur. Deinde accusantes suum supercilium, adeoq; factum ostendunt, aduersus ream. Tertio, sentētia æquissima profertur. Quatenus ad primum, de veritate hystoriæ. Sunt qui ambigere videntur, quod hanc neque Chysost. neq; Nonnus Euangelistæ Ioannis diligentissimi interpretes, enarrent, Præterea Eusebius in Ecclesiastica hystoria li. 3 capi. vlt testatur eam in Euangelio, quod secundum Hebræos inscribitur, esse scriptam. Verum

Ezec 34
Eccle. 3.
Iob. 9.
Proximus tus Deo, nō est timere vel contēnendus, vel indicādus
Iob 15
Iac. 3.
Rom. 14
Ibidem. 2.

hæc nos nihil prorsus permoueant. Quandoquidem hanc suscipit ecclesia. Cuius ego authoritatem ac communē cōsensum non tam Chrysost. & Nonno, & Eusobio, sed omnibus (qui vt homines sunt, ita errare possunt) præ quādoquidem eximium in ea diuinæ misericordie & clementiæ innotescit exemplum. Secessit igitur in montem oliueti pi⁹ Iesus, significans altitudinem & sublimitatem dominicæ pietatis & misericordiæ, breue illustri facto, orbi insinuandum. Quia Græcis Eleos misericordia, oliuetum vocatur Ellion, & ipsa vnctio olei fessis & dolentibus membris solet afferre leuamen, sed & supereminet hic liquor omnibus atque super natat quodcunque tandem infuderis. Quia suauis dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Igitur Esa. 16. Præparabitur in misericordia solium & sedebit super eum in tabernaculo DAVID, iudicans & quærens iudicium, & velociter reddens quod iustum est. Id quod hodie factum, nemo est qui ambigat, ob id recte antea, quam audicio suo, sisteretur adultera, concessit in mōtem misericordiæ, ex quo flueret veritas, & misericordia. Huc respexit sponsa in Canti. Oleum effusum nomen tuum, Et Osee. Erit quasi oliua gloria eius. Id quanquam latitaret Pharisæos, diuina tamen dispensatione factum est, vt in oliueti montem ascenderet, quo paulo post suam in miseros pietatem & clemētiā effunderet. Conscendit etiam significans secessum a turbis maxime cōuenire Euangelicis doctoribus, sic aliquando in noctibus pernoctasse dicitur in oratione, & hinc ad ciuitatē opulentā rediit deus, nō sibi solū, sed aliis quoq; pficere ac prodesse voluit, vel proprii capitis periculo. Rediit igitur diluculo, quo declarat, iā nouā Euāgelii lucē mūdo illuxisse. Hoc est quod Hier. 32. prædixit: Verterūt ad me terga & nō facies cū docerē eos diluculo & erudirē & nollent audire, vt acciderēt disciplinā. Verterūt Pharisæi terga, cū in templo doceret Christ⁹, indurauerūt cor suū impii, abiicientes veritatem, & iustitiā, & æquitatem. Docuit in templo, quo omnes conueniunt Iudæi, palam, non in latebris, sed apertis locis. Quo declarauit se nihil metuere Pharisæorum superciliū, nihil ducere sceleratas conspirationes

Psal. 144.
Esa. 16.
Canti. 1.
Osee. 14.
Hier. 32.

Et omnis populus veniebat ad eum,& seden-do,&c. Rursus docet se ex authoritate loqui non metu ter-ritum, aut pharisæorum intentatis insidiis pertæsum. Sedet quo visibilis & humilis, per humanitatis declarationé, appareret, & nihilo secius, iudiciis officium ī se competere tacitus insinuaret, Iudicum enim est, dum sententiam ferre debent, sedere. Sic Pilatus sedit pro tribunali, & Moses sedit vt iudicaret populum qui assistebat ei, a mane vsque ad vesperam. Noster itaque Moses Christus, sedit in templo. Accedunt autem ad eum plebei & humiliores e populo, quos in admirationem miraculum & doctrina adduxerunt. Audiant, inquit Dauid. mansueti & lætentur. Mansuetis itaq;

Psal 33. & simplicibus mysteria regni aperienda sunt. Quid vero contemptores legis fecerint sequitur. **Adducunt Scribę mulierem in adulterio deprehensam. & cæ.**

Leui.20. Lex quidem seuerissima hæc sic habet in Leuit.20. Si mœchatus qui fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi sui, morte moriantur & mœ-

Bifariam adulteriū cōmittitur. Mat.5 chus & adultera. Hoc scelus porro bono aduersatur coniugali multiplici sacramenti, prolis & fidei, eoque grauius erat animaduertendum. Committitur autem adulterium bifariam. Primo affectu & desiderio. Matth.5. Si quis viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est

Prou. 6 eam in corde suo Præscindere enim voluit Christus a suis imitatoribus non tam affectum enormem, quam affectus turpissimos, ex quibus scatent adulteria, & quælibet vitia, quamlibet turpissima Resecanda igitur erat radix. Qui enim adulter est, propter inopiam cordis sui perdet animam suam turpitudinem & ignominiam congregat sibi, & opprobrium illius nō delebitur. Bene dicit Salomon. Propter impiā cordis sui. i. propter impotentes animi motus, quos cohibere negligit, perdit anima, iacturamq; sibi famæ inurit. Secundo adulterium facti perpetratione nefarii committitur, dum videlicet concepit dolorem, & parit tandem iniquitatem, id quod non vno loco damnat scripturæ sanctæ. Deu.22. Si dormierit quis cum vxore aliena, vterq; mo-

Deu.22 rietur & adulter & adultera, & auferes malum ex Israel,

Iohel 24. Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens Non me videbit oculus. Consequitur ex iis locis non tam mulierem adulteram, quã adulterũ puniendũ. Verũ viri sibiipsis indulgentes. sæuiebant in mulieres quasi ipsi innocentes essent apud deũ, aut æterna euasuri pœnas, & si quãdo grauius delinquerent, non darent pœnas legis. Lex enim, publica crimina punit, & quæ probari testibus atque conuinci possunt, aut eiuscemodi sunt, quod tergiuersari actores nulla ratione possunt. Punit inquam vt auferatur malum de medio populi, hoc est, ne impunito fascinore populus alioqui ad vitia propensus, exemplũ malũ sequatur, ac tẽporis diuturnitate peccata iudicẽtur, nõ esse peccata. Quẽadmodum in Aegypto multa gerebantur, q̃ ob cõsuetudinẽ quasi pro iustitia reputabantur Hac ratione & lex per Mosen data est vt inquit Paulus, vt peccatum quod latitabat, agnosceretur per legẽ enim cognitio peccati. Peccatũ enim nõ piatum negligitur vel contemnitur, aut certe nũ agnoscitur esse pctm̃ Quin & Iulius Cæsar scribit sua tẽpestate. Latrocinia apud Germanos nullã infamiã tulisse, quæ extra fines cuiusq; ciuitatis fierẽt, sed ea iuuẽtutis exercẽdæ, ac desidiæ minuẽdæ gratia fieri, ac licite permissa Itẽ apud reliquas gẽtes fere fiebat, in aliis criminibus, nemo enim, quod non punirentur, plæraq; scelera peccatorũ loco duxit. Verũ, vt Paulus ait. Lex est timori male operanti. i. gladius, qui ob id in malos exercẽdus est, vt pax & tranquillitas in republi. constet, nullisq; malis perturbetur, deinde, vt supplicio sontis & rei reliqua fex a facinore deterreatur, ne licẽtia peccãdi, si ne vllo timore hoĩes fræna laxẽt ad cædes. homicidia, seditiones, hæreses, scismata. Secundo, consequitur, peccata nõ eatenus puniri apud homines, quatenus apud deũ. Lex enĩ ac magistratus non respiciunt in peccati magnitudem, sed reipublicæ commodum. Eum enim, qui cum vxore alterius mœchatur, punit lex morte, qui vero virginem nondum despõsatam seduxerit precio dotis non morte, sed pecunia punit. Quanquam tu dei iudicio adulter sit qui corde mœchatur. qui cum virgine, cum vidua, cum scorto. Proinde omnes hi sunt coram deo, legis iudicio adulteri, quantum vero attinet ad supplicium, lex nõ eodem supplicio omnes

Iob. 29
Lex cur puniat peccata publica.
Rom. 7.
Ibidẽ. 3.
Rom. 13.

animaduertit, iudicio tamen dei omnes vna sententia dam-
1. Cor. 6 nantur, scilicet hac. Adulteri & fornicatores regnum dei
Ephe. 5. non possidebunt. Si superbiam, factum, inuidiam, odium non punit lex, neque magistratus in eiuscemodi sæuiunt alioqui in seipsos cogerentur principes maxime stringere gladium. Quotus enim ex iis non superbia extollitur, quotus non inhiat auaritiæ, ac conquirendis pecuniis nõ æstuat? Nemo tamen est, qui aduersus eiuscemodi homines exerceat gladium. Interim tamen si dei iudicium spectes, ob superbiæ inuidiæq; cogitatũ æterno damnantur supplicio, Magis enim illa plærunq; execratur deus, quæ lex palã nõ punit, quã ea q̃ in maxime sæuit. Hypocrisim in Pharisæis magis dãnat Christ⁹, quã cætera flagitia, quãuis & hæc nõ probet. Cæterũ hic habes, id quod secundo loco obseruari diximus, id est, accusantium fastuosum supercilium, & importunitatem. **Hoc autem dicebant tentantes eum.**

Id est, non quærunt sententiam a Christo iuris nescii, quũ palã fateantur, quid de hac Moses præceperit, sed vt responsione eum comprænhenderent. Paulo enim ante prædicauit se mitem, & ad hoc patre venisse, vt peccata populi remitteret, prædicauit se non ad condemnendum mundum, sed seruandum venisse. Itaque si pronunciasset iuxta legem agendum, habuissent occasionem eius authoritatem apud populum eleuandi, quasi secus ageret, quam doceret. Sin vero absoluandam iudicasset, quod futurum sperabant, haberẽt quod intentarent crimen. Nempe quod legis cœlitus per Mosen datę detractaret authoritati, & ita deinũ quasi adulterii fautor, ipse populo lapidibus obrueretur. Iesus autem

Cur Iesus in terram scripserit. **tem inclinans se deorsum, digito, &c.** Cur in terram scripserit varias reddunt rationes sancti quorum aliæ, alii firmiores sunt, nullæ tamen impiæ, ea propter minime aspernendæ. Prima itaq; est, vt aliud agendo, Pharisæos ad quærendum insolentiores redderet, quo deinceps ex responso, maiori verecundia & confusione discedere cogerentur. Neq; enim mox stulto satisfaciendum est, sed captanda opportunitas. Secũdo, vt reuocaret calumniatores ad seipsos quũ iustos se videri volebãt, cũ multo essent sceleratiores,

quam illa quæ legem deliquerat Mosi. Quos oportuit meminisse, coram quo iudice, caussa instituta erat oportuit & propriam examinare consciētiam, que multo erat scelerarior deinde & talē sex hibere contra proximū, qualem Deum iudicem experiri erga se vellent. Inclinauit igitur se, facto declarans superciliū dimittendum, iuxta illud, Si præocupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, &c. Gal 6

Tertio. vt legis & Euangelii discrimen ostenderet. Legis in tabulis lapideis scriptæ, & Euangelii in fructifero corde spiritu sancto, qui est digitus Dei viui, de qua inscriptione Hiere. 31 Hiere. 31. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam, quem locum ad Hæbreos refert Pau Hebræ. 8 lus in conditionem noui testamenti. Lex plerosq; falsa iustitia reddidit superbos & arrogantes. Euangelium contra reddit humiles, modestos & misericordes erga proximum Id est, quod quidam Christum scripsisse aiunt, terram terra accusat, id est, qui ex æquo sunt peccatores, alios condemnare volunt, id non facit Euangelium. Hoc enim reuocat hominem ad sui ipsius condemnationem, vt seipsum agnoscat, iudicet, & terram ac puluerē esse intelligat. Quar to scripsit in terram Christus vt declararet accusatores non in libro vitæ, sed in terra, quasi abiectos, scriptos, eoque dignos quos terra absorberet, ac deuoraret Hiere. 17. Peccatum Iudæ scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino, exaratum superlatitudinem cordis eorum Et item: Recedentes a te in terra scribentur, quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium dominum. Itaque declarauit hac scripture Iesus hos esse deletos, & a deo reiectos, breuiq; in profundum mergendos inferni. Sic Balthasar vidit manum scribentis in parietem, Mane thetel phares, qua significabatur hunc breui regno & vita spoliandum,. Idem iis Pharisæis euenit. Quinto scripsit in terram differēs sen tentiam, articulorum flexione, significans non statim ad cuiusuis accusationem procedendum ad correctionem hominum, sed multam discretionem adhibendam multa etiam opus esse inquisitione, antequam pronunciemus sententiam Igitur dicitur in Decretis. 2. q c. Deus omnipotens, Mala audita nullum moueant nec passim dicta absq;

Hier. 17
Ibidem.

probatione, quisquam vnquam credat, sed ante audita diligenter inquirat, nec præcipitanter quicquam agat aliquis. Sic deus non mox in Sodomitas protulit sententiam, sed dixit descendam & videbo &c. Idem fere alibi: Iudicantem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discurrere, interrogandi, respondendi, obiiciendique præbita patientia ab eo vt ibi actio ambarum partium illuminata sit pleniter, &c. Cum ergo perseuerarent &c. Qui sine peccato est vestrum, & cætera:

Hanc eandem sententiam ferunt nonnulli terræ antea inscriptam, vbi vero insolētiores redditi sunt, ac importuniores cæpit quorundam detegere peccata, & ob oculos quasi graphice delineare, ostendens eos maioribus ac grauioribus suppliciis dignos qui accusabant. Id enim solent male conscii sibi, vbi occulta crimina panduntur, sistere gradum & cum ignominia recedere. Ob id secundo inclinauit se, quod videtur ciuilitatis fuisse, ne videlicet palam traduceret eorum crimina notans illorum arrogantiam & fastum. qui sibi sanctimoniam vendicabant, quum essent longe peiores aliis, Nempe homicidis, blasphemiis, ira, odio contaminatissimi. Quæ omnia si in dei conspectum referas, multo sunt nefandiora eo crimine, inquod per infirmitatē carnis, mulier inciderat. Hinc vide quam prudenter respondit CHRISTVS, vt pote qui nec legis sentētiā de adulterio arguit, nec suā doctrinā, de remissione peccatorum retractauit. Qua prudentia respondit, & quibusdam qui nunciabant illi, de Galilæis, quorum sanguinem miscuerat cum sacrificiis ipsorum Pilatus, putatis inquit, quod hi Galilæi præ cunctis Galilæis peccatores fuerunt, quia talia passi sūt? Non dico vobis, sed nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Ita hoc loco. Non modo hæc mulier peccato obnoxia est inquit, sed omnes vos iudicio peccatores estis quantūuis innocentes pareatis. Mulieri infamiæ notā sibi inussit, vos exterius non modo, sed etiam exterius oppleti estis sceleribus. Præterea, hæc ingemiscit, hæc pudesit, delictumq; agnoscit, cōfitetur, vos ipsis saxis estis duriores, nō resipiscitis, neque vestram ipsorum turpitudinem corrigere vultis. Ad hoc responsum, quisquis sibi male conscius, &

Luc. 13

accuſando deſtitit & e templo, ne maiore ignominia confunderetur, exiuit, ſeq; ſubduxit. Quod vero iterum ſcribit in terram, ſeque inclinat, cōmiſeratione ſeruat erga gen⁹ humanum, ad quod liberandum ſeſe inclinauit, & at Paulus ait. Exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens, habitu inuentus vt homo. Hoc eſt quod Micheas. 1 dicit Deſcēdet & calcabit ſuper excelſa terræ dominus. Excelſa terræ arrogantes ſunt, quos dominus calcauit, & ſuo verbo proſtrauit. Secundo iterum ſcripſit, ſententia lata, vt ſi quando proximum emendatum iri cupimus, clamq; aptoq; corripimus non illi exprobemus crimen, ſed magis noſtras proprias conſcientias examinemus. Tu enim qui es, qui iudicas alienum ſeruum? inquit Paulus, quaſi diceret, Noſce teipſum, ideo ſubdit, Eadem agis, quæ iudicas. Sic & Chriſtus. Nolite, iudicare, & non iudicabimini. Et Eiice primum de oculo tuo trabem, &c. Qui enim alium reum agit mortis, perpendat ne ipſe odio, inuidiaq; maneat intus. Nam & ille homicida eſt, qui odit fratrem ſuum, & qui ambitione turget, qui luxu inertiaq; torpet. Verum obiiciet quiſpiā Nemini igitur licebit adminiſtrare iuſtitiam, niſi innocenti? Atqui ſi dei iudiciū ſpectes nemo mundus a ſorde. Qui ergo pronunciabit aduerſus alios, cum ipſe eædem pœnæ ſit obnoxius? Permittendi igitur ſunt criminoſi, quādo vel pauci vel nulli inſontes iudices reperiantur. Reſpōdeat Pau. ad Ro. Omnis poteſtas a deo eſt, & Dei miniſter eſt. Qualis qualis igitur iudex ſit, ſi ſecundum legem iudicat, bene iudicat Deu. 16. Quod iuſtū eſt, iuſte exequere. Nunquam igitur in iudicio vel ſuam, vel rei, vel accuſatoris perſonam agnoſcere licebit, ſed iuxta legis præſcriptum, ſiue ſit obnoxius ſiue ab hoc immunis, pronūciet. Non enim iudex ſcientiæ author eſt, ſed lex, ſed videat ne legem torqueat, corruptus amore, fauore, munere, odio. Cæterum ſi eiuſdem criminis reus fuerit, non peccat quidem pronunciando legis ſententiam in alium eidem crimini obnoxium & conuictum, quandoquidem dei miniſter ſit, ſed peccat quod non reſipiſcit, quod ſeipſum non examinat, damnat, & quod in ſe non arguit, quod in altero iure punit, eoq; maiorem accipiet damnationem. Neque igitur CHRISTVS de

Philip. 2.
Miche 1
Roma. 2.
Mat. 7.
Luc 6
1. Io. 3.
Qualis qualis iudex eſt, ſi ſecūdū legē iudicat bene iudicat.

ſanctione magiſtratus in iudiciaria, hoc loci loquitur poteſtate, ſed confert iter ſe hypocriſin & externa facinora, &c. Audientes autem hęc. Hæc natura eſt veritatis, vt irrumpat in animos hominum confundatque, lege ob oculos

Pſal. 67. poſita, & magnitudine peccati manifeſta. Fœlices qui tum adeunt deum, qui ſe demittunt, qui non a deo fugiunt vt Adam, ſed illi proprias conſcientias aperiunt, Sicut deficit fumus deficiant, ſicut fluit cera a facie ignis, ſic pereãt peccatores a facie dei. Fugit enim impius nemine perſequente, id eſt, externe quidem nemo eſt qui hunc inſequatur dum interim patiatur infernales cruciatus, & pluſquam

Pſal, 141. cruentos hoſtes, neque poteſt aduerſus deum conſiſtere rea conſcientia, quamlibet ſe excuſet. Igitur Dauid. Periit fuga a me, & non eſt qui requirat animam meam. Vbique enim latibula quærit, ſi quando in iudiciũ dei reducta fuerit miſera conſcientia. Erigens autem IESVS ſe, &cæ.

Roma. 5. Videmus hic duos in iudicium relictos, iudicem & ream. Miſeriam & miſericordiam, gratiam & peccatum Sed vbi abundauit delictum ſuperabundauit in plures multo & gratia. Stat mulier ſola trepidans ex conſcientia, ſed læte ex fiducia, quam hactenus cõcepit erga patrocinantem Ieſum. Quod vero ſciſcitatur an a nullo condemnata ſit, id facit, vt doceat, nos neminem debere condemnare, niſi coram duobus aut tribus teſtibus conuictus fuerit. Vbi vero & accuſatores & teſtes ſuam cauſam deſtituunt, magis de calumnia ſunt condemnandi, quam de intentato crimine reus. Verũ hæc extra noſtrum ſint inſtitutũ dicta, nõ enim ciuiles ſanctiones, ſed Chriſti euangelium profeſſi ſumus, cuius eſt ex Moſe & Prophetis, deinde ex Euangeliſtis, adeoq; arcanis eloquiis commonſtrare rectum ad deũ iter. Dixit illi. IESVS, neq; ego te condemnabo. Vade, & iam amplius noli peccare, Hoc eſt, tertio diximꝰ obſeruandũ, quod maxime omnium plauſibile eſt, & quod Paul. ait, Fidelis ſermo & omni acceptione dignꝰ quoniam Ieſus Chriſtus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere. Non, inquit, ego te condemno quæ reſipiſcis. Nam in hoc veni in mundum, non vt perdam, ſed ſer

nem, vt remittam peccata quantumcumque flagitiosa. Nolo enim mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur, & viuat. Ezec. 18
Atque vtinam hoc exemplum imitentur pastores, qui tanta seueritate a se repellunt miseras conscientes. Contra illud Lignum fumigans non extinguas. Vtinam ob oculos ponerent, qui tanta seueritate publice facinorosos excommunicant, cum ipsi nonnunquam bisque magis indigeant Dei bonitate, quam illi quos a diuinorum consortio hominũque consuetudine arcent. Non te inquit, condemnabo, sed vade in pace, & ne amplius pecces. Sunt qui hanc sententiam vt licentius peccent sic ad se rapiunt, suamque conscientiam muniunt, quasi iam porro liceat, quicquid libeat. Esa. 42.

Hic voces illæ, CHRISTVS satisfecit, nihil igitur per nos faciendum, CHRISTVS adulteram porro, sine vlla pœnitentia abire iussit, huc igitur respiciendum sacerdoti, ac ministro Dei, audio charissimi, quod obstrepunt, sed nos verba Christi, si intropiciamus, aliud docebunt, quam isti existimant. Absoluit Christus ream, cõdonauit porro noxam, remisit adulterii reatum, sed non hic finiuit Christus sententiam, Vade in pace, ego neque te condemno. Addidit enim, Vide amplius ne pecces. Id est, caue ne recidas in idipsum, sed magis cura vt viuas iustitiæ, vt in nouitate vitæ ambules, vt præterita peccata plangas, radices eradices, occasiones omnes abiicias. Sic & Paulus Roma 6. Quid ergo dicemus, manebimus in peccato, vt gratia abundet? Absit, & quid agendum, paulo inferius declarat. Exhibete mẽbra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Hæc est pœna omnium maxima, ne peccemus iterum, sed magis exhibeamus membra nostra, quibus antea offendimus, iustitiæ, humilitati, æquitati, misericordiæ, operibusque bonis. Id fiet, si ieiunis carnẽ maceremus, si ad escis abstineamus, si iram odium, maledicentiam, & reliqua vitia stirpitus, per nouitatem vitæ eradicemus, hæc enim & si Christus hoc loco non iniungat mulieri, satis tamen superque aliis locis ea credentibus in se ceu necessaria imponit. In Luca dicit. Date eleemosynam, & omnia munda erunt vobis: In Daniele testatur: Peccata tua eleemosynis redime.

Non sic a Xpõ cõdonata esse pctã, quin ad ei⁹ exẽplũ bonis operibus oporteat insistere

Ro. 6.

Luc. 11.

Daniele. 4

Eadem in Salomone & Tobia præcipit, Iam, si eleemosina mundat, si remittit peccata, si vt Tobias ait, liberet a morte, quis tam stupidus est, sic a Christo condonata peccata, sieq; remissam noxam, vt & nos ad eius exemplum non & precemur multum, & mutua beneficentia alterius inopiam leuemus? Id certe non sine fructu, neq; merito erit. Nam merces vestra copiosa est in cœlis. Si enim ibi merces reposita est, præcedat hic meritum, non tam Christi, quam quod nobis incumbit, quanquã ex Christi merito, nostra viuificentur, ac vim virtutemque suscipiant. Sed inquiet quispiam. Num qui legatione pro Christo funguntur eos qui sua peccata detegunt, sic abire sine vlla pœnitentia, permittere debent? num dicet, vade in pace, nihilque aliud agas quam viue vt velis? minime sic sinendi sunt peccata confitentes, instruendi sunt, ac primum omnium infernæ conscientiæ roborandæ ne desperent, deinde vt quam maxime possunt sua peccata eleemosynis rediment, vt precentur iuxta orationem dominicam. Remitte nobis debita nostra, & alia id generis quibus sese affligant & occupent, illis sunt imponenda, iuxta illud: In quo quis peccauit, per hoc & punietur, & secundum mensuram delicti, erit & plagarum modus. Quod vero Christus

Sap.11. hanc sic liberam abire permisit, declarauit se esse non tam

Deut.14. verborum & operum externorum, quam internorum affectuum scrutatorem. Vidit enim mentem mulieris porro anxiam & omnifariam contritam. Deinde amore ardẽtem, qui omnia sumpserat peccata, id vbi non vana coniectura sed certitudine infallibili didicisset, remittit huic & noxam pœnam quanquam vti dixi, satis suppliciorum sit, Ne preces. Proinde hac ratiõe Christus ministro clauem præstat, quod ille internum, hic vero externum vultum pecoris perpendit. Dicitur igitur legato Christi, vt soluat quos voluerit, & liget quoque, remittat, & retineat, id cum verum sit, potestate, authoritate clauium, quædam remittere, quædam retinere potest, sed de hoc alias sæpe diximus, & sub hæc suo loco dicemus.

Dominica. 4. Quadragesimæ Ioannis. 6.

ABiit Iesus trãs mare Galileę, quod est Tyberiadis, &c. Hoc miraculo Xps suam doctrinã cõfirmat Nã id receptũ est ĩ sacris literis, eos qui nouam ac raram doctrinam astruere instituebant vt id commodius præstarent, ædere miracula, quibus seu sigillis obsignabatur fidei verbum Sic Moses legem datur", ne videretur vana docere, miracula adiecit, transitum per mare rubrum, aqua de petra, manna de cœlo, columnam ignis: & reliqua id generis innumera. Quibus ipsum verbum Dei in possessionem collocatum est, quibus & authoritatem & robur accepit, Ita & Iosuæ. Sic Helias, sic Helisæus, & plærique alii doctrine addiderunt miracula. Idem & Christus nouæ legislator & author. Ob id & Apostoli ædiderunt mira, & stupenda, imo maiora quam Christus: Qui in me credit, ait Christus, signa quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet. Ita ad prædicationis verbum, ædidit Petrus miraculum, dicens: In nomine Iesu Nazareni surge & ambula. Quin etiam vmbra sanauit ægrotos, id quod maius fuit ac præstantius. Non secus fecit Paulus, hinc gloriatur Romano. 15. Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non efficit Christus in obedientiam gentium in verbo & factis, in virtute signorum, & prodigiorum in virtute spiritus sancti. Cæterum omnibus prædicatoribus incumbit, vt si quæ a communi hominum opinione aliena asseuerare volunt, sua dicta signis quibusdam insolitis obfirment, modo suæ doctrinæ fidem haberi velint. Quocirca non satis mirari possum lenitatem nostram, quod hominibus credimus, (qui porro a Dei spiritu extorres sunt) superbis, carnalibus, flagitiosis, sectariis Qui subinde multa inuehere contendunt, quæ a communi catholicæ Ecclesiæ sensu, sunt aliana, q̃ tamen nullis miraculis obfirmare possunt. Id quod maxime nos, vt eos abiiciamus, excitare debet. Si enim suæ doctrinæ

Rarã nouamq; doctrinã miraculis esse probandam.

Ioan. 14

Act. 3.
Ibidem. 5
Rom. 15

credi volunt, quum porro omnibus orthodoxis doctorib⁹ pugnet, adiiciant signa, vel Heliæ vel Ionæ, vel certe Francisci & credimus. Adunt & Ecclesiæ authoritatem, quam vt audiamus, præcipit Christus. Igitur Christus qui non semel ad opera mittit dicens: Si mihi non vultis credere, operibus credite, quod certiores reddamus de doctrina ac cœlisti Philosophia, ædidit hodie multis coram stupendum miraculum, dum ex quinque panibus, quinquies mille veros satiaret, Ita enī habes. Abiit Iesus transmare.

Io. 10.

Tota hæc lectio charissimi circa tria versatur. Primo, Populi deuotio Christum sequentis, declaratur, Secundo, Miraculum ad Euangelii confirmationem æditur. Tertio, Dei beneficentia commendatur. Quo ad primum, maxima indicatur populi fides erga Christum, quod tum maxime sequitur veritatis doctorem, quando insaniunt adeo Pharisæi, vt ad tempus illi cedendum esset vltra lacum Tyberiadis ciuitatis a Tyberio Cæsare conditæ. Quanquam non omnes eodem studio, neque animi propēsione secuti sunt, id quod sæpe a nobis dictum est. Quidam enim miraculorum cupiditate ducti, alii commodi proprii respectu, nonnulli, vt in sermone caperent, plærique vt cælestem philosophiam amplecterentur, sequuti sunt, Quorum animus sic deditus erat Christo, vt & comeatum omnem domi relinquerent, & sese diuinis præsidiis porro cōmendarent. Subduxit autem sese in montem, reipsa declarans, quid facto opus sit, si quando aliorum mentes per dei verbum ad cœlestia erigere volumus. Nempe tunc opus esse vt vacemus culpa, fugitemus mundum, inhæreamus cœlestibus, precemur deum vt auditorum animos parare dignetur. Sic Moses aliquandiu ante legis promulgationem in monte delituit Et Helias quoque in montem Oreb, & Carmeli diuertit, contemplationis gratia. Id significat, quod transmare abiit, id est, omnia mundana a tergo reliquit, vt solus iam porro videretur nihil præter patris honorem spectare mundi pompā, delicias, honores fugitans. Quæ omnia in nostri correctionem gessit, qui castra, qui principum aulas sequimur. Nec sequimur modo, sed admiramur, adeoq;

Aliis aliis de causis Christum sequuti sūt

quid facto op⁹, sit per Dei verbo aliorū animos in cælestia erigere volueri mus.

in iis totos dies ac noctes versamur. Id quam minime verbi ministris conueniat, perpendat quisque volet ex Euangelio, ex APOSTOLORVM Actis. Rari enim illi in domibus Regum, frequentiores vero comperti sunt in solitudine, in templo, & in iis maxime locis, vbi Ecclesia conuenire consueuit Hos imitari si volumus, ascendamus in montem humilitate, ac animi puritate, alioqui impossibile erit in tuto collocare arcem mentis. Psalmo vicesimotertio. Quis ascendet, in montem domini, innocens manibus & mundo corde. Fundamenta enim eius, in montibus sanctis, id est, in castis & purissimis animis, solet fundamentum iacere CHRISTVS, eas enim mentes illustrat, quæ apte ac diuinis rebus percipiendis idoneæ sunt id tum fiet, si opera manuum sint munda, si mens ab omni sorde ac cupiditate sit purgata. Hic est ille mōs, de quo iterum Dauid. Quis requiescet in monte sancto tuo. Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam, hunc Christus conscendit, secumque eos abduxit, qui tantis mysteriis audiendis erant digni. Quanquam non omnes propter doctrinam sequerētur, sed vt habet Theophyla. Propter corporalium miraculorum vtilitatem Verum nos hinc (etiamsi illi non fuerint vsqueadeo idonei, quod sua spectarint commoda) colligamus, quales nos velit esse, qui cœlestium rerum sumus studiosi, Deus, nempe absolutos ab omni mundi strepitu, igitur subduxit eos in montem, ac solitudinem, quæ apta atque idonea est cœlesti philosophiæ, subduxit & vltra mare, id est, turbatiores omnes a tergo relinquere docuit. Mare enim turbulas vel sæculi significat, vel irrequietæ conscientiæ. Impii enim quasi mare feruescens, quod quiescere nescit, & redūdant fluctus eius in conculcationem. Qui iam volet imbui cœlesti doctrina, sedare studeat animi incompositos motus, alioqui nihil erit illi commodi sperandum, ex eo quod sequitur Christū. quod dei verbum aure percipit corporis, nisi videlicet interius operetur quietem ac tranquillitatem mentis, hoc enim est, subduci in montem, hoc vere est sequi dominum.

Psal 23. Ibid. 86. Montes sancti qui dicantur.

Mare in diuinis literis quid significet. Esai. 57.

Erat autē proximū pascha dies fest9. Iudęorū.

Temporis iam describitur opportunitas. Nempe paschatis, quo agnus, qui cibus noster est & hostia, immolandus erat. Pascha enim nostrum immolatus est Christus. Et Exo. 12. Est enim phase, id est, transitus domini. Transit Iordanem Christus subduxit sese in monté cum turba. Verum ad quid? vt se immolaret, ac pro nobis mactaret hostiam.

1. Cor. 5.
Exod. 12.

Cum subleuasset autem oculos Iesus, & vidisset quia multitudo maxima venit & cætera.

Hoc rursus loco docemur spernere inferiora & terrena quæque, sustulit enim Christus oculos, indicans nobis altiora esse inuestigãda, qui ipsum in desertum secuti sumus. Id vbi fecerimus, aderit votis nostris, aderit & desideriis. Leuaui, inquit Dauid, oculos meos in mõtes diuinæ gratiæ, vnde veniet auxilium mihi. Proinde quod Christus ad literam oculos leuat, misericordiæ significat influxum, quo solet errata nostra, imperfecta, atque miseriam nostram videre, & videndo leuare, adeoque clæmentissimæ erigere, Imperfectum meum, dicit Dauid, viderunt oculi tui. Psalmo centesimo tricesimo octauo. Et iterũ: Oculi dñi super iustos, & aures eius in preces eorum, Atqui hic est secundus scopus, quem tractandum cœpimus. Nempe æditionem miraculi, ad gloriam patris, & Euangelicæ doctrinæ obfirmationem. Ad hoc enim ædidit Christus tam insolitum ac ratum prodigium, vt qui nollent verbis vel factis præclaris fidē haberent, Ita & alibi mittit eos ad opera, dicens: Si mihi non vultis credere, operibus credite Et Opera quæ ego facio in nomine patris mei, ipsa sunt quæ testimonium perhibent de me. **Dicit ad Philippum, Vnde ememus panes, vt manducent hi?**

Psal. 120.
Christum oculos suos leuare quid.
Psal. 138.
Ibidē, 33.
Ioan. 10 & 8.

Vide quanta sit Dei erga nos solicitudo. Etiamnum nobis stertentibus, nihilo secus ipse præuenit, & plane patrem familias agit, interrogatque vnde sumptus, vnde victus. Recte autem dixit, Vnde ememus panes. Est enim panis cibus, & probis & improbis communis, deinde quotidianus, sine quo nemo, nisi superne, transigere vitam potest. Ecclesiastic, vicesimonono. Initium vi-

Eccl. 29.

tæ homines, aqua & panis, & vestimentum. Interrogat igitur de pane. Sic primæ ad Timotheum sexto. Habentes victum, & quibus tegamur his cõtẽtissimus. Hoc enim est, quod quotidie petimus Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, 1. Tim 6. Matth. 6

Hoc autem dicebat tentans eum, ipse enim sciebat quid esse facturus.

Tentare dicitur bifariam. Primo in malum irritare, adeoque incitare, illicere, & impingere, atque extimulare. Sic miseri tentamur a carne, impetimur a mundo, inflammamur a malorum omnium incentore dæmone in hoc, vt deserto summo bono omniũ amabilissimo, nos ad fugax bonum, & momentaneum conuertatur, Is enim est huius tẽtationis finis & scopus, vt deteriores reddamur, inque fauces barathri detrudamur. Huc pertinet quod ait Iacobus. Vnusquisque tentatur a concupiscentia sua, abstractus, & allectus. Ad hanc tentationem perinde & ea, de qua dicitur Non tentabis dominum Deum tuum. Deuteronomii sexto. Quod solent ii facere, qui prætermissa opera, studio, ac diligentia humana, solum diuinis pandere se existimant præsidiis. Hinc se periculis committunt, hinc etiam num nihil quod ad CHRISTIANVM hominem attinet, agere volunt, non orare, non benefacere, nõ abstinere a vitiis. Ad hoc genus pertinent & illi, qui per magicas artes multa explorare solent Verum de iis suo loco, Secundo tentare est alterius animum explorare, fidem constantiam, quo modo dicimus, Tẽtauit Petrus animum Ioannis, periculum facturus. quo erga se esset affectus studio Sic si deus quempiam tentat, in id facit non quod ipse nescius, si cogitationum nostrarum, sed quo nos discamus cuius animi sint quos aliquando deus tentat. Omnis tamen dei tentatio ad id tendit, vt homo proficiat, reddaturque melior ac deo gratior & charior. Sic tentauit deus Abraham, dicens, & cætera Genesis vicesimo secundo. De qua & primæ ad Corinthios decimo. Fidelis deus, qui non patietur vos tentare supra id quod potestis. Et Iac. 1. Beatus vir qui suffert tentationẽ. Et in Psal. optat Dauid Proba me deus, & tenta me, vre renes meos & cor meum

Geminum tentare. Iac. 1. Matt. 4 Deut. 6. Tentare Deũ qui dicantur. Ge. 22 1. Co. 10. Iac 1. Psal 25

Ad eum modum & Iacobus dicit: deus intentator est malorum, ipse enim neminem tentat. Neminem tentat vt in malum præcipitet, perinde atque diabolus facit, nos mille modis aggrediens, vt in extremam desperationem deiiciat Contra: deus si quando nos aggreditur, vel verbis, vel factis, ad hoc facit, vti nostra fides aut icredulitas aliis innotescat, vt manifestetur animi firmitudo, ac in deum fiducia eo quo modo aggressus est Philippum tentãdo. Non quia nesciat, qua arte subleuaturus sit famem ieiunæ plebis, sed vt explorata animi sententia, eum instruat ac erudiat. Quo videlicet illustrius reddatur miraculum Sic in multis angustiis dum cõstituti sumus, deus nostram explorat fidem, explorat animi cõstantiã, & erga se deuotionẽ Id quod in sancto Antonio eremicola claret, qui in mediis flammis, nõ est destitutus gratia & diuinis præsidiis. Sic & alii viri sancti etiamsi variis & inexhaustis sint impetiti periculis, non tamen despõderũt animũ, neq; desperauerũt: semetipsos, sed quotquot sunt, vel fuerunt, exclamauere. Et ne nos

Matth 6. inducas in tentationem. Respõdet ei Philippus. Ducentorum denariorum &c. Hic manifeste Philippus declarat suam incredulitatẽ, Nihil enim magni de Christo sensit, cum tamen potuisset ex multis miraculis eius diuinitatem quasi omnipotentẽ didicisse. Sic enim solet humana ratio, solum carnalia spectare, nec longius, quam ad præsentia prospicere. Quæ nisi adsint, iam desperat, nescia quo se vertát. Obiecit hoc ipsum diuus franciscus negotiatoribus quibusdam, qui dum numis cibos parare se posse putarent, repulsi ab venditoribus, inanes redierunt ad virũ sanctũ. Quibus ille. Vos in muscis fiduciã collocastis

Rom 4. eoque digni estis, qui repulsam patiamini. Contra solet fides, hæc enim in spem contra spem credit. Rom. 4. Quamquam enim in hoc mũdo nihil videat vnde suppeditet victus, videt tamẽ in alio mũdo esse, a quo & vita & anima pẽdet. Proinde Ducẽti denarii authore Budæo de partibus assis valent viginti aureos gallicos. hoc est. 35. Franciscos, Marcus vero dicit. Eũtes emam⁹ ducẽtis, denariis panes in eandem recidit sententiã Additur. Vt modicum quid

accipiat,&c. Quo maxima proditur infirmitas. Philippi. Existimabat enī secundum Theophy, quod multiplicaturus quidē panes esset dn̄s, sed si essent plures, eo maior & multiplicatio futura esset, periculose omnia intelligens, nam dominus etiā ex nihilo potuisset panes facere, qui turbæ sufficerent. Ipse enim dixit & facta sunt. Omnia enim parēt verbo virtutis eius, Et Dauid: Aperis manū tuam & imples omne animal benedictione. Philippus igitur in numos, non in dei verbū respexit, quo audiuit Christū dicentem: Primum quærite regnum dei. Si solent omnes auari, nunquam enim saturantur, nisi terra & lapidibus obruti. Et igitur recte dicit quidam Auaro tam deest quod habet, quam quod non habet, Laborant & hoc morbo nostri diuites & negociatores, qui nunquam dicunt sufficit, perpetuoq; egent, nam in solos numos fiduciam collocant. Contra illud Pauli: Non sperare in incerto diuitiarum. Eodem fere morbo & Andreas tenebatur, paucitatem ciborū præsentium, præ oculis habens, non Christi magnifica promissa. Dicit igitur. Quid hęc inter tantos? De pisciculis loquitur: Vt claret, hunc fides destituit in Christū Quid inquit, inter tantos? q.d. Cum turba plurima nos in desertum vsq; sequuta sit, nisi aliunde suppeditet victus, lapidibus nos obruet, Nouerat enī Philippus quid Mosi & Aaron acciderit in deserto, deficiente pane & aqua. Sic enim habes murmurauit oīs congregatio filiorum Israel, cōtra Mosen & Aaron, dicentes: Cur induxistis nos in desertū istud vt occideritis, omnē multitudinē fame & siti? Et Dauid Male locuti sūt de Deo dixerūt: Nūquid poterit deus parare mensam in deserto? Et iterū: Nūqnid & panē poterit dare, aut parare mēsam populo suo? Ad idem, Et irritauerunt eum ad aquas contradictionis, & vexatus est Moses propter eos Adeo enī excanduerūt aduersus dei famulos, vt parum ab fuerit, quin eos lapidibus obruissent, id sibi & Andreas & Philippus metuebant futurum, Nouerant enim populi duriciem ex vna parte, altera vero parte nihil eis esse ciborum, quo tātam satiarent multitudinē sciebant, interim etiā vrgebat fames corporis, quā verbis qui-

Psalmo. 148. Psalmus 144. Auarus. nō saturatur diuitiis. 1. Tim. 6. Exod 16. Psal. 77.

dem qualibet fucatis explere nequibant. Sic itaque euenire solet omnibus, qui a tergo relicto Dei præsidio, se ad mensas, ad escas, adeoque inanes cibos conuertunt. Concluduntur enim vndique, nec vsquam euadendi aut auxiliandi videtur via aperta. Contra, qui Deo adhæret, qui illi fidit, deique iussa exequitur hic in mediis mortibus, etiam non desperat. Iunior, inquit Dauid, fui etenim senui, nunquam vidi iustum derelictum nec semen eius quærens panē. Sic & Iob, cui omnia sublata erant, quæ externe possidebat, sic infit: Etiam si occiderit me sperabo in eum. **Facite homines discumbere.** Perinde atque diceret. Nolite a vobis ieiunum populum repellere, nolite auxilium aliunde, quam ex me petere, Vtpote qui in deserto ex silice aquam eduxi, vt habet Moses, possum eadem potentia ex subiecta materia panis & piscis, tantundem facere, quantum omnibus sat erit, vt nemo in via viribus destituatur corporis, facite discūbere eos, vestraq; solicitudine curate vt cibus per me adauctus, distribuatur. Ita enim puto Christum voluisse excutere incredulitatem discipulorum, qui, vt habet Matth, aiunt Desertus est locus, & hora iam præteriit, dimitte turbas, vt abeant in vicos, & emant sibi cibaria: Colligimus hoc loco, non esse cuiuslibet cibum distribuere sed apostolorum, eorumque qui horum in locum surrogati sunt, Episcoporum, sacerdotum, & missorum. Apostolis enim dictum est, facite vt discumbant homines, vos Tribuni, vos Decani, ac gregis duces estis, vestri muneris est, regere, & in ordinem dirigere populum. Sic Paulus se Architectum vocat. Et Ephesiorum Episcopis dixit: Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Deus constituit Episcopos, &c. Proinde hic habemus charissimi quanto interuallo absunt nostra ætate ab Euangelio concionatores complures, qui vel seipsos Ecclesiis moderandis ac publicis concionibus intrudunt, vel a profanis magistratibus aduersus ius & æquitatem intruduntur. Hinc sectæ & hæreses, & scismata, & quid non malorum? Neque enim alia ratione video turbatam Germaniam nostram, quam quod sine vllo personarum dele-

Psal 36. Iob.13. Mat.14. Non esse cuiuslibet verbū dei pdicare. 1.Cor 3. Act.20. Quātum absint ab Euāgelio qui vi magistrat' in verbi ministerium intruduntur.

ctu deinde sine legitima authoritate Episcoporum, passim Ecclesiis præficiuntur, scioli quidam, imo multis in locis ii primas in Ecclesia tenere volunt, populum cibo salutis pascere, qui sacris non sunt initiati, qui fabrilem, aut certe aliam sellulariam artem professi, vix dum legere Euangelia possunt. Secundo, colligimus & illud iuxta Chrisost. vt nunquam desperemus de diuinis præsidiis, quantumlibet res desperatæ sint, nosque omnia deserant, aderit certe Deus etiam mediis ærumnis & fluctibus, ibique citius aderit consilium, & auxilium, si in ipsum spem nostram regeramus, vbi minime sperabamus. Igitur, dicit Chrysostomus: considera quonam pacto, ex omnibus mentes erigit, & differentiam demonstrat. Siquidem non visis panibus, dicit, facite homines discumbere, vt intelligas, quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, ei subdita esse, vt Paulus testatur, iamque paratus epulis præcipit vt discumbant, quo discipulorum animos eriga, nobisque spem ingerat, ne vnquam animum despondeamus. Accepit ergo Iesus panes, & cum gratias egisset, &c. Duplicẽ habet hic locus sensum, & eũdẽ catholicũ. Primo gratias agit, ac habet patri, vt nos instruat, cõmune faciatq; gratitudinis. Dignũ enĩ est agnoscere bene merẽtẽ de nobis deũ, qui sic largiter, sic abunde nobis prospicit, qui indigni sumus etiã cibo quo vescimur, interim tñ illi cura est de nobis, tãquã de filiis. Agit ad eũ modũ gratias deo, vt ita loquar, Dauid Benedicam dominũ oĩ tpe, semper laus eius in ore meo. Et iterũ Psal. 147. Laudate dñm quoniã bonus est Psalmus, deo nostro sit iucunda decoraq; laudatio. Deinde recẽsens beneficia, addit: Aedificãs Hierusalẽ domin⁹, qui sanat cõtritos corde. Itẽ: Qui dat iumentis escã ipsorum. Et alibi: Dei mĩam collodãs. Cõfitemini domino quoniã bonus, quoniã in, &c. sequitur. Qui dat escã oĩ carni Dauid oĩa regerit in patrẽ, semper illius gloriã attollit, semper veneratur. Idẽ & nobis agẽdũ, qui innumeris beneficiis a deo op. max. sumus affecti. Secũdus sensus est, vt gratias agere perinde sis atq; sanctificare ac benedicere, sic Paulus ad Timo. Quicquid deus creauit bonum est, & nihil reiiciendum, si cum

Nũquam de diuinis p̃sidiis desperandũ.

1 Pet. 5.

p̃s. 33.

p̃s. 146.

1. Timo. 4

gratiarum actione sumatur. Sanctificatur enim per verbum dei & orationem. Ob id Matthæus testatur eum benedixisse panes, id est, precatum vt sufficerent multitudini. Interpellauit enim patrem, vti suppeditaret victum sufficiẽtem vti multiplicaret quamlibet paucos panes & pisciculos. Sic multiplicata est farina in hydria, & oleum in vasculo,
3. Reg. 17. viduæ Sareptanæ. 3. Reg 17. Eodem modo & alterius mulieris oleum, accrementum accæpit, & multiplicatum est
4. Reg. 4. ad preces prophetæ. 4. Reg. 4. Ita & dominus nostram inopiam sua benedictione leuabat, nam fidelis est, seruansque promissi. Dicit autem per Salomonem: Non perdet dominus fame animam iusti. Succurrit autem si & nos quod
Prou. 10. per nos præstari, potest faciamus, si vocationi nostræ sedulo inseruiamus. Egestatem enim adfert manus otiosa, sed manus sedulorum ditat Sic ergo fidendum est deo, vt
Prou. 10. interim nihilo secus labores manibus tuis. In sudore enim tuo, vesceris pane tuo. **Vt autem impleti sunt,**
Gene. 3. **&c. Colligite fragmenta quæ superauerunt.** Nostra hic negligentia redarguitur, quia multa per socordiam negligimus, multo labore parta & conquisita, cum non minor sit virtus, quam quærere parta tueri Taxantur & famuli, & diuitum ancillæ, & alii qui rebus domesticis præfecti sunt, qui plærunque frustra panis ac carnis cæterarumque rerum esilium porro abiiciunt, cum interim pauperibus distribuenda essent, non ita fecerunt apostoli, non cæteri viri sancti, solent enim aliquotam partem in pauperũ ministerium reseruare ac reponere, vt habeant iuxta Paulum, quod distribuant indigenti. **Illi ergo homines, &c. Quia hic est vere propheta, &c.** Insectatur hoc loci Chrysost gulæ vitium. Vide, inquit, Theo. post Chrysost. gulam vulgi, quum mirabiliora fecisset, non admirabantur, & ecce propter cibum dicunt: Hic est vere propheta. Sic & Dauid de quibusdam dicit Confitebitur tibi si benefeceris ei. Si vero non fuerãt saturati murmurabunt id vsu euenit Christo, Ventris animalibus propheta erat, quos cibauerat, & eorum gulæ satisfecerat. Sed postea iubens Cæsari, quæ sunt Cæsaris dari, adulator erat, cum

Diuitũ famuli taxãtur, qui esiliũ fragmẽta inutiliter abiiciunt.

Psal. 48.

Mat 22

crucem ferret, seductor populi cum peccatores ad se humaniter alliceret, cumq; iis, vt seruaret, commercium haberet, potator vini, publicanorum & meretricum amicus. Ibidē. 11
Sic enim quo se fortunæ facies inclinat, eo mobilis vulgi iudicium fertur. Proinde quod illi ob crapulam ac gulam fecerunt, nos, id quod est, pro veritatis amore, proque immensis dei beneficiis, & verbo, & reipsa faciamus. Honoremus Christum, agnoscamus prophetam illum magnum quem Moses promisit, qui nos sua largitate non tam corpore, quam spiritu pascit. Sed quo pastus? Eodem nimirū, quo pauit quinq; milia hominū, panibus ordeaceis quinq;, & duobns pisciculis. Si volumus allegoriam eruere dicamus primo, per quinq; panes (vt habet Beda, qui mihi magis omnibus in hac reprobatur) quinque libros Mosi designari, qui æquissimo iure hordeacei dicuntur, propter austeriora legis edicta, & tegmina literæ, quibus interior sensus erat abditus, quem nemo nisi Christus cæterique apostoli aperuerunt. Hordei enim granum e paleis excusserunt discipuli, quando Christi doctrinam prædicantes, infidelium multos ad se traxerunt. Lex igitur per panes Hordeaceos intelligitur, nam crasso ac radi populo data est, eiq; populo, perinde atq; indomita animantia agrestibus cibis, alendus erat. Hinc ad Ezeche. dicitur. Et tu sume tibi frumentum & hordeum, & fabam, & lentem, & millium, & vitiam, & facies tibi panes numero dierum, quibus dormies super latus tuum. Et paulo post. Et quasi subeinericium hordeaceum comedes illud, vbi ita fere habet Hiero. Iudaicus populus vsq; hodie subcinericios panes comedit mixto frumento, hordeo, faba, lente, mileo, auena, duorum alter hominum, alter iumentorum cibus est. Idem euenit & nobis si quando crassam literam solum sequimur, si in solis verborum foliis versamur, si corticem, non nucleum edimus. His enim venter & aures quidem, non autem mens nostra impletur. Secundo additi sunt & pisces duo, id est, psalmi & prophetæ. Nam pisces aquis victitant facilisque digestionis sunt. Sic & in psalmis & cæteris prophetis propius acceditur ad mysteria diuinita-

Quid per quinq; panes significetur.

Ezec. 4.

Quid per duos pisces significetur.

Io 6. tis & humilitatis Christi,qui est cibus animi nostri.Io.6. Caro mea vere est cibus.De iis piscibus etiam Ezech.dicit Et erunt pisces multi satis postquam venerint illuc aquæ iste,id est,vbi Christi humanitas, que in ipsalmis & prophetis delitescit,reserata,ac manifestata fuerit,orbique co
Rom.1. gnita,iam spirituali intelligentia pascetur animus noster, fideq; in Christum viuet,irrigata gratia Christi. Nam iu-
Math.22. stus ex fide sua viuet.Possumus etiam per duos pisces,duo charitatis præcepta intelligere,quibus animus noster imbuendus est vt viuat æternum. Mat.22.in iis duobus man-
Quid per datis tota lex pendet & prophete,hoc est in dei & proximi
fœnum in dilectione Tertio,fœnum in loco dicitur fuisse.Hic si lite
Esa.40. ram spectes,parum hoc profuerit nouisse:sic spiritum,ma-
Psal.101. xima inde vtilitas proueniet. Fœnum enim carnem signi-
Gal.5. ficat,quæ calcanda est,ne se aduersus spiritum erigat.Omnis enim caro fœnum,& omnis gloria eius sicut flos fœni Esa.40 Et Psalm. Percussus sum sicut fœnum, & aruit cor meum.Discumbendum igitur super fœnum nobis est id est,desideria carnis refrenenda sunt,vt arescant. Qui enim Christi sunt,carnem suam crucifixerunt cum vitiis & cōcupiscentiis.Quarto,iubentur colligere fragmenta Colligite inquit,fragmenta,ne pereant.Id maxime cauendum est,ne diuina verba in nobis pereant,ne dominicæ passionis fragmenta,sanguis effusus,caro flagris lacera,denique crux,flagella,sputa,corona,& quæcunque tandem pro nobis sustinuit Christus,id sumopere agendum ne intereant nobisque emoriātur.Periere fragmenta hæc iudæ,sed suo ipsius malo,Periere & Pharisæis, & tyrannis, & omnibus
Io.3. hæreticis,qui impie de Christo senserunt,pereunt etiam omnibus qui increduli sunt qui enim non credit,iam iudicatus est Fide colliguntur fragmēta hæc,& amoris affectu
Can.2. possidentur adeoque recunduntur, ne frustra mortuus videatur.Sic colligit ea.Sponsa in canticis. Fasciculus myrrhæ dilectus meus inter vbera mea commorabitur.Proinde,inter vbera recōdi Christi mortem,aliud nihil est,quā pie adniti Christo adeoque affectu adhære, omnemque in ipsum fiduciam reiicere. Quinto, colliguntur duode-

ctim cophini, quo significantur Apostoli duodecim: duodenarius enim numerus, perfectioni sacratus est Euangelicæ Apostoli autem legis velamen, & prophetarum abdita, nobis reserauerũt, suntq; multa legis verba interpretati, quod certo cõstat. Dein & duodecim fidei articulos, ex omnib9 diuinis eloquiis, quasi catalogum quandam descripserunt totus terrarum orbis agnoscit deũ, colit, ac veneratur Sunt igitur ipsi & legis & prophetarum, & euangelii ministri, & rerum sacrarum distributores, vt multis in locis habet Paulus. Sunt & collectores piorum dogmatum, quibus pascuntur fideles. Igitur Petrus dicit Pascite qui in vobis est gregem dei. Et iterum primæ Petri quarto. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei. Successerunt in horum locum vt habet ad Ephesi. Paulus, alii doctores qui in sacris literis exercitatissimi fuerunt. legentes, atque quæ salubria sunt, quæue vtilia, & reipublicæ conducibilia exponentes, mysteria Alii pastores qui verbo atque Ecclesiasticis sacramẽtis (quæ omnia sunt fragmenta Christi) pascunt oues sibi concreditas. Pro patribus enim tuis nati sunt tibi filii, &c. Sexto, si saturi sumus, si a nobis, sua benignitate, famem Christus repulit, iam ille honor, atque gloria debetur pro benefactis. Igitur dicimus Hic est vere propheta, hic est ille mediator dei & hominum, qui sua diuinitate implet muudũ, qui solo verbo restaurat vniuersa qui dat escam omni carni, qui sua clæmẽtia nos pascit, nos fouet, nosque refocillat, ne in via deficiamus. Sit igitur illi gloria, sit laus perpetua, amen.

1 Pet. 5.
Ibidẽ. 4.

Feria secunda post quartam dominicam Quadragesimæ. Euang. Io. 2.

ASCendit Iesus Hierosolymam, & cætera. Propheta Esa. ait. 48. Ego dominus Deus tuus docens te vtilia gubernans te in via qua ambulas.

Quo significare voluit se ea docere, quæ sallubria essét, maximeque nobis profutura, si modo ea exequamur, si factis, rebusque præstemus, quæ doctore Christo didicimus. Docet autem Christus bifariam nos, verbo, dum scripturas enarrat, dum sancit, vt est legis nouæ lator, quid agere quidue cauere debemus. Hoc officio atq; munere in scholis, plærunque vsus est, plærũq; in templo. nonnũquã ĩ plateis publicitus, alias etiam in eremo ac deserti locis. Secundo, docet nos facto, quæ commoda sunt, quæve nostræ salutis expediunt. Nã recte inquit Grægo. Omnis Christi actio, nostra est instructio, ad quod spectat illud Iudi.7. Quod me facere videritis hoc facite. Ingrediar partem castrorum, & quod fecero sectamini. Ingressus est Christus mundũ, factisq;, quid nobis cauẽdum, quidue agendum esset, docuit Exemplũ, inquit, dedi vobis, Io.13. Sic & in hac lectione discimus nonnulla verbo, discimusq; plæraq; facto, quæ & fidem nostram confirment, & mores corrigant. Inquit enim Euangelista. **Prope erat pascha Iudæorum.**

Bifariam docet nos Christus, verbo, factoque.

Iudi.7.

Historiam principio spectemus clarissimi, nam Matt. idem factum memorat, quod Ioannes hoc loci describit. Verum, non in idem tempus incidit, quandoquidem bis Christus, vt habet Theo. & Beda, eiecit vendentes de templo, purgauitq; paternam domum. Semel in initio prædicationis, primo videlicet anno, haud longe post baptismum. Secundo, idem gessit iamiam mortem obiturus, quinto die videlicet ante passionem suam, dum asello insidens multa cum pompa exciperetur a populo. Vtroque facto, pharisæorum scribarumq; quæstum, ac auaritiam detestatus est Christus idque magna authoritate. Certe non parum erat, primores templi tanta seueritate obiurgare, tantaque austeritate eiicere ac pellere foras. Quem enim lapidibus nostratium Episcopi non obruerent, si simile quid tentaret, si a consortio fidelium arceret, si quæstum, si mensas euerteret. Proinde Christus has laruas nihil metuit, eiicit omnes qui eiusdem farinæ sunt, eodemque laborant morbo, idq; sub id temporis, quo maior populi multitudo confluebat, quoue celebrius festum imminebat, nempe paschatis. Sic deberent

& nostri Concionatores, quo frequentior est populus, celebrior solennitas, eo magis exclamare aduersus vitia, maxime vero superiorum, quanquam id fieri debeat, in omni patientia & doctrina, adeoque ad ædificationem populi. Maximā reuerentiā debemus locis sacris

Ascēdit Hierosolymā, & inuenit in templo, &c. Supra exposuimus totum, hunc locum nec alia nobis dicenda hic, quam ibi, dum Matthæi tractaremus Euangelium. Verum, quia idem factum, bis a CHRISTO gestum est, eadem, quasi summatim repetere, non erit incommodum. Dicamus igitur primo, non ad literam spectat, maximā nos debere reuerentiā locis sacris, in quibus diuina administrantur sacramenta, verbum dei prædicatur, & populus Christianus instruitur. Introibo, inquit Dauid, in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Ad idem Papa decernit lib. 6. de immu. ecc. c. decet domum dei. Sit ingressus humilis, sit deuotus, absint risus & inania colloquia, absint negotiationes, absint & nundinationes rerum profanarum, nam quod semel Deo dicatum est, non est amplius humanis vsibus applicendum vt ex Leuit. vltim. & in re. iu. habemus. Proinde hic vides quanto interuallo absint Lutherani ab Euangelio Christi. CHRISTVS templum, in quo carnales hostiæ immolabantur, quæ peccata tollere nequibant, expiauit. Illi, templum diuinis rebus dicatum prophanant, & solo adæquāt. Secundo, e templo eiiciendi sunt, non solum qui illud negotiationibus sæculi profanant, sed etiamnum illi, qui fabulis, qui rixis, qui litibus, deniq; omnes, qui immundis actibus inquinant. Paulus enim non solum scortatorem a contubernio fidelium compescuit, verum etiam auaros, superbos, potatores, & quodlibet in dei Ecclesiā delinquentes Cum talibus, inquit, ne cibum sumere. Itemq;: Auferte malum ex vobis ipsis, maxime vero omnium separandi sunt. qui pro sacramentorum administratione exigunt numos, qui sacerdotia væno exponunt. Omnes enim cum Giezi lepra infecti sunt. Aduersus quos Petrus: Pecunia tua tecum sit in perditionem. Heus quot Episcopi, quot sacrificuli. quot monachi, hoc incurabili morbo laborant. Quotus enim ex his est, qui gratis id exequatur, quod gratis colla-

Psal. 5 | Leui. vlti. | Qui e templo eiiciendi sint | I. Cor. 5 | Act. 8

tum est? Imo quotus qui non porro ad quæstum omnia exponat? Multi, inquit Theo. ex pontificibus ad hunc modū peccant, qui videlicet sola sua commoda spectant. Ad hanc cariem pertinent & ii, qui indigne sacerdotibus fastigiis præficiuntur, nescii videlicet literarum, inertes porro ac stupidi, ad carras aptiores dixeris, quam ad sacras tractandas literas. Aduersus quos Oseæ quarto. Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris. Tertio accēdi sunt a sacris tēplis, etiam iuxta Pontificia Decreta, incēdiarii, homicidæ, raptores, & alii denique in vniuersum omnes qui publicis criminibus. Rēpublicam interturbant. Christianam, hæretici, scismatici, & ad manifesta crimina conniuentes, seu sacri, seu Ecclesiastici primores. Lege Iura Pontificia, de hæret, excommunicamus. Animaduertete etiam quæ hoc loco Christus aduersus Scribas, qui ea vēdebant, quæ in dei cultum offerebantur intonat. Auferte ista hinc, & cætc. **Nolite facere domum patris mei domum negotiationis.** Non dicit domum Dei, sed domum patris mei, ostendens se ex authoritate loqui, & eandem se habere cum patre potestatem. In Matthæo dicitur Vos fecistis eam speluncam latronum: quo collegit Theophylact. omnes latrones esse, qui iniustis modis lucrum faciunt. Quod si verum est, omnes sunt latrones quos recensuimus maxime vero, quid ad quæstum, Euangelium exponunt, qui lucri gratia præsunt, docent, rem agunt diuinam, intersunt horis, vt vocant, canonicis, adsunt parentalibus, quod verum existimari possit, si sola lucra, ac sua commoda spectant. Eiusmodi, mercenarii dicuntur, Ioan. 10. qui curam de ouibus nullam habent. Si Orige & Hieron, adessent, huc reiicerent annata, pensiones annuas, pluralitatem beneficiorum, vbi vnum sufficere potest, & reliqua id genus, quæ per dispensationem iam tuto sese possidere autumant sacrificuli. Verum si tuti sunt coram deo ipsi viderint. Quarto, eiiciendos hoc facto paulo post docuit lesus Iudæos omnes, e regno Ecclesiæ Multam enim nundinationem ii in domo Dei perpetrarunt, sicut dicit Hiere. 11. Dilectus meus in domo mea fecit scelera multa. Ad hoc enim Christus venit, vt transferret & legem, & tem-

Oseæ. 4. — Mat. 21. — Ioan. 10. — Hier. 11.

plum, & pontificium, & sacra quæque ac cærimonias omnes, cultumque instituerer multo augustiorem, multoq; sacratiorem, & spiritualiorem. Id quod ad Corint. & Heb. multis probat Paulus: Translata, inquit, lege trãsfertur & sacerdotium. Lex enim pædagogus ad Christũ vsque fuit, cum suis ritibus, victimis, oblationibus, vbi vero venit plenitudo legis, cessauere & victimæ. Translata est & gloria domus illius veteris, in gloriam semper manente Christus enim sacerdotium habet non caducum, neque temporarium, neque carneum sed æternum, semper durans, semper efficax, deinde & iustificans, ac seruans. Huius sacerdoti ministri sunt Episcopi (de veris loquor, non de laruis) sunt & sacrificuli, sacraque orgia litantes, Hoc ministerio sunt priuati Iudæi, id quod facto significauit fore Christus quando zelo diuino motus, facto flagello e funiculis, omnes negotiatores e templo eiecit, tum quod hic locus sacratior cæteris diuinis rebus mancipatus esset, de in quod ad tempus erat sacrificatus vmbris, donec reuelaretur veritas per Christum. Recordati sunt discipuli quia scriptum est, zelus domus tuæ comedit me. Heb. 7

Hoc loco impii Tyranni & magistratus aliqui ansam arripiunt persequendi legitimos verbi ministros, tollunt sua pte temeritate abusus quosdam, imponunt Ecclesiasticis viris vectigal, diripiunt templa, sacerdotes expilant, sacerdotia in suos iniquos vsus conuertunt, omnia & sacra & profana commiscent. Zelus, inquiunt, domus Dei comedit nos. Scelestissimi homines non tam intelligunt, quam grauiter in DEI legem peccent. Esto enim Ecclesiastici multis sint contaminati vitiis, non tamen hac lege sunt emendanda vitia. Quandoquidem hoc non sit corrigere flagitia, sed augere, sed bis in Deum, & blasphemum & sacrilegum esse. Nemo enim propria sua autoritate hoc ipsum vsurpare debet, vt vitia corrigat publica, ne ex zelo iusto fiat scelus execrandum. Solet autem trifariam zelus distingui Primus est inuidiæ vicinus, vt inquit Hie. in Epistola ad Gal. Quo zelati sunt patriarchæ filii Iacob, fratrem suũ Ioseph. Et Maria ac Aaron, amicum Dei Mosen, Trifariam zel⁹ distinguitur

non quo cuperent esse tales, qualis ipse Moses, sed quia dolebant meliorem hunc esse. Hoc zelo iniquo non semel Iudæi accensi sunt aduersus Christum. Repleti enim sunt ira & furore, eiicientes eum extra Synagogam. Hoc agitantur & Lutherani principes, e suis prouinciis veros eiicientes pastores, & verbi diuini concionatores, vt interim
Luc.4 Ecclesiis moderandis lupos, latrones & fures intrudant. Sic concitati sunt aduersus Apostolos, Pontifices, & qui erant de hæresi Sadducæorum, ac manibus iniectis, posuerunt eos in custodia publica. Act. 5. de hoc zelo Ecclesiast.
Act.5
Eccle.30 30. dicitur: Zelus & iracundia minuent dies, & ante tempus senectam adducet cogitatus. Secundo, est zelus amoris, quo animus accenditur, relicto humano timore, ad aggrediendum fortia, idque honesti, ac iusti intuitu. Hoc qui ardet, alterius honorem, fidem, cultum quanta potest opera defendit ac tutatur, qualis fuit in Phinees, qui zelo Dei accensus, percussit scortantes, eoque furorem domini auertit. Verum, non id sua propria fecit voluntate, neque temeritate aut liuore, sed zelo meo, inquit dominus, commotus est contra eos, vt non ipse delerem filios Israel zelo meo. Numeri. 25. Eiusmodi zelo & Helias motus,
Nu.25.
ait: zelo zelatus sum pro domino Deo exercituum, quia
3.Reg.16 dereliquerũt pactũ domini filii Israel. Et Matthias. 1. Machab. 2. vidit & doluit, & contremuerunt renes eius, & ac-
1.Mach.3 census est furor eius, secundum iudicium legis, & insiliens trucidauit eum. I idolis immolantem, super aram. Eiusmodi zelo plenus Dauid exclamat, dicẽs. zelaui super iniquos pacem peccatorũ vidẽs. Et alibi: Tabescere me fecit zelus
ps.73. meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei. Vide cur zelo agitatus sit. Nimirum, quod inimici ac hostes sui, verborum Dei essent immemores, adeoq; transgrederentur Dei legem, Non igitur ad se, sed ad Deum tendit zelus. Eodem zelo & animo Christus, iuxta Dauidem zelus domus tuæ comedit me. accẽsus e templo Dei eiecit nundinatores, neque enim ferre potuit, sic deturbari ac cõtaminari templum diuinis rebus consecratum. Hoc enim male habere debet nos omnes, si domus Dei, seu materialis, seu anima fide-

lis, seu Ecclesia viuentium, quæ est templum Dei viui contemnitur, si diripitur, si fœdis negotiationibus contaminatur, id quod fieri, proh dolor, iisce diebus videmus, & tamē nemo interim est, qui corde tam abominandas, in sacramenta Dei abominationes percipiat Nemo qui Phinees aut Matthiæ partes subire pergat. Quid tamen interim piis animis faciendum est? Certe non sic desperandum, aderit suæ Ecclesiæ Christus, suoque zelo expugnabit impios, Zacha.
quantumuis lēto gradu incedat ad sui vindictam. Zelatus sum inquit, aduersus huiuscemodi Tyrannos in Zacha. 1. Hierusalem & Sion zelo magno, & ira magna irascor super gentes opulentas, nimirum eas, quæ omnia deuastarunt, quæ sacerdotia, quæ redditus Ecclesiasticos ad se transtulerunt inuito vero & legitimo domino. Addit etiam consolationis verbum. Reuertar ad Hierusalem in misericordiis, & domus mea ædificabitur in ea. Et postea: Post gloriā miserunt me ad gentes, quæ spoliauerunt vos. Qui enim tetigerit vos, tangit pupillā oculi mei. Audiāt violatores sacrarum ædium, audiant & insaniant licet, temeratores legum honestarū. Qui tetigerit vos, scilicet vnctos domini, sacrisque deputatos rebus, tāgit pupillam oculi mei. Hunc Psal 36.
zelū exercet quādoq; dominus, vt cūq; modo dissimulare propter resipiscentiā videatur, Tertio zelus imitatiōis est, Sap. 1.
dū videlicet, aliorū aut præclara facta, aut turpiter gesta imitamur, Psal. 36. Noli æmulari in malignātibus, neq; zelaueris facientes iniquitatē. Sapiē. Primo, Nolite zelare mortē in errore vitæ vestræ, neq; acquiratis perditionē in operibus manuum vestrarum, Ecclesiastici, nono, Nun zeles gloriam & opes peccatoris, non enim scis quæ futura sit eius subuersio. Hic zelus in Christum non recidit quandoquidem semper æmulatus est meliora charismata, semper patris exequutus est voluntatem. Meus, inquit, cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me. Qui patris exequitur voluntatem, is non imitatur malum, sed vertit in bonum, & sui profectum malum, id quod alicubi & præcipit, & fecit Paulus. Responderunt Iudæi, & dixerunt, quod signum, & cætera.

Eccl e. 9.

Io. 4.

Exprobrauit Christus negotiatoribus ac colybistis, cæterisque paterni templi temeratoribus facinus non nisi ignibus expiādum, obiecit impias abominationes & blasphemias, nundinationes in templo patris exercēri. Iudæi vero qui signa petūt, certiores signo aliquo reddi volebāt, quod ipse patris æterni esset filius, quod eādem & authoritatem & potestatem cum patre haberet, quam tam seueriter exerceret, in sacerdotalem ac pōtificiam maiestatem Prohibebantur enim nouæ credere doctrinæ, citra signū aliquod rarum. Nam zelatus & Moses, sed sui zeli signa habuit. Zelatus est Phinees, sed zelus eius authoritate diuina cōprobatur. Verum nisi cæci fuissent impii Iudæi, vtrunque in CHRISTO & signum & authoritatem deprahendere potuissent Aedidit enim signa, qualia nemo alius ædidit similia, Respondit tamen & hoc loco non ædens signum, sed prædicens futurum quoddam signum, quod omnibus mirabilius sit dicit Augustinus, nempe, resurrectionis suæ ex mortuis. **Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.** Per ænigma respondit, non adhortans ad cruentam cædem, sed quum sciuerit facturos certo, euenturum affirmat, Dicens igitur, Soluite, idest, destruite, hoc est, occidetis meipsum, qui sum verum templum, & sacrarium diuinitatis, in quo, iuxta Paulum, habita omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & sciētiæ dei reconditi. Hoc dignissimum templum morte dissoluendum

Col. 2.

prædixit, sed reuiuiscendum tertio subinde tamen die. Sic intellige quod subdit, & in triduo excitabo illud. per Synecdochen. Sic & Matthæi. 12 de Iona dicitur, quod fuerit in ventre cæti tribus diebus, & tribus noctibus. Eodem modo per Synecdochen, & filius hominis, post triduum

Matt. 12.

viuificauit nos, explanata mortis tyrannide. Quanquam hanc Christi responsionem & modo, & alias coram Pilato alio torserint. **Dixerunt ergo, Quadraginta & sex annis ædificatum est templum, & cætera.** Nō loquuntur de templo Salomonis, quandoquidē id non

ita multis annis extructum est, in maxima omnium rerū pace, quod subinde a Chaldæis destructum est. Porro Iudæi accepta reædificandi potestate, cæperunt quidem sub Cyro rege reædificare templum, quod opus, vix dum, nacti omnium rerum copiam, sub Artaxerxe perfectum est, Sub Zorobabel & Iesu principibus, & Iudæorum ducibus, vbi videlicet rediere e Babylonica captiuitate. Quanquam interim sic obsisterent hostes, vt altera manu gladium, altera tenuisse ædificatorium instrumentū, dicantur. Vide Neemiæ quarto. Eam autem structuram ferunt post quadraginta sex annos consumatam. Cæterum respondēt Iudæi, vt erant prorsus a spiritu alieni, carnaliter, verba Christo ad inanimatū torquētes templū, quæ ipse in proprii corporis destructionē & resuscitationem dixit. Igitur etiam notanter dixit, excitabo illud, hoc est, e mortuis reuiuiscere meapte potestate faciē, idq; vobis exēpli loco dito.

Cum ergo resurrexisset a mortuis, &c.

Hinc constat non tam Iudæos, quam Christi discipulos carnales fuisse, nam non antea crediderunt, hæc quæ dixit factu possibilia, quam cum vidissent eum a mortuis ad vitam rediisse. Duo enim secundum Theophyl. obstabant quo minus verba Christi intelligerent, alterum resurrectio quæ suapte natura, cognitu difficilis erat, alterum quod corpus Christi Deus inhabitabat. Vbi vero rediit ad vitam tum crediderunt scripturæ omni quæ resurrectionis gloriam prædicabat, qualis est illa, Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Et illa: Ero mors 2. Esdiæ. tua o mors, &cæ. Nos hoc loco docemur, non esse semper Psal. 15. impiis & incredulis, apertis verbis respondendum, sed Osee. 13 sub inuolucris & quasi symbolice, vt ita dixerim. Nam Nō eē sē- Christus subobscure maluit ænigma potius, quam respon- per īpiis & sionem proponere apertam, ne auditores in maiores, eos- īcredulis a que inextricabiles inciderent perplexitates. id quod & a- perte respō- libi iussit obseruari. Vobis datum est nosse mysterium re- dendum. gni. Aliis in parabolis, Sic & nobis agendum Christi ex- Mat. 13. emplo, si quando hæretici aut certe inbecillores nonnulli rationem fidei nostræ exigant, alio enim ducendi sunt, ne

Matt.7. deteriores reddantur. Matthæi septimo. Nolite sanctũ dare canibus, neque mittatis margaritas ante porcos.

Cũ aũt eẽt Hierosolymis ĩ pascha, ĩ die festo. &c
Credunt, quia signa vident: Nos beatiores erimus, siquidem nullis exciti signis, credamus. Signa enim infirmis adhibentur conscientiis. Qui vere credit, hic, non quia signa ædidit, sed quia ipse idem est, æterna & infallibilis veritas, quæ vt falli nequit, ita nec fallere potest. Igitur huic fidem habemus, huiusque iussa explemus, ac perficimus.
Io.20. Beati enim qui non viderunt, & crediderunt. Sic etsi hoc tempore nulla signa ædant sancti corporibus exuti, nihilo secus tamen, quum constet antea ædidisse credendi est, eos perfœlices esse, multaque apud deum optimum maximum posse. Ita de Eucharistia, de monastice, de reliquiis piorum hominum sentiendum est.

Ipse autẽ Iesus non credebat semetipsum eis, &c.
Nõ credebat seipsum eis, vt dignaretur familiaritate, vt dignaretur abditis cælestis philosophiæ rebus, Neque enim propter socordiam alii, alii propter malitiam mysteria illa diuina capere poterant, eoque factum est, vt non omnibus fidem haberet, neque omnibus, occulta mysteria & captu difficilia reuelaret, qualis fuit resurrectio e mortuis, ascensio, & alia id genus. Obtinuit ex hoc loco, vt habet Augustinus, quod Cathecumenis non referamus omnia mysteria nec antea ad corporis Christi veri, & sanguinis participationem admittimus, quam fuerint religiosissime instructi, ne contingat eos cum Iudæis scandalizari ac dicere. Quo-
Io.6. modo potest hic nobis dare carnem suã ad manducandum?

Eo quod ipse nosset omnes.
Hac ratione potuit se a multorum diuturno contubernio & familiari consuetudine subducere. Ipse enim omnia
Heb.4 perspicit Scrutans corda, & probans renes. Et paulus: Omnia nuda & aperta sunt oculis eius, intus & in cute habuit perspectos, qui tantis mysteriis digni essent. Et enim super quorundam oculos velamen positum, quo minus videant Iesum, quale quid de crassis Iudæis narrat Paulus. Sunt

& alii qui ad tempus credunt, id est, dum benefeceris eis, si vero subsidium subtraxeris, iam in faciem benedicent tibi, recedentque ab animi firmitudine. Quia non sunt radicati & fundati super firmam petram. His non credit se Iesus, etiam si simulent se credere, esseq; omnium qui viuũt, fidelissimos. Est hoc loci doctrina memori mente reponenda. Hoc est, ne facile omni spũi credamus, maxime vero proderit puellis & adolescentulis obseruare, ne se cito credant adulatoribus, quamlibet magnifica promittentibus. Igitur Esai. Quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius est, hoc est, nolite vos hominibus committere, quum fallaces sint, fragilis, fideque debiles, nec in necessitate cõstãt, sed derelinquunt vos vanos & omni auxilio destitutos. Oẽs enim sunt suarum rerum studiosi & philauti, multaq; promittunt & minima vel nulla præstant. Igitur Hierem: 9. Vnusquisq; se a proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam. Quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedit. Nemo igitur credat meretrici vtcunque adblandienti, nam nouissima eius dicunt ad mortem, vt habet Salomon. Sic neque illis credendum, de quibus Prouerbi.1. Fili mi si te lactauerint peccatores, non acquiescas illis, sequitur. Ipsi enim contra sanguinem suum insidiantur, & moliuntur fraudes contra animas suas. Vtinam hoc Christi factum hæcque & Hiere. & Salomonis verba, ob oculos iuentus poneret, seque a multorum noxiis familiaritatibus subduceret. Certe non tam facile multæ virgines deciperentur, nec sic passim clandestine contraherent Videmus quam sint multi infideles, quã non seruantes promissi, quã facile terga ad alias multo chariores sese conuertant Prauum enim est cor hominis & inscrutabile. Fallax subinde & vanũ, imo, si Dauidi credimus Omnis homo mendax Huc multa adagia arrident. Homo hoi lupus. Et quisquis homo vt ãgelus reputandus, interim tamẽ vt Satanas cauẽdus. Oẽs iudicabis te esse meliores, iuxta Euangelium, & Pauli censuram. Cæterũ tua cõsuetudine non omnes iudicabis idoneos, aut certe te non posse tuto cũ oĩbus passim diuersari. Id vide-

Nõ oĩ spiritui credẽdum.
Esa.2.
Hie.9
Prouer.5
Prouer.1
Cauẽdum ab hoibus
Hier.17.
ps.115.

Eccle.6. tur mihi Sapiens sensisse, quando dixit, Consiliarii sint tibi pauci, & virum inter mille repperi vnum. Est enim amicus socius mensæ. Et vinum nouum amicus nouus, &c. Cauit sibi Christus a multis, quum interim nihil malorum quamlibet perniciosa consuetudo obesse posset illi Tu qui pronus es ad malum qui facilis ad decipiendum, qui inter hoïes homo es, hoc est, vanus, fallax, & ad omnia vitia expositus, nisi caueris, antea in foueam incidisti, quam ipse perpendas, Crede experto, & ei qui id suo malo didicit, Crede & Christo tam solicite monenti, Cauete, inquit ab hoibus. Matth. decimo.

Feria. 3 post quartam dominicam Quadragesimę. Ioan. 7

IAm die festo mediāte, ascēdit Iesus Hierosolymā. Non æstimemus charissimi abre factum quod toties Xps ad tēplum adeoq; ad Iudæorū ferias sacras ierit, magisque in sacris locis quam in profanis diuersatus sit. Ait enim Propheta: De Syon exibit lex &

Esa. 2. verbum domini de Hierusalem. Decentius igitur in sacro & celeberrimo loco docuit, quam in diuerticulis, nequid obstreperent Iudæi, eum non publicitus, sed clanculum sua inculcare dogmata, quasi suspecta, & a dæmonibus excogitata Qui enim male agit, odit lucem, sic & qui male do-

Ioan 3 cet, in vno angulo delitescit. Qui veritati nititur, prodit in

Mat. 26 medium, palamque loquitur in Ioanne, & Matthæ. 26.

Ioan. 18 Ego palam loquutus sum mundo. Item, Quotidie apud vos eram docens in templo. Hoc est, quod Dauid futuro-

Ps. 47 rum præscius dicit. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui, Quo significare voluit, misericordiā Dei propagandam in medio Iudæorum, adeoque in celebriori cœtu hominum, quo omnes Iudæi conuenire consueuerunt eoque nihil tergiuersari posse Iudæos, neque ignorantiam obtrudere. Quandoquidem palam omnibus docuerit. Sic & templa dei dicata habemus, in quibus po-

pulus orthodoxus dei verbum auditurus, summa reuerentia diuersari debet. Verum de iis, præcedenti sermone plæraque multa. Mirabantur Iudæi dicentes. Quomodo hic literas scit, quum non didicerit? Admiratio hæc ex inuidiæ æstu profecta est. Quemadmodum & alibi dixerunt: Nonne hic est filius fabri. Videbant eum omnibus magistris præstare, prudenter respondere, Matth,13. occultos scripturæ eruere sensus, citare, Mosen, citare Esaiam, omnia deniq; oracula sic tractare, vt nemo melius, nemo sapientius. Quæ vero hoc loco, dum in seditionem ferre versi essent, docuerit, non aperit Euangelista. Certum tamen est, fuisse rara quædam & insolita, ac plane erudita quæ in stuporem adduxerunt auditores, quibus eorum meus in miraculum mutata est, vt habet Theoph. Sic solent mirari & stupere qui numinis diuini potentiam ignorant. Quomodo, inquiunt, huius doctrina veluti sacra exosculari potest, quando non sit doctor illi dignitate & insula insignitus? Neque enim Rabbi est, neque magister noster proinde nec vnquam visus est, vllam operam in bonas literas collocasse. Vnde igitur eruditio hæc tanta, vnde verborum & rerum inscrutabilium tam locuples copia & thesaurus? Ita enim solet caro, nescia diuini spiritus, quæ supra naturæ captum sunt, admirari, & admirando contemnere seu magica & superstitiosa: cum interim diuina sint oracula. Putant enim omnia sensili cognitione subiici, nec quicquam esse, quod aliunde sciri possit, si non per sensoria organa hauriatur. Contra quos, Psal. 93. Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite. Qui Psal.93. plantauit aurem non audiet, aut qui finxit oculum, non Coloss.2. intelliget? Omnes thesauros sapientiæ dei & scientiæ in Christo reposuit pater, non igitur mirum si plus cæteris sapiat, longeque aliter quam cæteri homines sapiat. Neque enim ab homine didicit, sed a patre, cuius est alius docendi modus, quam hominum Proueb, 30. Non didici scien- Prou.30. tiam, & noui sanctorum scientiam. Non didicit humanis præsidiis & hominibus præcipientibus, interim tamen reuelatione didicit spiritus arcani, Et David: Quoniam non

Psal.70. cognoui literaturam introibo potentias domini, id est, nō hæc noui, quia homines maxime adflantur, & gloriantur, seque aliis præferunt, quāquam interim dum me demitto 1.Cor.2. dum abiicio, ingredior ad abditam dei philosophiam. Sic & Paulus. Non inquit veni ad vos in sublimitate sermonis aut sapientiæ, annuncians vobis testimonium CHRISTI. Et postea. Non in persuabilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis, vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute dei. 1. Corint. 2. Imbuere solet hic spiritus homines, qui sese accommodāt illustrationi, qui purgatissimos habēt oculos, id quod Psal.33. Dauid dicit. Accedite ad eum & illuminamini, & facies vestræ non confundentur. Sic Danielem impleuit, sic & piscatores, & telonarium, & publicanos, præcedent, inquit, Christus, vos in regno dei. Ita edocta est Agnes virgo sacratissima, & Cecilia, & Barbara, & alii complusculi ex recentioribus cum viri tum mulieres, Franciscus videlicet, Bernardus, Dominicus, Qui ad miraculum omnes fere ob raram scientiam concitauere. Nam de Francisco, vt reliquos sileam, ita dicitur. Erant ipsius verba non inania, nec risu digna, erant medullas carnis penetrantia, ita vt in stuporem adducerent auditores. Nam virtute spiritus roborata fuere. Reuelasti inquit CHRISTVS, ea Matt. 11. paruulis. Sic & filio suo omnium humilissimo pater reue Ioan 1. lauit. Ioannis primo, Vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Cur ita? quia eādē participat cum patre scientiā. Imo est patris sciētia, virtus, ars, & ideo ipsissima.

Respondit IESVS Mea doctrina, & cætera.

Hic CHRISTVS vindicat doctrinam suam ex authoritate patris mittentis, dicens doctrinam quam docet, non esse, humanitus conquisitam, nec dæmonum familiaritate reuelatam, nec somnio concæptam, sed ex patre prodiisse cœlitus. Cuius ipse verbum est, vox est, & doctrina. Erat igitur patris doctrina. Hoc est, totam hanc in patris gloriam retulit, deinde & a patre, tanquam authore accæpit eandem. Igitur suam dixit & non suam, ad diuersa hæc pronomina referens. Erat patris tanquam autho-

ris. Erat & filii tanquam legati paterni. Vel secundum Cyrillum & Theophy. Erat doctrina eadem patris & filii, quãdoquidem non diuersabatur ab iis, quæ in mandatis recæperat Christus, eadem enim est vtriusque doctrina. Verum illi propter humanam carnem & imbecillitatem corporis diuinam non putabat. Imitentur hanc Christi sententiã, quotquot ministerium verbi habent in ecclesia, quamlibet enim lucrifaciam animas Christo, quantumlibet plenos manipulos importent horreis dominicis, nihil sibi tribuãt non hinc glorientur, sed obseruent quod Dauid ait, Non nobis domine: sed nomini tuo da gloriam Et item: mea doctrina non est mea, nõ est mihi, sed patri imputanda a quo prodiit. Et ipse enim linguas infantium facit disertas, & distribuit singulis prout vult sua dona: Psal. 113.

Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina, an ex deo sit, & cætera.

Hoc est, qui dei amplecti & exequi voluntatem voluerit, is odium deponat latens non studeat propriis adfectibus seruire, tum sciet, ex quo fonte mea doctrina prodierit, atque hic est ille Canon rectissimus & infalibilis, quo doctrinæ veritatem metiri debemus, Nempe si quis dei voluntatem voluerit facere Voluntatis dei est, vt non solum credamus, sed vt digne ambulemus deo, vt sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificatione, vt diuinis obsequamur præceptis, omnia enim hæc ad diuinam voluntatẽ pertinent. Voluntatis dei est, vt hominem innocentem sinamus viuere, vt fontes e medio tollamus. Tunc enim nullo odio prægrauati, ait Cyril. cognoscere poteritis vtrum ex deo sit doctrina mea, quam pater comprobauit. Id est, si patris feceritis voluntatem. Voluit igitur Christus suam doctrinam per exequutionem suæ voluntatis dignosci. Ita & nos, si quem viderimus ea præstare quæ pater iussit, quæ subinde aliis inculcauit, adeoque ab aliis exigit, eũ intelligamus ex deo fungi legatione, deiq; ministrum esse Qui enim fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Qui a seipso loquitur, gloriam propriã quærit. Habemus hic secundũ canonẽ ad cuius præ

canõ, quõ doctrinæ veritatem metiri debemus.

1. thes. 4

Matth. 5

Canon aliter quo probatur doctrina an ex deo sit

scriptam exigēda est doctrina aliqua, si probare volumus siquidem a deo sit. Doctrina Christi quid quærit? patris gloriam, & nostram salutem. Vnde Ioannis. 8. Ego gloriam meam non quæro, sed eius qui misit me Nobis Christus atq; patri inseruiuit, factus obediens vsque ad mortem. Et ad Heb 5. Christus non semetipsum glorificauit, vt pontifex fieret, sed is qui loquutus est ad eum Filius meus es tu, ego hodie genui te Iam qui suam gloriā, dei gloriæ præferunt, qui aurem popularem captant, qui lucra non animas spectant, etiam si Christum videantur prædicare, non tamē id cum multo fructu faciunt Maxime vero illi a seipsis loquuntur qui non missi ab authoritate maiorum, alia docēt quam a maioribus tradita sunt, eoque nō veri pastores, sed venientes, sed fures dicendi sunt, & omnino tales quos vitare docet Christus. Attendite a falsis prophetis, qui veniūt ad vos in vestimentis ouium. Qui inquit veniunt, id est a seipsis intrudūtur, aut a prophanis principibus mittuntur Quotquot tales sunt alieni sunt. Alienum autem non audiunt oues Ioann. 10 Ostentare enim sese volunt non ædificare popu'um, rapere, ac declubere, non pascere. Secundo possumus ēt (id quod obseruare ex Hilario licet) Christi verba sic intelligere, vt non a seipso loquutus sit, sed ea quæ ex lege didicerit, per proprium spiritū ad flatus interpretatus sit. Solam enim, inquit Hila. trāsformationem literæ in contemplationem spiritualem, Euangelica continet doctrina. Hanc spiritualem ex crasso Mose eruit Christus sua doctrina. Non igitur alienum Mose quicquam affert aut contrarium, sed Euāgelica luce vmbras legis fugat, atque quæ obscuriora in lege sunt, illustrat. Ad idem igitur Christus suam direxit doctrinam, ad quod Moses, quāquā hic obscurius. Ille vero patentius & manifestius igitur dixit. Non veni soluere legem, sed adimplere. Ad hanc etiam regulam exigenda cuiuslibet doctoris doctrina, id est, ad legem, & ad prophetas. Nam Christus præcepit vt euangelium prædicemus, si iam euangelium docendum est, merito ad huius amussim omnis corrigenda est lex, doctrina, præceptio, institutum Igitur Christus Srutamini scriptu-

Ioan. 8.
Heb. 4
Mat. 7
Ioan. 10
Matt 5.
Ioan. 5.

ras in quibus putatis habere vitam æternam. Tertius est Canon examinandæ doctrinæ. Nempe si ad Ecclesiæ decreta respondeat, sine latum digitum ab huius institutis di uaricet. Matt. 18. Si ecclesiā nō audierit, sit tibi sicut Ethni cus, & bublicanus. Quo sequitur neminem hæreticorū audiendum, nec vllius doctrinam amplectendam, quæ Ecclesiā dei cōtemnit Quotquot enim tales sunt, aucupare propriam gloriam volūt, suā stabilire iustitiā, suaq; dogmata aliis præterre, contendunt. A seipsis igitur loquuntur. Nā

Examinādæ doctrinæ Canō tertius. Matth. 18.

Qui a seipso loquitur, propriam gloriam quærit. Qui autem quærit gloriam eius qui misit illum, hic verax est, &c. Ita Christus verax erat, imo ipsissima veritas. Neque secus quam erat vel docuit, vel ægit, adeoq; verax, vt ingenue glorietur de seipso ad patré, Sermo tuus veritas est, id est, ego ipse qui ęterni patris sum verbū, æterno ab ipso propagatū, verus sum, mentiri non possum, nec aliud dicere, quam debeo, ex delegatione paterna. Proinde nec iniustus sum, quandoquidem non rapinam æstimatus sum ęqualem me esse patri. cum natura sim filius, deīde & omnem glōriam in patrem reiicio Hoc est, quod prouerb 8. dicitur. Veritaté meditabitur guttur meū, & labia mea detestabuntur impium. Iusti sunt omnes sermones mei, & non est in eis prauum quid, neque peruersum. Iam si ille & verax & iustus est, qui patris gloriā quærit, iniustus omnis atq; mendax, qui suam gloriam spectat: Quandoquidem & mentitur in eo, quod plus sibi tribuit, quam re ipsa commeruit. Iniustus quoq;, quod alienā gloriam rapit. Inquit enim deus. Ego gloriā meam alteri non dabo, Maxime igitur fugiendum inanis gloriæ vitiū, quo quicquid lucrari poterimus, perdimus. Occupat hoc multos verbi diuini concionatores, adeo, vt ex innumeris labo ribus, nihil reportaturi sint mercedis. Nos igitur si meriti quippiam lucrati sumus, nos extollamur, sed magis ob oculos ponamus Christi verba. Cum omnia benefeceritis, dicite, quia serui inutiles sumus. Soli enim deo honor & glo ria Heus miseri, quātam iacturam verbis hic letif. rus bo-

Ioan. 17. Philip. 2. prouer. 8. Esa. 24. Luc. 17.

nis operibus nostris inferre solet, quantũ obesse solet pietatis officiis, Amẽ, inquit Christus dico vobis, perdiderũt mercedem suam. Nonne & Moses dedit vobis legem, &c. Vt clauum clauo pellat arguit eos violatæ legis ad eum fere modum, si Ciril. Chrisost. & aliis item credimus. Quid me arguitis violasse crassem Mosi legem, temerasse sabbatum, quando nemo vestrum legem factis exprimat? Nec etiam iuxta carnalem literam Sabbatum obseruet? Si enim ob id occidẽdus sum, quod Sabbatum violarim, omnes eritis morte obnoxii. Recte etiam arguuntur a Christo violatæ legis. Nã Moses dixit Exo. 20. Non occides. Et eodem vicesimotertio. Insontem & iustum non occides, quia aduersor impium. Hanc legem a Mose receperunt Ecclesi. 24. Legem mandauit Moses in præceptis iustitiarum, & hæreditatem domini Iacob, & Israel promissiones æternas. In hanc legem omnes dederunt manus, vt in Exod. apertissime dicitur. Omnia quæ loquutus est dominus faciemus, & erimus obedientes, & tamen hoc loci audiunt a Christo, Quid me quæritis interficere. Qui videlicet innocens sum. Quid subinde arguitis me Sabbatum temerasse cum ipsi propter traditiones vestras, deinde odio & maleuolentia aduersus me parciti, dei legem ne in minimo quidem præstetis? Sic & Paulus obprobrat Iudæis Romanorum secũdo Propter quod inexcusabilis es o homo, omnis qui iudicas. In quo enim alterum iudicas, teipsum condemnas, eadem enim agis, quæ iudicas, & paulo post. Qui abominaris idola, sacrilegiũ facis, Qui gloriaris in lege, per præuaricationem legis deum inhonoras. Sunt qui hunc locum, per Petri verba, interpretantur in Actis Hoc est onus quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus. Quasi impossibile fuerit legem implere. Verum hæc expositio coacta est & extorta, adeoq; a proposito aliena. Neque enim egit CHRISTVS de legis insufficiẽtia sed id cõtẽdit, vt æquissimo iure probet Iudæos, legis transgressores qui illi sabbati violationem obiiciebant, idque non per communem locum, sed per proprium. Ipsorũ enim præuaricatio, malitia animi fiebat, qua sanguinẽ in-

Matth. 6.
Exo. 20.
Exo. 23.
Eccl. 24.
Rom. 2.
Act. 15.

nocentis sitiebant. Christi vero factum ad patris cedebat gloriam, & ad salutem omnium pertinebat credentium, id quod semper citra præcepti diuini præuaricationem licuit exequi. Ideo alibi obiicit eis Cuius vestrum asinus vel bos cadens in puteum, &c. Quasi diceret. Si carnalia opera ob instantem necessitatem, & ineuitabilem casum licet exequi multo magis, ea exequi possunt, quæ ad spiritũ pertinent, quæ salutem animarum concernunt. Respondet turba, & dixit, Dæmonium habes, & cætera. Luc. 14.

Ad negationem refugiunt intentati criminis, sed ita, vt prauitati animi blasphemiam addant. Est enim ea natura vitiorum, vt vere sacer dixit Gregorius, nisi pœnitentia deleta fuerint præcedentia, mox suo pondere, ad alia inflectunt. Idquod in Cain, Iuda, filio prodigo videmus. Est enim persæpe sequens peccatum, præcedentis pœna, est & proles plusquam viperea. Curandum quocirca, vt initiis resistamus, nam sero medicina paratur, vbi inuoluere crimina Id quod & in Iudæis cernimus, perfidiam enim ac incredulitatem sequuta est animi malitia, ex hac odium latens, post quod, blasphemia. Dæmonium, inquiunt, habes, Non excusatur, sed magis magisque exaggeratur crimen. Atqui hic etiam perpendimus Christi mansuetudinem, patienter in se exputam iniuriam patitur, sustinet contumeliam, non regerit talionem, etiamsi æquo iure posset. Nam paulo inferius sibi ipsis contradicunt Nonne hic est quem quærebãt iudæi interficere? Verũ summissius respondit, ne iam irritatos plus exacerbaret, Vnum opus feci & omnes miramini. Vno facto omnes in admirationẽ adducti sunt, sed non in imitationem. Quanquam tamen & admirandum simul & imitandum sit. Fides admiratur & credit, charitas imitatur, & proximi inopiam subleuat. Potest & hunc habere sensum. Vno, inquit, crimine, vt vos putatis, a me commisso, videor vobis Mosaicæ legis violator quantis igitur vos putatis reos qui ne minima quidẽ legis præstare vultis, insuper & innocenti mortem intentatis. Propterea Moses dedit vobis circum, & cæte.

Peccatũ aliud, aliud gignit nisi mox patratum lachrimis diluatur.
Gen 4.
Mat. 27.
Luc. 15.

Tota hac sententia hoc dicere vult, secundum omnes interpretes Christus Moses inquit legē de circuncisione sanxit, nō quod ex hoc prodierit. Nā a patriarcha Abraham initium sumpsit. Gene.17 quæ postea in lege per Mosen petita est, vt videlicet infans octo dierum circunciderctur, Iam si octauus natiuitatis dies forte fuerit sabbatum, quod a Mose præceptum est, nihil iam moramini legem de sabbato, sed alterum alteri cedit. Sabbatum Circuncisioni, circunciditis enim etiamnum Sabbato infantem, iam vestro ipsorum opere, declaratis, Sabbatum non sic implendum vt mihi exprobramini. Proinde quam æquum sit, in me reprehendere, quod vos ipsi designatis, aliorum iudicium cito, atque est phrasis huius sententiæ. Si Circuncisionem accipit homo in Sabbato, vt non soluat, & cętera. Mihi cur indigna. Id est iniuste mihi succensetis, quod Sabbato totum curauerim hominem, quod & Moses, circuncisionem Sabbato permiserit, & vos ipsi exequamini idipsum externo opere, citra vllam legis violationem Igitur Iudeæ, in quo alterum iudicas, teipsum condemnas. Eadem enim agis, quæ iudicas. Totum hominem saluum feci. Quod ad contextum & verborum, & sententiæ attinet, sic accipiendum Moses in parua particula curationem admisit in Sabbato, id quum constet & a vobis quoq; obseruari, non sum ego prohibendus, qui hominem totum integritati & libertati restitui, adeoque ab omni dolore absolui Colligūt hoc loco nostri theologi maxime tamen Beda. Quemcumque Christus a morbo corporis liberauit, liberauit & ab ægritudine, quæ omniū grauissima est, mentis. Nam dei perfecta sunt opera. Deut.32. Non autem fuissent perfecta, si omni ex parte non sustulisset incommoda, & morbos Christus. Condonauit primo peccata. curauit sauciam mentem, verbo, quādo dixit: Tolle grabatum, surge, ambula. Deinde præstitit robur corpori, restituit membrorum integritatem. Igitur Ioann.5. Ecce iam sanus factus es amplius noli peccare, ne deterius tibi contingat. Et Psalm. Qui propitiatur omnibus iniqui-

Gene.17.

Quécūq; a corporis morbo eū dé & ĩ aĩa sanauit Christus.

Deu 32.

Ioan.5

tatibus tuis Atqui id est quo Christus sanctis præstat. Sanare quidem corpora sancti possunt, illuminare cæcos, expellere dæmones, verum animi morbos, non possunt curare, id dignitatis Christo concessum est. Matth.9. Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra remittendi peccata. Tunc dicit surge, tolle lectum tuum, &c. Multa & ea quidem pulcherrima, a Cyrillo de sabbato & circuncisione hic dicuntur. Quæ nos paucis perstringimus. Sabbatissimũ esse Christianis ex Paulo legimus. Consistit hic sabbatismus, in otio sanctissimo gratiæ, quando liberi a peccatis, conquiescimus in Christo non iam ferias agentes vno die, sed tota hebdomata, donec ingrediamur in requiem illam opulentam, nunquam interturbandam. Relinquitur enim sabbatismus populo Dei qui enim requiem suam ingressus est, ab omnibus vitæ huius operibus profecto requieuit. Erit enim ibi pax summa & æterna requies. Circuncisio vero, non carnis pelliculæque amputatio, sed cordis & vitiorum nobis incumbit, de qua ad Rom.2. Paulus. Circũcisio inquit, cordis in spiritum, nõ ĩ litera, cuius laus non ex hoĩbus, sed ex Deo, de qua Hier.4. Circuncidimini deo, & circũcidimini duritiã cordis vestri, omnes qui habitatis Hierusalem. In Christo Iesu enim neque circuncisio carnis aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura, & fides per charitatem operans. Huic circuncisioni omnes reddũtur obnoxii & viri & mulieres, & quotquot tandem ex Adã propagati sumus, nosque vitiis rursus inquinauimus, amputanda sunt omnia & peccata, & vitiorum vestigia, adustiones & reliquiæ. Nolite secundum faciem iudicare, sed iustum iudicium iudicare.

Mat.9
Heb.4.
Xpianorũ Sabbatismus ĩ quibus consistat.
Ro.2.
Hie.4
Gal.6.

Admonet Christus Iudæos eius legis, quæ Deuterono.1. præcipitur, iudicibus, vt iudicent iusto iudicio, nec accipiant personam cuiusquam, qui Dei iudicium est. Id quod in hac caussa de sabbati violatione vult præstare Iudæos. Excusabant enim illi Mosen, os personæ authoritatem, a sabbati violatiõe, etiamsi infans in eo circunciderettur, & hostiæ mactarentur, & bos e puteo lauaretur, accusabant vero Christum, & violatæ legis arguebant, ob personæ vi-

Deut.1.

litatem, qui Mosi exemplo totum hominem in sabbato sanũ fecerit. Recte igitur dicere potuit, ad æquos adpello iudices, qui non amore, nõ liuore, nõ personæ contemptu, nõ fauore Mosis, iudicent, sed sola caussa perspecta, pronuncient, id si contigerit, non condemnabor, vt legis transgressor cum exemplum in promptu sit. Mo. Audiant hæc nostri iudices, qui tot annis tantis cum impensis æquam, ac iustam differunt pronunciare sententiam. Corrupti videlicet aut odio, aut amore, aut sanguinis propinquitate, vt habes in 11. q. 3. Quatuor modis. Sed quid ait Christus? Nolite secundum faciem, id est, non laruas hominum, neque personarum attendite, sed quod iustum est, quod legib⁹ sancitũ est, quod reipubblic. conducibile est, hoc iudicate. Detestatur passim scripturæ sanctæ hoc vitium, quod iam fere omnia fora, omnes principium aulas, omnia iudicia, adeoque consistoria occupat. Pauper enĩ vbique iacet, & vt text⁹ habet iuris, non solum non auditur, sed contra veritatem opprimitur. Vide ibidem & Deuterono. 16. Constitues iudices & magistros ĩ omnibus portis tuis, sequitur, vt iudicẽt populum iusto iudicio, nec in alteram partem declinent. Non accipies personam nec munera, quia munera excæquant oculos sapientum, & mutant verba iustorum. Iuste quod iustum est persequeris. Et Prouerbiorum. 18. Accipere personam impii in iudicio, non est bonum, vt declines a veritate iudicii. Et. 24. Cognoscere personam in iudicio non est bonũ, id est, admirari laruas hominum, adeo vt a veritate excidas, impium est, execrandum facinus, proinde, quæ hac rõne ad alios proueniunt pro quibus iniuste pronunciant, restituẽda iudici sunt, per regulam. Qui occasionem damni, dat damnum dedisse videtur. Debet enim quilibet iudex se diuino iudicio, quod omniũ est æquissimũ, conformare, in hoc autem iudicio nihil proderũt diuitiæ, non potentia, nõ personarũ claritudo, neq; sanguinis carnisq; propinquitas. Imitetur igitur iudex, omni humano affectu postposito, hoc ipsum, & non aberrabit, neque iniuste iudicabit. Deus enim personam hominis non accipit, nec munera. Deutero. 30. Et item alibi Deute. 10. Roma. 2. Actu. 10. Apud Deum non est personarum acceptio.

Marginalia: Aduersus iniquos iudices, & iustarũ caussarũ ꝓtelatores. — Deu. 16. — Prou. 18 — Ibidẽ 24. — Deu. 30. & 10. — Ro. 2. — Act. 10

Et Iacobi ſecundo. Nolite id perſonarum acceptione habere fidem domini noſtri IESV CHRISTI,& paulo poſt: Si autem perſonam accipitis, peccatum operamini, redarguti a lege quaſi tranſgreſſores, Declarat eandem ſententiam apud Iob Helium, quanquam alias non ſemel aberrauerit a ſcopo veritatis. Ita enim habes. Iob triceſimoquarto. Abſit a deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias ſingulorum reſtituet eis. Vere enim deus non condemnabit fruſtra, nec omnipotens ſubuertet iudicium. Qui non accipit perſonas principum, nec cognouit Tyrannum cum diſceptaret contra pauperem. Hoc eſt quod Dauid exprobrat iniquis iudicibus Pſalmo octuageſimoprimo. Vſquequo iudicatis iniquitatem,& facies peccatorum ſumitis? Iudicate egeno & pupillo,humilem & pauperem iuſtificate. **Dicebant quidam ex Hieroſolymis. Nonne hic eſt,&c. Ecce palam loquitur.**

Iac.2.

Iob.34.

Pſal 81.

Probe nouerant Hieroſolymitani ciues improbos Phariſæorum & principum aduerſus IESVM conatus, nouerant & ſtudia, & conſilia, quibus eius mortem meditabantur indies, vt qui cum eis aſsidue verſabantur, qui ſubinde eorum Tyrannidem & inſaniam non ſemel exploratam habuerunt. Idcirco videntes CHRITVM tanta authoritate vindicantem veritatem,& conuincentem Iudæos admirabantur. Quanquam hoc ipſo adduci debebant ad credendum, vtpote quod cernerent eum, quanquã contemptum, & abiectum ab eis, tanta ſeueritate pronunciare, tamque libere inter eos obambulare, nec vllas morari minas, non ſuſpicere hominum laruas. Hoc enim miraculi loco ponendum erat, Eſai.45. Non in abſcondito loquutus ſum, in loco terræ tenebroſo. Erant igitur miſerabiliores cæteris, qui nec ſiquidem in CHRISTVM credere volebant. **Nunquid vere cognouerũt principes quia hic eſt Chriſtus?** Suſpicabatur vulgus, principes de CHRISTO mutaſſe ſententiam,& quem prius CHRISTVM eſſe fuerant inficiati, nũc vere co-

Eſa.45.

gnouisse, hærebant enim, ac mirabatur improbum Pharisæorum silentium. Quandoquidem patiebantur eum publice & libere docere, & tacitus Mosi authoritati detrahere excusare præterea factum, ideo dicunt: Nunquid cognouerunt principes, quod is sit Christus, in lege promissus? Quanquam in hac sententia, quod Christus sit neq; se confirmant, neq; consistunt Sed hunc scimus vñ sit, &c. Fatentur & non fatentur, eodem fere momento Hunc scimus & non scimus, Quasi dicerent, fama fert Christum porro ignoto habitu venturum, & vnde venerit nemo sciat

Esa 53. id ex eo colligebant: quod in Esa. 53. dicitur: Generationem eius quis enarrabit Hinc enim hæc fama Messiha venturo ortum habuit Et item. Non est ei species, neque decor

Esa. 42. vidimus eum & non erat ei aspectus, & quasi absconditus vultus eius & . 42. Non clamabit neque accipiet personam nec audietur vox eius foris. Ex iis inferebant Christum ignotum, & quasi ubi incognitum, quamuis id malo scripturæ intellectu Nam quo ad diuinitatum, incognitus erat Christus, sed tamen seipsum miraculorum portentis declarauit quatenus ad humanitatē, putabatur esse filius Fabri.

Zach. 9. Humilis, & omnium abiectissimus, idcirco Prophetæ hic futurum prædixerunt, & aperto, & subobscure. In primo enim aduentu vix agnitus est a malis filius Dei, per humi-

Apoca. 1. litatem carnis Zach. 9 Ecce rex tuus venit tibi pauper, ascendens super asinam. In secundo vero aduentu multo secus

Miche. 5. appariturus est, id est, cum exercitu tumultuoso, cum angelorum pompa, & militibus stipatus cœlestibus, tum enim videbunt in quem transfixerunt. Originem igitur terrenā

Esa. 45. vel ex parte scire ex Michea potuerūt, vt Matth. 5. constat, cœlestem vero propagationem non ita Nam generationē eius quis enarrabit? Egressus eius a diebus æternitatis, Esa. etiam. 45 Vere tu es Deus absconditus. Hoc est, quod Ioannis. 1. dicitur, In mundo erat, & mundus eum non cognouit. Non cognouit per sapientiam carnis per odium, per q; animi malitiam, plebs Iudaica Christum, quamquam interim, & humanitatem & diuinitatem ex operibus cognoscere potuerūt. Noluit enī ītelligere vt cognosceret Israel

Clamabat igitur Iesus,& cætera. Et me scitis, & vnde sim scitis,& a meipso non veni.

Bifariam potest hic locus intelligi. Primo, quod sciuerint Christum esse Messiham, ex scripturam supputatione.& collatione,si modo huc animos adhibere voluissent, Certum enim est, ex oraculis Prophetarum hunc cognitum satis,& animaduersum, quamuis obsisterent verbis Iudæi Cessauit enim vnctio eorum,translatum erat & regnum ad alienigenam Herodem,reuolutæ & hebdomades Danieli . Igitur dixerunt, Hic est hæres, venite occidamus eum,ad hoc verba .Christi dirigi videntur. Et me scitis,& vnde sim scitis Quamuis intersit inter scribas legis peritos,& plebeos,Plebei enim fluctuabant,Scribæ secus debuerunt,quos oportuit habere sensus in lege exercitatissimos.Secundo,possunt interpretari hæc verba de Christi humanitate,ad eum modum,si Cyrillo credimus,Quod meam originem cognoscatis,genus,& locum natalem, & vultus effigiem, probe intelligitis,recte dicitis,veruntamen aliquid in me reliquum est,quod vos ignoratis,diuinæ videlicet naturæ veritas,quam a me ipso non habeo, sed a patre,a quo mihi omnia tradita sunt. Quamuis etiã num hanc ipsam intelligere possitis,ex Ioãnis testimonio, qui testificatus est me esse Messiham,Ioannes vero vobis vir sanctus habitus est, huc accedunt opera & miracula, quibus latentem in me diuinitatis energiam deprehendere potestis,si modo credere vultis. Sed verus est qui misit me,quam vos nescitis,ego scio eum,&c. Matt. 21. Matt. 11.

Declarat se legatum veritatis, quod ab eo missus sit, qui mentiri non potest.Nempe a patre cælesti,qui pollicitus erat se exuscitaturum semen Dauidis,ad saluandas reliquias Israelis: Miche.septimo . Dabis veritatem Iacob, misericordias Abraham, quæ iurasti patribus nostris, a diebus antiquis.Sicut inquit Zacha.loquutus es ad Abraham & semini eius in sæcula.Huc respicit Christus quando dicit,Sed verus est cum per essentiam, tum exhibitionem promissionum. Romano .3. Est autem Deus verax, Miche.7. Luc.1. Roma 3.

1.Ioan.2. omnis homo mendax, hunc Deum ignorabant Iudæi, qui eius filium nesciebant. Qui autem negat filium, nec patrem habet, & qui patrẽ habet, & filium. Nã relatiue dicuntur.

Mat.11. **Ego scio eum, & si dixero, &c.** Quia nemo nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Ipse nouit eum, qui est eiusdem substantiæ, cũ patre, eiusdẽ volũtatis, eius cognitionis, nouit itaq; patrem, exequitur quoq; eius voluntatem, id quum non facerent Iudæi, mendaces erant, inanes erant, & sanctitatis & pietatis expertes.

Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo

Eccle.3. **misit in eum manum.** Ecclesiast. dicit. Omnia tempus habent, & suis spatiis transeunt vniuersa. Omnia enim opportunis temporibus moderatur deus, certum tempus prædicationi designauit, & certũ passioni, Id nemo potest præuenire, nec preoccupare, suis enim temporibus omnia exequenda sunt. Quod addit nondum venerat hora eius, non subiicit Christum syderibus, neque fato, sed præscientiam Dei demonstrat, deinde ingentem declarat piorum consolationem. Nam neque capillus citra patris voluntatem cadit in terram. Si igitur acciderit piis calamitas, tempus adesse sciant & beneplacitum patris, non indignentur, non desperent, neque ad vana & magica consilia & auxilia confugiant, nihil mali tentent, sed sustineant patienter manum dñi, expectantes de supernis auxiliũ Ade enĩ hora toleran-

ps.26. di & tp̃s. Viriliter age, inquit Dauid, & sustine dominũ. Et

Abacuck: 2. Abacuck: Si moram fecerit expecta eũ. Nihil enim obesse potest tempestas, si necdum hora a patre præscia aduenit.

De turba autem multi crediderunt in eum. Simpliciores quiq; amplectuntur Christi doctrinã, sequũtur vitam, æmulantur salubria dogmata, cum interim prĩcipes & magistratus rideant, & subsannẽt. Paruulis enim spi-

Esa.66. ritu sese Christus insinuat. Super quem inquit Esaias: Requiescit spiritus meus, nisi super humilem & trementẽ sermones meos? Esto humilis, crede in Christum fide adhereas illi, Charitate erga illum inflammeris, ita tibi patrem cælestem propitium facies, agnoscesque Christum.

Feria quarta post dominicam Letare

Euang. Ioan 9.

PRæteriens IESVS vidit hominem cæcum a natiuitate, &c. Omnes scripturæ sacræ, charissimi, testantur Christum ad hoc, mundo apparuisse, vt sua luce, id est suo verbo, tenebras ignorantiæ pelleret, id quod non tam verbo, quam facto declarare voluit. Sic & olim ex prophetis comperti sunt, qui & verbo, atq; oraculis populum erudiebant, & quid paulo post futurum esset, rebus factisque declarabant. Exemplo sint Hiere. & Osee in veteri Test. In nouo vero, Agabus id ipsum in Actis Apostolicis, dum zonam conucere Paulo in collum, declarauit quid passurus esset Paulus in Hierusalem Sic & Christus multa quidem hactenus eaque præclara, docuit, quæ vt magis hominum animis infigerentur, addidit mirabile & inauditum portentum, quasi verbi sui apendicem, & sigillum. Nempe cæci illuminationem, significans se mundi esse lucem. Esai. 40. Ecce dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad ex Et. 9. populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam. Ioannis etiam primo. Erat lux vera, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Hoc est quud optabat Dauid. Emitte lucem tuam & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem. Dicendo, emitte lucem tuã, significare voluit, quandam apud deum delitescere lucem, quæ fulgore suo, obscutaret quaslibet apparentes doctrinas, etiam præcepta veteris Testa. quamlibet lucida, quam lucem in seipsum transfert CHRISTVS, Ioannis. 8. Ego sum lux mundi. Huius lucis vim hodie in cæcum natus exercuit id quod præsens lectio testatur, q̃ saluberrimis doctrinis est refertissima. Eritis igitur attentissimi, iucundissimi auditores. Principio itaq; ita habet text⁹. **Præteriens Iesus vidit hominem cæcum a natiuitate.** Vide mox ab initio ad quæ spectacula oculos misericordiæ direxerit. Solet vulgus principum admirare aulas so-

Actu. 21

Esa. 40
ibidem 9.
Ioan. 1.

Psal. 42.

Ioan. 8

Quo flecti oporte aspectū vere Christianum. lent aspectum suum vultumque homines ad inania quæq; imo ad turpissimas imagines conuertere Sunt qui obtutus suos alios defigūt quā ad pauperes, quos dedignātur horrent, ad quorum aspectum, atque occursum nauseant, obstruunt ora, nares quoque, denique auertunt sese, ne miseriam miserandorum hominum perspiciant. Secus multo fecit lux veritatis Christus, eo enim fixit oculos, vbi miserabilis ac infœlix decumbebat cœcus, cæteris prætermissis, Rabbi, quis peccauit, hic an parentes eius. & cę. Ad quærendum adducti sunt discipuli ex studiosa defixione oculorum CHRISTI in cæcum deinde quod vulgo audierunt, afflictiones, peccatorum esse supplicia, nam propter peccatum introierūt in mundum maledictiones, infirmitates, plagæ, calamitates, imo & mors, vt locupletissime habes in Deut. 28. Et Rom. 5. Opinabantur discipuli, omnem calamitatem, peccati esse pœnam, quæ quæstio & inter Iob, & amicos eius controuertebatur, sicq; insedit multorum animis, vt neminem affligi dicerent, quin non commeruisset, seu nocens, seu innocens videretur, addidit & scrupum discipulis quod Christus paralytico dixit Vade, amplius noli peccare, nesciebāt tamen certo statuere, cui esset peccatum ascribendum, indignum enim videbatur in infantem nondum natum, reiicere caussam peccati, nempe qui nec boni nec mali quicquam facere potuerit, Neque etiam ausi sunt alienum supplicium, in parentes reiicere. Itaque vtroq; cornu pressi sciscitātur, id quem merito pœna regerēda sit, & quis pœnæ ansam præbuerit. Tractauimus hunc locum fusius, supra de paralytico, igitur ea in animum reuocemus, quæ ibi dicta sunt. Porro, duobus rursus verbis eadem explicabimus. Est enim duplex pœna, quædam temporaria, vt calamitates quælibet, quæ finem habent quibus cum malis & probi, plærunque afficiuntur, sic Iob afflictus est in prole, in bonis, in corpore adeo vt diceret: Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis. Et Paulus: Flagellat omnem filium quem recipit. Et ad Romanos octauo toto capite. Si, inquit, compatemur & conreg, Et, non sunt con-

Deu 28. Rom. 5.

Ioan. 5.

Duplex pœna,

Iob. 14. Heb. 12. Rom. 8,

digne afflictiones huius temporis, proinde qui sic affliguntur, aut expiantur a peccatorum scoria, aut probantur & exercentur, & in aliorum exemplum, id quod in Iob cernimus. Neque tamen eo consequitur omnes pænas & calamitates esse purgatorias, vt ita dixerim. Quandoquidem & dæmones pœna perpetua comitatur, & mali omnino homines infideles, & alii qui innumeris peccatis vitam suam omnem ad vltima vsque fata transigunt, non semel suppliciis, media, peste, morte, affliguntur, sed nihil inde illis meriti, nihil commodi sperandum est. Passi sunt tyranni Herodes, Nero, Pharao, patiuntur & hæretici, sed non cedit illis pœna in meritum, sed magis in cumulum damnationis. Quorundam enim pœna hic exorditur, vt æternum duratura sit. Hinc Petrus: Si quid patimini propter iustitiam, beati. Hac temporaria pœna plerunque alter pro altero punitur, parentes pro filiis, & contra. Exod. 20. Ego sum dominus deus tuus zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem. Sic tulit pœnam patris Chanaan, Gene. 9. Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis, Ita & Solo in filio Roboam, & Dauid peccatũ vlciscitur in Absalon, &c. Altera est pœna æterna, quam quisque sentiet, qui meruit, Ezech 18. Anima quæ peccauit, ipsa morietur, filius non portabit iniquitatem patris. Proinde si mali filii malorum parentum sint imitatores, vtrinque punientur, id est, quod deprecatur Tobias. 3. Neque vindictam sumas de peccatis meis, ne reminiscaris delicta mea, vel parentum meorum, deprecabatur enim & suum, & parentum, si quod erat supplicium optimus vir, quale vero peccatum in causa esset, & cuius quod hic cæcus natus erat, ita pronunciat Xp̃us.

1. Pet. 3.

Exo. 20.

Gene. 9.

Ezech. 18.

Tob. 3.

Neque hic peccauit, neque parentes eius, sed vt manifestentur opera dei in illo. Notemus charissimi duplex peccatum. Alterũ vocatur naturalis, propagationis, a quo nemo immunis, nec infans vnius diei, Omnes enim nascimur filii iræ, naturaq; sumus peccatores, impii, iniusti, vt habet Paulus, Paulus admodum demptis, Christo videlicet, qui omni vacauit culpa, & matre sua, ex qua

Duplex peccatum

Rom. 3.

Ephe. 2.

prognatus est. Quæ quanquã potuerit obnoxia esse peccato non tamen decuit æterni patris filium originalis labeculæ conspurcata matre nasci, vel ad minimum temporis momentum. Nos cæteri omnes filii sumus dolorum, iræ & peccati, etiam e vulua matris, hac ratione in quemlibet nostrum diuina ira sæuire potest nosque suppliciis omnibus afficere, exempla sunt infinita scripturæ, quibus probare id ipsum possumus Est & aliud genus peccati, quod actuale vocant ex infecta naturæ radice pullulans. Vnusquisq; in-
Iac.1. quit Iacobus, tentatur a concupiscentia sua, dein concupis. cum coucœperit generat peccatum, peccatum vero cum có
Gen.42 su.fuerit, generat mortem. Hoc peccatum non semel supplicii ac pœnæ caussa existit. Sic fatentur fratres Ioseph: Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum Iam, quanquam & parentes, & cæcus peccatis obnoxii fuerint forsan multis eiuscemodi tamen peccata, caussam cæcitatis non præstiterunt. Non enim ideo contigit illi cæcitas quod peccauerit, quum nec dum natus esset, sed vt manifestentur opera dei in illo. Ita & in Iob, gloriam suam declarauit, deus. Parat enim sibi deus ex multorum afflictione honestissimos laudis & gloriæ titulos. Optime igi-
Psal. 50. tur hic notauit Theophilact. Ina & opos, hoc est apud nos, vt, frequenter euentum, non caussam significare, sicut
Rom.5. in Psal. Vt iustificeris in sermonibus tuis. Ei item: Vt implerentur scripturæ. Et iterum in Paulo: Lex subintrauit, vt abundaret condemnatio, non in hoc data est, vt maxime prodeat peccatum, sed vt cohibeatur peccandi libido, Eodem modo dicamus & hunc cæcum natum, non quo deus alias non posset suam declarare gloriam, nisi peccatis hominum, sed gloriæ dei declaratio sequuta est, ex illuminatione ceci. Me oportet operari. Declarat se eiusdem esse cum patre potentiæ. Sic & alibi: Vsque modo pater meus operatur & ego operor. Ipse & pater eiusdem vt sunt substantiæ, ita & quatenus ad rerum productionem attinet, eadem vtriusque extra se propagans operatio Opus autem suum ministerium nominat, in quod designatus erat a patre, id a deo grauiter exequutus est, vt noctu patré interpellaret pro auditoribus, interdiu vero, doceret i pro

scæniis,in templo, & plane in confeſſo,Prou.1. Sapientia
foris prædicat,in plateis dat vocem ſuam In capite turba-
rum clamitat, in foribus portarum profert verba ſua,di- Prou.1.
cens, Vſquequo paruuli diligitis infantiã?Hoc modo no-
ſtram ſalutem primo operatus eſt,prædicando, deinde to-
lerando in cruce.Opus quod dediſti mihi,inquit,conſuma-
ui.Conſumauit denique quando dixit, Conſummatum eſt.
Donec dies eſt.Id eſt, donec oportunum eſt, adeoque
dum tempeſtiua ſe occaſio adminiſtrat.Se ipſum diem vo- Io.17
cat,qui exortus poſt denſiſſimas errorum & ignorantiæ eſt
tenebras,Igitur dixit. Quam diu ſum in mundo,lux ſum
mundi de hoc die & Paulus Rom 13.Nox præceſſit,dies Rom.13
appropinquauit Et ad Corin.Ecce nunc tempus accæpta- 2.Cor.6.
bile,ecce nunc dies ſalutis. Porro tacitus indicauit Chri- Quid fa
ſtus quid nobis faciendum dum ſeſe temporis opportuni- ciendũ cũ
tas offert præſens.Non enim differenda res in futurum eſt tẽpus be-
quæ ex præſenti tempore pendet.Solum autem hoc tempus ne meren-
habemus,de quo gloriari iure poſſumus,quod præſens eſt, di vultro-
id eſt nunc,hoc enim eſt breuiſſimum illud vt vocant dia neum ſeſe
lectici inſtans,quo viuimus,quo ſumus & paulo poſt non obtulerit.
erimus quod ſubinde noſtris negotiis datum eſt, Eſt enim
totus dies negotiis perficiendis deſtinatus,vt in Pſal.103.
Ortus eſt ſol & exibit homo ad opus ſuum, & ad opera- Pſal.103.
tionem ſuam,vſque ad veſperam.Hac ratione Chriſtus ſui
miniſterii tempus,diem vocat,& ceſſationem a miniſterio
noctem,quæ breui futura erat,quando tanquam abiectiſſi
mus ſub noctem captus eſt.Eadem ratione & nobis cer-
tum merendi & operandi tempus,hoc eſt,præſens deſigna
tum eſt,quod ſi t tranſigi ſinamus, væ nobis, venit enim
nox,id eſt id quod diem ſequitur,qualecunque dixeris tem-
pus,quando nemo poteſt operari.Erit enim tunc tempus,
ſed recipiendi meritum pro benefactis, aut certe expiandi
ſi quas labeculas contraxeris,quæ abſtergi poſſunt.Erit &
tempus ſuppliciis deſignatum, & æternitatis nunc, quo
ſemper viuendum eſt & probis & improbis. Curandum
quapropter nobis vt redimamus tempus,quoniam dies
mali ſunt,& breues admodum,atque fugaces, iuxta Iob. Ephe.5.

Eccle.9. Hinc Ecclesi.9. Quodcunq; potest manus tua facere, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec
Gal.6. scientia, Erunt apud inferos quo tu properas. Et Gal.6. Dú tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Bene quidem dixit ad omnes & dum tempus habemus, nemo enim excludendus est, de quo non studeamus hanc mereri, nec vllum tempus, sine nobis præclarisque factis transigendum. Nam durabile non est tempus merendi, sed vna morte cócluditur, quæ terminus est nemini cedens. Si ergo operari volueris, vt hinc tibi meritum augeatur, cum primis curandum, ne velutí pecora vitam tuam, in silentio & inertia transigas. Alioqui post fata extrema, quanquam sit pœnæ, non tamen merendi locus erit. Lucæ reuocemus in animum, historiam de diuite epulone, qui siue inexpiationis, siue in profundo inferni fuerit, nihil tamen suo affectu erga fratres commeruit. Obstitit enim cahos illud magnum, hoc est, quod Ecclesiasticus quoque monet: Ante abitum ope-
Eccle.14 rare iustitiam, quoniam non est apud inferos inuenire cibum. **Hoc cum dixisset, expuit in terram, & cete.** Multa nobis ex ordine hic dicenda sunt, vt allegoriam latentem eruamus. Nam quatenus ad literá attinet, historiæ fides adhibenda est, quatenus ad spiritú, mysticus deducendus est sensus. Primo expuit Christus in terram, significans
Psal.32 se verbo curare vniuersa. Verbo enim domini, quod ex ore altissimi fluit, cœli firmati sunt, & instaurata humana
Ioan.1. natura. Hoc primum insitú est virgineo vtero, dein mundo declaratum. Io.1 Et verbum caro factum est, & habi. &c. Accedit hoc salutiferum verbum ad elementum, & quod ait Aug. fit sacramentum. Sine organo verbi, non fit efficax sanitas. Adde, quod sputum a capite in os defluit, signi-
1.Cor.11. ficans diuinitaté Christi, quia caput Christi deus 1. Cor 11.
Eccle.24 & Eccle.24. Ego ex ore altissimi prodii. Pulchre alludit
Sap 7. huc quod Sap.7. dicitur Vapor est ení virtutis dei, & emanatio virtutis eius. Secundo malagma ex luto & sputo fecit, declarans se eundem esse, qui Adá fecit de limo terræ, & seipsum intra virginis vterum compaginauit. Veritas

enim de terra orta est Quin & hoc facto prioris sententiæ Psal.84.
volebat nos esse memores. Puluis es,& in puluerem reuer- Gen.3.
teris. Ita & Iob. Memento quod sicut lutum feceris me, & Iob.10.
in puluerē reduces me, Meminerimus itaq; nos esse pulue
res ac paleis fugaciores,& quod vulgo dicitur. Stipula an
te faciē vēti. De hoc luto & Hiere. & Pau. disputāt. Hier.
18 ita habet, Sicut lutum in manu figuli: sic domus Israel Hiere.18.
in manu mea. Et Paul. Ro.9 Nunquid dicit figmentum ei, Rom.9.
qui se finxit, quid me fecisti sic? Plane igitur in manu domini vt lutum, vt terræ stercus, vt excrementa sumus, multo igitur saluberrimum fuerit, huius fragilitatis meminisse, & ad terram vsque humiliari, deiicere, summittere duras ceruices, qui mox futuri sumus putredo vermiū. Cur igitur superbis cinis & terra? cur extento collo incedimus cur torques aureos circunferimus, quare non potius in terra sedemus, rodentes testa effluentem saniem? Tertio illeuit oculos malagmate eiuscemodi misericordiam denotās, qua sauciis animis mederi solet, nosq; tactu suo ad se trahere In odorem, inquit in Canticis sponsa, curemus vngentorum tuorum. Quoties enim tibi dulcedinis ac be-
nignitatis suæ infundit dulcorem, scias oblinere collirio o- Can.1.
culos tuos, scias te tangi ac trahi ad Christū, fac te accommodes tactui diuino vt & animus & mens tua refocilletur Huc specta pulcherrima illa figura, quæ in.1.Re.14. scribitur, Quando Ionathas ieiunio & itinere defectus summitate virgæ, quam manu gestabat fauo mellis intinxit, &
conuertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi 1.reg.14.
eius. Facile est hanc historiam spiritualibus rebus acommodare. Illuminantur enim oculi nostri, siquidem in nos deus suæ gratiæ liquorem infundat, si fauo misericordiæ influat ac cecitatem mentis pellat. Hinc robur præstatur animo nostro, adduntur & vires resistendi hostibus. Quarto dixit. Vade, laua in notatoria Siloe, Quod interpretatur missus. Per Siloam baptismum Christi intelligas Quotquot enim in Christo baptizantur, Christum induunt, illuminantur. Ante tamen seu cathecumini illiniuntur ac vngūtur, adeoq; in iis quæ fidei sunt instruuntur, & ita

demum ad baptismi mittuntur fluenta, non quo aqua illa tantæ sit energiæ, vt reddere visum cæco posit, sed quod deus eiuscemodi clementis ceu organis diuinæ gratiæ, vtitur in nostrum commodum. Nempe vt in iis exercemur, vt iis fidem adhibeamus, quæ per alios etiamnum præstare potest, perinde atque per se præstaret. Quãquã nulla necessitate rerum coactus id agat, sed pro mera sua libertate Volũtarie enim genuit nos verbo veritatis. Simile habem^9 in Helisæo, qui Maaman Syrum ad Iordanem misit, vt lauaret se septies, & a lepra mundaretur. Vade, inquit, lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatẽ caro tua. Hic quanquã prece propheta mundationem, atq; contactu potuerit efficere, voluit tamen explorare & fidem hominis, & animi prõptitudinẽ ad exequẽdũ iussa famuli dei. Simile quid habes in hoc cæco, ad aquã Siloe misso, potuit enim Christus sine vllis externis cærimoniis visum reddere, sed noluit, vt discas, etsi aqua exterior, deinde & cærimoniæ nõ efficiant salutẽ, nõ vult tamen hæc a nobis intermitti deus. De hac aqua Ezeche.36. dicit. Effundam super vos aquã mundam, & mundab. ab omnibus inquinamẽtis vestris Porro hanc aquam abiecit Iudaicus populus, neq; igitur mũdus est, vtcunq; externe præluceat in litera. Esa.8 Pro eo quod abiecit populus iste aquas Siloe, quæ vadunt cum silentio, sequitur in fine. Ecce tribulatio & tenebræ, & dissolutio & angustia, & caligo persequẽs. Id vsu venisse Iudæis nemo est qui nõ videat. Abiecit enim baptismi gratiã, cõtempsit vnitatis sacramẽtũ, hinc anxietatis, hinc caligo oẽs inuasit & occupat. Deniq; inde in orbem terrarũ dispersi miseræ seruituti subiecti sunt. Abiit & lauit, & venit vidẽs, Hoc est, Quintum, quod fidem, quod obedientiã sequitur, nempe leuatio. Abiit enim, nuncians volũtati propriæ, relinquans & domum, & possessionem, & statum peccati omnem, eoq; consequutus est visum, quo ante caruit multo limpidiorem Sic oportet obliuisci veteris vitæ ac consuetudinis, siquidem nouam auspicari volumus, Paulus Collo. Exuite veterem hominem cum actibus suis, &c. Id significari vult Ecclesia, quãdo baptizandus, nudus tingitur, no

Iac. 1. 4. Reg. 5. Eze. 36. Esa. 8. Col. 3.

uisq; induitur vestibus. Nam non sat fuerit, si adsit ratiõis vsus, credere, nisi liberum accommodes arbitrium, nisi ipse præstes, quod a te exigit Deus, hoc est, vt abeas, statum pec catorũ deserens, & laues atq; pœnitẽtiæ lachrymis exples, adeoq3 abstergas, animi labeculas. Lauamini, inquit Esa. mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarũ. Hinc est & illud: Obliuiscere populum tuum & domum patris tui, & concupiscet rex de.t. id vbi feceris, redibis sanus, ac videns, purgatus ab omni sorde. Itaque vicini, & qui viderant eum, &c. Paulatim increbrescere miraculum cæpit, primum, quidem apud vicinos, qui & ipsi increduli erant. Non enim potest ciuitas abscondi supra montem po sita, neq; accendunt lucernam & ponunt eam sub modio. Mat. 5. vult enim Deus sua opera esse manifesta, ne quis existimet ea præstigiis dæmonum facta, deinde vt credentibus sint fidei fulcimenta, augeantq; erga Deum & reuerentiam, & timorem. Vbicunq3 igitur audieris miracula fieri, perpende intus quorsum tendant, quid spectent, qui consequatur Hoc Christi miraculo fides roborata est, confusa incredulitas, irritata inuidorũ malitia. Ob id variant inter se hoĩm iudicia de Christo, dũ aliis est peccator, aliis non itẽ, alii leuicula re offenduntur, sunt qui aliud coniectant, interim tñ cæcus ingenue confitetur miraculi authorẽ Iesum. Hic enĩ est, qui illuminat cæcos, qui cæcorum oculos collirio acrimoniæ & misericordiæ aperit. In hunc salus nostra, & sanitas, & animi ac sensus collustratio regerenda est. Quomodo aperti sunt tibi oculi? Miraculi nouitate perculsi, vt erant increduli, sciscitantur, adeoque peruestigant id quod cognitu fuit difficilimum. Opera enim Dei etiam minima, nemo adamussim & perpendiculum indagare potest Eccle. 1. Cunctæ res difficiles, & non potest eas homo explicare sermone. Memento inquit Iob, quod ignores opus Dei. Et dauid: Mirabilis facta est scientia, tua ex me confor. & non potero ad eam. Stulti ergo sunt qui ea indagare, harumq; rerum caussam & initia inquirere tentant, quæ fide intelliguntur. Est enim fides lumen intellectus, quo Dei opera intelliguntur. Sunt multi qui hoc

Temerariũ est dei opa adper pendiculũ vsq3 ĩuestigare velle.
Eccle. 1.
Iob. 36
ps. 131

ſeculo eodem morbo laborant, modo de ſacramentorum energia, modo de Euchariſtia, tum etiam de libero arbi. interrogantes, cum interim vix ea intelligere queant, quæ ob oculos cadunt ſuntque omnibus expoſitiſſima. Reliqua quæ ſequũtur patent. **Ducunt eum ad Phariſæos.**

Erat aũt ſabba. &c. Aſſignauit Euangeliſta diem ſabbati, vt declararet eorum malitiam, ſecundum Theophy. Neque enim ob id publico ſiſtunt iudicio pontificum, vt miraculo adducti, in Chriſtum credant, ſed vt ex violatione ſabbati, iuxta eorum opinionem, calumniandi occaſionem arripiant, & obſcurent potius, quam prædicent miraculum. Vt verum ſit, quod ait Dauid. Congregatio tauro-

ps. 67. rum, in vaccis populorum, vt excludãt eos qui probati ſunt argento. Sacerdotes, tauri pingues etiam in Amos vocantur, qui cornibus ventilare, ac diſcernere verum a falſo debuerant. Vaccæ. plebei ſunt, vulgus petulcum ac laſciuus. Vtriſque viſus eſt Chriſtus violaſſe ſabbatum, ob id vtriq; ſtuduerunt gloriam miraculi adumbrare, vt qui, argento verbi Chriſti probati erant. Chriſtoque manus dederunt, excluderentur a ſide, ac imitatione Chriſti: Hinc addunt.

Non eſt hic homo a Deo, qui ſab. Ecce offendiculum Incredulitas enim læuiſſimis rebus offenditur, & ipſa ſibi ſcandalum fingit, vbi nullum eſt. Omnem enim lapidem mouet, ſurſum deorſumque ſe vertens, vt facta præclara proborum, obſuſcet, aut certe alio detorqueat.

Quomodo poteſt homo peccator hæc ſigna facere. Si hic locus, ei reſpondet, qui paulo inferius dicitur ſi non eſſet hic a deo, non poteſt facere quicquam, videtur excuſare Chriſtum a peccato, & negatiue legendus eſt. Nã peccator nõ poteſt hæc ædere ſigna, animo ſyncero, & dei gloriam ſpectante. Sin vero interrogatio eſt ambigua, vt dicimus quæſtio eſt dubitabilis propoſitio nulla eſt iã quæ-

Mat. 7. ſtio. Quandoquidem per Chriſtũ ſublata eſt, Mat. 7. Multi enim dicent mihi in illa die. Domine domine, nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus, &c. Sequitur: Diſcedite a

Deu. 13. me operarii iniquitatis Idem ex. 13. Deute conſtat, de pro-

phetis somniatoribus, de Antichristo, & aliis item innumeris qui ædent signa, quanquam interim sint peccatores. Proinde & Balaã inter Prophetas recensetur. Miracula enim sanctitatem non efficiunt, sed ostendunt ac probant. Est enim ea facultas operandi miracula, donum dei gratuitum, non iustificans, quod subinde commune esse potest, & piis & impiis. Vtitur enim Deus impiis etiamnum ad sui gloriam perinde atque instrumentis. Coniectura ergo quidam dicunt, quomodo potest hic peccator tanta facere signa? Christus peccator non erat, vt bene habet Esai. & Petrus, id quod & aliis rationibus constat, scilicet quia Dei filius quia vera docuit, quia irreprehẽsibiliter vixit, quia omnia in patris gloriã reiecit. **Et scisma erat iter eos.** Quod latine scissio dicitur, ea autem fit dum inter se variant doctrinæ vel opinionis cuiuspiam professores, vtpote si quãdo vna pars veritati, altera falsitati nititur. Alii enim dicebant CHRISTVM esse bonum, alii multo secus opinati sunt, eum esse seductorem garrientes. Solet etiam scisma irrepere inter pseudapostolos, hoc est, iter hæreticos, id quod certissimum est iudicium erroris, vt habet Tertulli in libro de Proscript. hæretic. CHRISTO vtrunq; vel efficiente, vel permittente, diuidit enim inter lucem & tenebras, vt aliquota pars hominum veritati, aliquota falsitati adhereat, inuoluit etiam non semel vtranque partem tenebris densissimis, vt neutra veritatem assequatur. Id si cernere velis, vide quanto interuallo & a veritate, & inter se Lutherani a Zuilingianis differant. Claudis enim cohærẽt vtrinque videlicet hæretici capitibus vero diuersantur Testantur Lutherani in Eucharistia Christum esse, sed inficiantur conuersionem rerum substantialem. Zuilingiani porro id ipsum inficias eunt, solum enim signum quoddam in Eucharistia agnoscunt. Contra, qui in vnitate Ecclesiæ sumus, fatemur, præsentissimũ esse & corpus & sanguinem Christi, adeo, vt post sacra Christi verba a ministro prolata, panis desierit esse, id quod fuit, & incipiat corpus verum Christi esse, sub speciebus visibilibus versa substantia panis, in Christi dignissimam, substantiam, Eam

Miracula sanctitaté nõ efficiũt cũ sint donũ dei gratuitum.

Esa. 53
1. pet. 2

Gene. 1.

Modernorũ hæreticorũ inter sese cõtrouersia ac pugna.

igitur hæretici in rem malam, ac inter se primum sua dogmata concilient, & ita demum, si quid penes hos est sanæ doctrinæ, nobis communicent. Alioqui quo ad variant ab vnitate Ecclesiæ, ad inter se dissentiunt, quis tuto se eis cõmittere potest, Saluberrima est profecto eorum discordia, qua nostra fides roboratur. Atque id est quod Christus dicit: Non veni pacem mittere, sed gladium. Et Paul. Videte canes, videte concisionem. Canes enim sunt, non tam Ecclesiæ vnitatem, quam seipsos lacerantes. Sic & qui turrim Babel extruere tentabant in malo conspirabant, hoc est animi peruersitate, dissentiebant vero in linguarum varietate. Sic & Pharisæis & Sadducæis, non omni ex parte cõueniebat, id quum exploratum haberet Paulus, Pharisæum se esse, atque de spe & resurrectione iudicari, exclamauit. Qua voce oborta est dissensio, solutusque est malorum hominum conuentus. Dicunt ergo cæco iterum. Tu quid dicis? Hic plane fatetur cæcus veritatem Propheta, inquit est, nihil pertæsus Pharisæorum malitiam. Liberrime pronuntiat, quanquam interim Pharisæi, vt sanationem inficias iret, vrgerent. Non crediderũt il. &c. donec vcc. pa. eius. Alio ariete, vt Christi miraculum obscurẽt, aggrediuntur factum. Attonitum nequibant reddere cæcũ, tentant quo circa parentes, quanquam frustra. Non enim potest mendacium obscurare veritatem, sed cedit, id quod hoc loci accidit Fatentur parentes hunc esse filium, fatentur & cæcum natum, mittunt tamen ob Iudæorum metum rursus ad filiũ Pharisæos, itaq; perspicacior hoc euasit veritas, quo a pluribus fuit exanimata. Eloquiũ eĩ domini argẽtũ igne examinatũ purgatũ septuplum, id est, probari omni ex parte veritas debet, vt eo fortior & inferorum portis euadat robustior. Solet enim voluntas Dei, astutis impiorum conatibus, & peruersis consiliis, suum negotiũ promouere clariusq; illustrare. Id quod in Ioseph cernimus, qui futurus erat dñs fratrũ suorũ, itaq; non potuit venditione impediri, sed magis ipsis nesciis promouebatur. Vos inquit, cogitastis contra me malum, & Deus vertit illud in bonum. De-

Mat. 10
Philip 3
Simile.
Act. 23
p̃s. 11. & 17
Gene. 50.

cretum erat patris, per crucem, perque miracula glorificare Christum, nō potuerunt hoc, pharisæi odio, non inuidia, nō homicidio denique valuerunt, impedire aut obfuscare, quamuis cruci affixissent. Ita & multis probis hominibus accidere solet, si modo veritati admitātur cum cæco. Proinde in parētibus maior fuit infidelitas, quam in filio metu potentum non audent veritatem fateri illi. hic vero, quo magis vrgent, eo liberius pronuntiat: His est propheta, & quia bonus est, Hoc est quod alibi testatur Christus Qui confessus me fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram angelis dei. Quid vero potissimū extimescerent subdit Iam enim conspirauerunt Iudęi, vt si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret. Hoc dedecoris videbatur, arceri a cōtubernio fidelium. quemadmodum & hoc temporis, dū sententia excommunicationis a suo iudice excluduntur impii, scelerati, maledici, scortatores. Verum nihil pertimescere debuerunt hoc terrificum pharisæorum fulmen, parentes. Quandoquidem quos pellebat a suo consortio Iudæi suscipiebat intra suam ecclesiam Christus, vt habet augu. Atqui hic videant pontifices nostri & administratores iustitiæ publicæ, ne in quem fidelium, iniuste hoc execrationis fulmen promulgent. Neque enim mox a deo excommunicatus est quem homines execrantur, atque a se abiiciunt, vt mox inferius audies in cæco, qui a Christo suscæpt⁹ est Si enim ecclesiam quis turpitudine factorum offendit, excommunicandus est, vt habes. 1 Cor. 5. Non erat itaque hæc excommunicatio parentibus extimescenda, quando in gratiam suscæpti fuissent Christi. Vocauerunt rursus hominem. Non cessant impii alios extruere arietes oppugnando veritatis arcem, regrediuntur ac priorem muri partem nempe ad filium, attrociusq; instauratur oppugnatio. Sic nō solet conquiescere Satanas, noctes atq; dies circumiens, vt offendat, si quē deuorare queat Nūquā igitur nobis excubiæ intermittēdæ sunt Sēper vigilādū, semper spicula excipiāda, scuto fidei, & galea salutis. Egit hoc cæc⁹

Matth. 10. Luc 12.

1. Cor 5.

1. Pet. 5 Ephe. 6.

Da gloriam Deo. Id est, fatere veritatem, confitere ingenue quod res est, confitere hunc peccatorem esse, nihilque operatum in te, nihil te ex eo beneficii accæpisse. Verum hoc non est gloriam dare Deo, sed magis blasphemare. Verum quid ad hæc cæcus? Si peccator est, nescio. Prudenter cum pharisæis hic cathecumenus philosophatus est, vt eius responsio nõ pateret calumniç, & tamẽ veritatem profiteretur, q d. Vos eum peccatorẽ ingenue fatemini: ego vero, ea in re non sentio vobiscum, sed peccatorem esse nescio, quin imo bonum & iustum, quod & opera fatentur, pronũcio: addens & hoc constanter, me eius beneficio visum, quo ab vtero carui, assequutum, atque sub inde nec dignor vos vllo sermone, sat enim ex me audistis, nisi & eius discipuli malitiis esse. Nos Mosi discipuli sumus.

Psal.108. Maledicunt ei, sed in me bone Iesu ista maledictio. Impletur illud Psal 108. Maledicent illi, & tu benedices. Et vide naturam hypocriseos. iactant semper maiores iactant patres, deinde & Abraham, & Mosen ostentant, cum interim

Ioan.8. neq; doctrinã obseruent, neq; facta imitentur. Nã Christus

Leuit 19. ait: Si crederetis Mosi, crederetis forsan & mihi. Et, si filii Abrahæ estis opera Abrahæ facite. Moses proinde præcipit: Surdo nõ maledices, nec cæco pones offẽdiculũ. Leuit.19. Vos cõtra maledicitis, facto ostẽdẽtes vos nõ ad Mosis scholam, sed ad cacodæmonis pertinere. Nos scimus quod Mosi loquutus est Deus, hunc autem nescimus vnde sit. Quod Mosi loquutus sit Deus, non vno loco cõstat in Exo. & Nu. Quod vero subdunt se nescire vnde sit Christus, impudens est mendacium, sed & cõtradicit huic

Matth.2. quod superius dictũ est, hunc scimus vnde sit. Sed & He-

Deu 18. rodi responderunt Christum in bethleem nasciturum, & alias ex Mosi didicerunt, prophetam magnum suscitabit dominus Deus, &c. Respondit ille homo, & cętera. Quasi diceret: Non videtur omnino consentaneum vero, neque cohærere, quod nesciatis vnde sit, & tanquam contẽptibilem despicitis, qui tam præclaro facto, se declarauit, & prophetam esse, & virum omnino optimum, Deoque cha-

rissimum. Quando id in comperto sit, etiam vestra sententia, peccatores non exaudiri, neque placere Deo, Auersatur enim Deus peccatorum preces. Peccatores non audit Deus, sed si quis Dei cultor est, & fe. eius volun. Accedit ad idem Dauid Oculi domini sup iustos, & aures eius ad preces eorum. Et rursus. Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet dominus. Et 1. Io. 3. Si cor nostrum nō reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo. Annotabimus duplices esse peccatores. Obstinatos in malo, quales erant Iudæi, facta Christi calumniantes, & hæret. c. adversantes agnitæ veritati. Hi cum impii sint, aut certe hypocritæ non exaudiuntur. Odit enim Deus abominatur impios, tantum abest, vt eorum vobis, ex animi sententia respondeat. Alii sunt peccatores qui resipuerunt, per Christi gratiam, seque ipsos ad Dei verbum correxerunt, nec modo cultu externo, sed etiamnum ex animo, Dei exequuntur voluntatem Qui quo magis sese peccatores accusant, eo digniores diuinis beneficiis redduntur ad hos pertinet qđ hic dicitur. Sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. Voluntas Dei est, nō solum vt credas, sed etiam per crucem carnem mactes, vt diuina iussa rebus factisque exequaris, & vt Paulus ad Thessa. ait vt sciat vnusquisque vas suum possidere in sanct. &c Ad eum modum orauit publicanus, & exauditus est. Et Dauid: Exaudiuit dominus vocem fletus m i, exaudiuit dominus deprecationem meam, dominus orationem meam suscepit Hac distinctiōe multi loci absolui possūt, qui ī speciē vidētur diuersi. Audi enim Deus resipiscentes, non audit vero obstinatos. Esa 1, Cū extenderitis manus vestras, auertam oculos meos a vobis, & cū multi. orationē vestrā non ex. u manus enim vestræ plenæ sunt sang. Et Thre. 1. Nos inique ægimus, & ad iracundiā prouocauimus, idcirco tu ī exorabilis ex. Si igitur vis exaudiri, & Deū tuis votis respondere, fac vt dei cultor sis, eiusque exequaris voluntatem, id est, fidei iunge bona opera, perseueranterque Deum præcari non cesses.

Respōderunt & dixerunt, In pctis natus es totus

Qui sint peccatores illi, quos non exaudit Deus.
Psal. 33.
Psal. 65,
1. Ioan. 3.
Duplices esse peccatores.
Esa. 1.
Thren. 2
1. Thes. 4
Lucæ. 18.
Psal. 6.
Esa. 1.
Thren. 2

Hic excommunicant hominem, atq; a suo consortio arcet quasi vilissimum nebulonem, & indignum quem terra ferat, quasi dicerent Quur tu miselle & omnium qui viuunt iniquissime audes nos Rabbinos, tam spectatæ vitæ, tã rara eruditionis docere? Nostrum est versare Mosen, legere prophetarum oracula, discerere de scripturæ arcanis, tuum est iussa nostra exequi. Sic solet exasperari hypocri. & excandescere, si vel læuiter coarguatur Opinor & hos pharisæos eius sententiæ fuisse, cuius amici Iob fuere, quorum error fuit, afflictiones semper esse peccatorum supplicia. idcirco inquiunt. In peccatis natus es totus, id est, merito a deo in cæcitatem & mendicitatem coniectus es. commeruisti enim id tuopte malo, perinde atq; oẽs tui adiunc.

Audiuit Iesus quod eiecerunt eum foras. Tu credis, &c. Hic suscipitur in Christi consortium, qui ab improbis damnatus erat Iudæis, non enim continuo apud deum execratus est, quẽ homines execrantur. Leprosi separatim viuere, & extra castra agere præcipiuntur, cum tamen interim multis magistratibus, & ciuib⁹ sint apud deum iustiores. Tu, inquit CHRISTVS, credis in filium dei?

Fide inauthoramur Christo & Ecclesiæ fideliũ

Fides igitur ianua est introducens nos in ecclesiam viuentium ac fidelium. Hac inauthoramur Christo atq; inserimur corpori eius mystico. Fide, inquit Paulus, fratres Ephesiorum ad Ephesios 3. declarans, quo nomine sibi gloriandũ sit, quove merito in sortem domini accitus sit, iuxta secundum præfinitionem sæculorum, quam fecit in Christo Iesu domino nostro, in quo habemus fiduciam & accessum, in confidẽtia, per fidem eius. Idem ad Ro 5 Per quem habemus accessum per fide in gratiã istã, & in qua stamus.

2. Cor. 1.

Ephe. 3

Rom 5.

Et ait. Credo domine, & procidẽs adorauit eũ.

Rom. 10.

Hoc est, quod ad Ro 10 ait Paulus: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Non satis est credere, nisi & ore confitearis CHRISTVM esse salutis basim, & authorem, nec hoc quidem satis est, nisi procidens adoraueris Christum, visibiliq; signo declares, atq; tuam fidem insinues. Credo, inquit, domine Quo interiorem ha-

minem ad Christum retulit. Christoque deputauit, nam fide diuinæ nitimur veritati. Iã veritati adhæret, spiritu quidem colit deum, atque excolit. Cæterum cum & corpore constet homo, addit visibilem cæremoniam, ad inuisibilem cultum Procidens enim adorauit deum, vult enim deus tũ interne, tum externe coli ab homine. Id quod sentiens Dauid. Cor meum, & caro mea exultauerunt in deum viuum. Tu si recte credis, agedum, imitare cæcum hunc, imitare Dauidem, & alios quotquot tandem dei cultores fuere. Id vbi feceris, videbis deum deorum in Syõ. Videbis inquam, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, anima tua, & corpus ipsum, denique vires omnes.

Deus tũ interne tũ externe ab homine colendus est. Psal. 38.

Feria quinta post quartam dominicam, Quadragesimæ. Luc. vii.

Bat Iesus ĩ ciuitatem, quæ vocatur Naim.

I In Apocalypsi legimus, ego sũ primus & nouissimus & viuus, & fui mortuus, & ecce sũ viuus in sæcula sęculorũ, & habeo claues mortis & ĩferni. Eãdẽ fere & Anna de Christo pronunciat sententiã in. 1. li. Samuelis cap. 1. Dominus mortificat & viuificat, deducit ad ĩferos & reducit. Quæ omnia eo tendunt, vt Christum authorem vitæ & mortis declarent. Vitæ per se, & suapte natura. Nam quod factum est in ipso vita erat. Ipse enim & vita per propriam naturam, & omnibus quatenus ad se attinet, vitam tribuere mauult, quam mortem. Nolo inquit mortem peccatoris. Qui ergo moriuntur, suo id vitio tribuant, seu in corpore, seu in anima intereãt, Deus enim. ait Sapi. 1. mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum Et paulo inferius. Impii autem manibus ac verbis accersierunt illã, & æstimantes illam amicam, defluxerũt, & sponsiones posuerunt ad illã, quoniam morte digni sunt, qui sunt ex parte illius. Est igitur mortis author deus, non quidem per se, sed aduentitie, & accidentario. Decreuit enim, vt qui obtẽperare suis iussis nolent. morti redderentur obuoxii. Constat in Adamo nostro. In quacunque die comederis, morte morieris. Et PAVLVS: Statutum est hominibus se-

Apoc. 1.

Christus habet vitę & mortis imperium

Ioan. 1.

Ezech. 18.

Sapien. 1.

Gene. 3.

Heb. 9.

mel mori. Hæc eadem sententia in hoc Euangelio insinuatur. Nam mori non potuit adolescens nisi permittente de & exequente sententiā ipsa morte vltrice. Est enim mors vltrix & executrix diuinæ sententiæ. Mors nemini parcit. Quod vero vitę author sit, eo liquet, quod suscitauit a morte vnicum viduæ filium. Cuius facti occasio primū describitur, (Ibat Iesus in ciuitate quæ vocatur Naim) quæ est paruula ciuitas Galilææ, in secundo miliario montis Thabor, hinc facta est occasio miraculo, & recte quidem. Nam Naim motum significat fluctus, seu commotionem vitę videlicet præsentis, quæ nunquam eodem in statu persistit, sed modo sursum modo deorsum fluctuat, commouetur ac perturbatur. Simul ac in lucem æditi sumus, nos eōcutiunt omnia elementa, vt bene dixit ac agnouit Plinius, naturam videlicet quæ nos ædidit magis nouercā quā matrē appellitans. Quis enim non sentit, quantis incommodis indies, obruimur, quantis malis vallamur, quantis discriminibus expositi simus? Mortem non vitam dixeris, si teipsum introspexeris. Agnouit id Iob, Repletur multis miseriis, qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, Et Dauid: Mane floreat & transeat, vespere decidat. Et Iacobus, Quid est vita vestra? Vapor ad modicū parens Metitur enim hæc fugacissima vita, non iam mille annis, non quingētis, imo ne octoginta quidem, quis enī nostrum ad hunc terminū fœliciter pertingit? sed nunc temporis. solū præsenti. Iā & illud quantulūcunq; sit plenū est dolore plenū incōmodis, maxime vero quod nos exterrere debet incertissimū est. Crastinū enim nō promisit, qui dixit Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra. It Iesus in hanc ciuitatem, quæ fluctuat semper, semperq; turbatur, ac ad mortem procliuis est. Psalm. Appropinquauerunt vsque ad portas mortis, & in Prouerb. 2. Salomon. Inclinata est enim ad mortem domus, & ad inferos semitæ ipsius. Hoc est quod toties. Iob regionem ac vmbram mortis sese inhabitare dicit, ac mœrens exclamat, Sicut vmbra dies nostri sunt super terram. Et, Deus nos Apostolos ostendit tanquam morti deditos. Et fa-

Margin notes: Hui⁹ vitæ miseria ac incōstātia — Iob. 14. — Psal. 89. — Iacob. 4. — Psal. 94. — Prouer 2. — Iob. 8. — 1. Cor. 4. — Roma. 8.

cti sumus sicut occisionis oues. Neq; igitur veram agimus vitam sed omnino erumnosam, & multis miseriis oppletam, deinde instabilem, Ipsi enī peribunt, ait Dauid. Quid igitur nos miseros fallimus ipsi mortem veræ & perpetuæ vitæ præferentes? Sed ad rem, ad hanc igitur ciuitatem cum venisset Iesus qui est vita nostra, effertur defunctus.

Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis Quo significatur, eius clementiam ac immensam misericordiam iis maxime opportunam & necessariam qui calamitosissimam ciuitatem mortis inhabitabant Eramus enim natura filii iræ & mortis. Ad Ephe. 2 Deus qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem qua dilexit nos, & cū essemus peccatis mortui, conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia saluati estis. Porta ciuitatis mundi, peccatum est Nam intrauit peccatum inuidia diaboli in orbem terræ, & per peccatum, mors, vt habet Sapiens Simul enim vt peccatum propagatum est in eos qui non peccauerunt in similitudine prioris Adami secundum Paulum, etiam mors, pœna, calamitas, infernus, & oīa mala introierunt in omne genus mortalium. De iis portis ita habes in Psal. Attolite portas principes vestras, id est mortis & peccati tyrannidem tollite. Et eleuamini portæ æternales, quas aperuit dominus, igitur addit, & introibit rex gloriæ. Hæc est enim porta domini iusti intrabunt per eā. Domini inquam, nā antea clausa fuit āteaferreis repagulis, nēpe peccatis obstructa. Nemini antea patuit ingressus, donec is veniret qui æreas cōfringeret fores, & ianuas, Esa. 45. Aperiam coram eo ianuas, & portæ non claudentur. Ego ante te ibo & gloriosos terræ humiliabo, Portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam. Ingrediente enim domino portas ciuitatis, adeoq; aperiente fores inferorum. Iam cæpimus iustitię portas veritatis introire, de qua Mat. 7. Intrare per angustam portam Ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matris suę. Mors duplex est Altera animæ, altera est corporis. Vtriusque autem aculeus peccatum est. Nam vtraq; ex peccato sumpsit originem. Et quidem de morte corporis, ex prolapsione Adami cōstat,

Ephe. 2.
Sapien.
Rom. 5.
Psa. 21.
Psal. 117.
Esai. 45.
Matth. 7.
Omnes morimur.

Rom.5. Per vnius enim inobedientiam peccatores multi sunt con-
Ibidé.6. stituti. Et per vnum hominem, peccatum in mundum intra
uit, & per peccatum mors, ita in omnes hoïes mors pertrã
Heb.9. sijt. Stipendium enim peccati mors. Ac corporis mortem
ferimur, diuino decreto nos vrgente, velimus nolimus. Id
quod eo liquet, quum Paulus palam pronũciet Statutũ est
2.Reg.14 hominibus semel mori, Siquidem dei statutum cum sit in-
Psal.88. fractibile, non potest non reddere oẽs obnoxios, qui ex ea
dem massa prodiere homines. 2 Reg.4. Omnes morimur
& quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur.
Et Dauid Psal.88. Quis est homo, qui viuet & non vide-
bit mortem, eruet animam suam de manu inferi? quasi di-
ceret, Nemo est quem non absorde at corporis mors, quan-
quam non omnibus obsit. Sunt enim qui moriuntur in do-
Psal. 115. mino, & ii perbeati sunt ac fœlices. Preciosa, inquit Da-
uid in conspectu domini mors sanctorum eius. Siue igi-
Eccle.2. tur sancti sint, siue impii sint, seu diuites seu pauperes, par-
cit nemini mors, Quin & Ecclesiast.2 ait: Moritur doctus
Sap.7. similiter vt indoctus, & idcirco tæduit me vitæ meæ, viden
tem mala esse sub sole, & iunctam vanitatem & afflictio-
nem. Et Sapienti. 7. Sum quidem & ego mortalis, homo
similis omnibus, & ex genere terreno, illius qui prior fact'
est, sequitur. Vnus introitus omnibus ad vitam & similis
exitus. Id quos intelligas de mortis imperio, quo in omnes
ex æquo grassatur, seu rex ille sit, seu seruus. O nos infœli-
ces, ac bis miseros mortaleis, cur non hæc animaduerti-
mus cur nos præsentia mala & incommoda, & calamitates
a peccatis non reuocant? Quorsum quorsum tandem no-
stra insania, quem finem habitura est? Insani siquidem su-
mus, quod hũc hostẽ (quẽ velimus nolimus hospitio su-
scipere cogimur) non curamus lætiores suscipere, cumque
desiderio expectare, excipere & exosculari cum gaudio id
tum faciemus, si parati illi obuiam iuerimus, si vitam sic
instituamus, vt nihil sit, quod nos dum sæua mors vrget,
morari posit. Moratur infœlicem animam, sola animæ
mors, id est, peccatum. Morantur & deliciæ, & diuitiæ in
malum domini sui reseruatæ, & item turba criminum,

quæ vndique obsistunt, vndique circunfundunt sese, dum agere animam cœperimus. O mors inquit. Ecclesia. quam amara est memoria tua, homini pacem habenti in substantiis suis, viro quieto, & cuius viæ directæ sunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum. O mors quam bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus de fecto ætate. Ecclesiast 41. Atqui hæc est mors naturam deuastans, animam expellens a corpore, vt singulæ partes ad suam originem, refluant. Qui enim nos ad portas mortis deferunt, quatuor sunt portitores, ignis, aqua, aer, terra, ex quibus coagulati ac ficti sumus. Quæ vbi in nos, sæuire cœperint (incipiunt autem, simul ac in lucem æditi sumus) iam deficere incipiunt corporis vires. Defecit, inquit Dauid, virtus mea, Quibus defectis, quid aliud restat, nisi mors, hospes certe atrox, & seuerus, ac plane inhumanus, & qui male soleat suum hospitium tractare, maleque remunerare hospitem & benefactorem. Exturbat enim hæredem, & feras ac bestias, vermesque introducit. Vbi igitur videris efferri mortuum, vbi pespexeris quempiam qui vel inopia vel deliciis transegit vitam agere animam, ge, teipsum agnoscere, paraque te ad idem subeũdum iudicium. Memor, inquit Sydrach, esto iudicii mei, sic erit & tuum Mihi heri & tibi hodie. Periode atque diceret, Heri ad Symphoniam chorosque ludebam, nihilque erat, quo non meas voluptates explerem, edebam siquidem quotidie opipare vase geu mato bibebam incedebam milite stipatus, veste variegata ornatus, corporefortis, animo prudens, omnes & authoritate & admiratione & opinione superans, congratulabantur omnes, mequefœlicem prædicabant, colludebat vxor arridebant proles dulcissimæ, Sed heu iniqua rerum ac subita eoq; magis anxia permutatio, en morior, neque est vllus qui meam vicem subiturus sit. Non hic proderunt diuitiæ, non deliciæ quibus affluebant, non scientia, non amici, non corpois robur, non pulchritudo, non generis claritudo, nihil denique est, quo me seruare ac tutari possim. Huius igitur iu-

Eccle 41

Quatuor portitores q nos ad corporis mortẽ deferunt.

Psal. 37

Eccle. 38

dicii memor esto, qualis qualis sis, idem subiturus est Ea-
De morte secunda. dem te sententia manebit Sola enim est misericordia, quæ te comitabitur. Eleemosyna enim liberat a morte, atq; hactenus de morte corporis. Secunda est mors animæ, gratiæ videlicet priuatio, quæ vbi animam occupauerit relinquitur misera, & quod Lucas ait, semiuiua. Siquidem animæ vita, gratia Christi est, quæ solo peccato pellitur foras, qua pulsa, viuit quidem homo, sed in carne ac sine spiritu, sine dei singulari præsidio, atque præsentia, qua suos amicos inhabitabat. Multo hæc est mors, priore atrocior, multo perniciosior. Nam aufert non tam spiritum hominis, sed dei spiritum, quo sine pecora, lapides & trunci sumus, tantum abest, vt homines simus, de hac morte. Ezec.18.
Ezech.18 Sapie.16 Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et Sapien.16. Homo per malitiam occidit animam suam, & cum exierit spiritus non reuertetur, nec reuocabit animam quæ recæpta est, Hanc mortem deus non fecit, non enim delectatur in perditione impiorum perinde atq; carnifex ac tyrannus esset, quales sunt multi principum, sed m gis magis id vrget, id hortatur, vt conuertantur & viuant. Nolo, inquit, mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat Qui
Quatuor portitores qui nos deferunt ad animæ mortem q̃ 2. dicitur nos ad hanc mortem deferunt quatuor sunt etiamnũ portitores, Primus portior est concupiscentia delitescens in membris nostris, qua ferimur, alius alio magis in vitia. Est enim alio procliuior alius in malũ quamuis omnis ætas ab adolescentia in malum propensa sit, id quod experiẽtia didicimus, de hoc portitore sic ait Iacobus. Vnusquisque tentatur a concupiscentia sua. Et Paulus Romano.7. Inuenio
Gene.8 Concupiscẽtia. Iac.1 Rom.7 aliam legem in membris meis, repunan. legi mentis meæ captiuitatem me in legem peccati. Hic portior, omnis mali est origo, si illi fores, si fenestras aperiamus Initiis igitur
Pro 28. Ibidem.15 resistendum, adeoque a foribus, timore dei propulsandus est. Beatus enim qui semper est pauidus Et item Per timorem domini declinat omnis a malo. Secundus portitor,
Prauorũ cõsuetudo prauorum consuetudo dici potest quo plerique omnes in malum ferimur. Non enim parum, quin multum refert, quibus cum viuas, quales sint, honesti, veriqueeultores an-

turpes, an scelesti, an luxui, ambitioni. Venerique dediti. Ita delatus est Sanson pellicis consuetu. in exitium primũ animæ, deinde & oculis orbatus. corporisque robore, sic Salomon, & alii item innumeri. Hinc monet nos. Qui tetigerit picem nquinabitur ab illa, & iterum, Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit, amicus stultorum similis efficitur, & Dauid. Cum peruerso peruerteris. Et Paulus Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Maxima igitur impendenda cura, ne prouorum consuetudine præcipitemur in malum, & peccatorum charybdim. Igitur Salomon. Si te lactauerint peccatores, ne acquiescas illis, &c. Itinera enim eorum in malum tendunt. plenaque sunt sentibus & anfractibus, ita vt sit labi necesse, si te illis commiseris. Iob. 6. Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorum, ambulabunt in vacuum, & peribunt. Nam iter impiorum decipiet eos. In semitis vero iustitię vita, inter deuium ducit ad mortem. Adolescentior ætas hos baiulos, hosq; ad prauos mores instigatores, non secus vitare debet quã toxicũ Nihil enim magis noxium præclaris moribus, quam si te socies prauis, inquit Theogenes, perdes enim te, animumq; tuum. Tertium, portitor, est vitæ lõgioris, inanis quædã & fallax pollicitatio Sunt enim qui sibiipsis adblandiuntur, seq; ipsos misere fallunt, spe longioris vitæ frustrati. Testatur id exemplum eius, qui in euangelio multa, quæ ad delicias spectabant, reposuit in horreis. Anima inquit, mea habes multa bona in plurimos annos reposita, requiesce, comede, bibe. epulare. Dixit autẽ illi deus. O stulte, hac nocte repetunt animam tuam. Quæ parasti, cuius erunt? Paucis interpositis, ob id monet Christus nos vigiliarũ Estote paratæ, quia qua hora nõ putatis filius hominis venit Imo si cœperimus comedere. si bibere & inebriari, adeoque in omnem libidinẽ nos exponere cum pigro seruo audiem⁹. Veniet domin⁹ in die qua nõ speramus, & hora nobis nescia, diuidetq; nos, patremq; nostram ponet cum infidelibus. Idem tractat ecclesiasticus argumentum. 11. vbi aduersus eiuscemodi, qui sibi requiem pollicebatur, & longiorem vitam, ita infit, Nescit quod tempus prætereat illum,

Eccle. 13.
Prou. 13
Psal. 17.
1. Cor. 15.
Prouer. 1.
Iob. 6.
Prou. 12.
Lõgioris vitæ ĩanis pollicitatio.
Luc. 12.
Luc. 12.
Eccle. 11.

Eccle.11. & mos appropinquat & relinquat omnia aliis & moriatur. Et alibi: Misericordia & ira cito ab illo proximant. Hoc est quod Paulus, subitam internitionem ominatur iis

1.The.2. qui se omnibus vitiis inquinant, perinde atque tutissimi forent. Cum enim dixerint, Pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. sicut dolor in vtero habentis, & non effugiet. Hoc est quod Christus toties inculcat: Estote parati, nescitis enim quando dominus venturus sit. Exemplo sit hic adolescens, qui forsan & ipse hac spe ductus sibi multos annos pollicitus erat, Ludebat, epulabatur, aleis, tesseris, & quibuslibet deliciis effluebat. Sed audio, hunc extra portas mortuum delatum, Memento igitur creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ antequam veniat tempus afflictionis tuæ, & appropinquant anni de quibus dicas, non mihi placent. Quartus portitor, est diuini verbi cõtemptus

Eccle.12.

Diuini verbi cõtemptus.

Prouer. 1. Nam vt verbum Dei viam nobis aditumque ad vitam referat, ita si hoc oscitanter legimus, si porro contemnimus, si nostras aures quo minus ingrediatur obstruimus, aditũ nobis ad mortem extruimus. Vocaui inquit deus per os Sapientis, & renuistis, despexitis omne consilium meum, quid sequitur. Ego quoque in interitu vestro ridebo. Nolle audire, quid aliud est quam interire? Nam si per Dei verbum, vt Christus ait, viuit homo, consequens est eum esse mortuum, qui auertit aurem suam, ne legem dei audiat. Ideo Christus: Venit hora quando omnes qui in monumentis sunt audiẽt vocem filii dei. & qui audierint viuẽt.

Hier.11 Si victuri sunt qui verbum salutis arripiũt, mortui sunt in semetipsis, qui obdurauere facies suas, qui abiere retrorsũ.

Daniel. 9. Hoc enim est quod Hie 11. quæritur dominus. Audite, inquit, vocem meam, & non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam, sed abierunt vnusquisq; in prauitate cordis sui

Ioan 8. mali. Et Daniel. 10. Declinauerunt ne audirent legem tuam. Quot sunt qui hoc morbo laborant, qui nolunt intelligere vt bene agant. Obprobrat Christus Iudæis, Qui ex deo est, verba dei audit, propterea vos non auditis, quia ex deo non estis. Offendunt hac ratione multi in Euangelium, peccant in legem, deferuntur præcipites in vitia, quod con

ciones sacras negligunt, quod alio declinant, quod frequentiores ad spectacula sunt, quam ad templa Dei, quotquot tales sunt, prætexere ignorantiam non possunt. Nam habēt a quo discerent idoneos verbi ministros, sed suo malo suaque inertia negligunt His portitoribus charissimi multi ducimur ad mortem, adeoque ad sepulchra viuentes.

Et hęc vidua erat, & turba ciuitas multa cū illa.

Parentalia exequentes, sequebantur amici corpus, vt religiosum & pium opus defuncto exhiberent. Secuti & Ioseph & alii viri sancti, de quibus legimus quod summo studio, summaque religione exequias funerales celebrarūt neque igitur heri, neque nudiustertius cœpit hic mos inolescere, neque auaritia sacerdotum aut Monachorum cupiditate introductus est, sed & sub naturæ & Mosi legibus celebratus est. Quin & corruscante Euangelio sepelierunt viri timorati Stephanum leuitam, & fecerunt planctum magnum super eum. Quanquam vt dicamus quod est, non est nobis tristandum perinde atque incredulis resurrectionis futuræ. Nolite inquit Paulus contristari de dormientibus, sicuti cæteri qui spem non habent. Sed sic lugendum est, quasi non lugentes simus, lugendum est, sed quem moderatissime. Ecclesia.38. Fili in mortuum produc lachrymas, & quasi dira passus incipe plorare, & secundum iudicium tege corpus eius, & non despicias sepulturam illius. Et quod moderatius lugendi sint defuncti.22.apertius dicit. Modicum plorabis super mortuum, quoniam requieuit. Id est, quoniam a multis miseriis liber euasit, si modo domino satis cessit. Luctus, mortui septem dies. Et in Gene legimus.50 quadraginta dies & septuaginta quoque quibus Ioseph & fratres eius, & tota fere Aegyptus, patris Iacob mortem planxerunt. Legimus & gloriosam sepulturæ pompam. Poteram huc & alia adducere, pro igne expiationis stabiliendo, Verum nos hac de re in locus nostris multa scripsimus, & sæpe alias ex sacris literis purgatorium publicis in concionibus probatissimus esse. Quæ omnia repetere & tædet res plena fuerit & nauseæ. Quis enim eadem sæpe absq; tædio vel audire vel legere potest?

Exequiarū bonos, tā q̄ opus piū & religiosū cū sub naturæ tū lege Mosi, defūctis a viris sctīs exhibitus est.

1. The.4

Eccle.38

Ibidē.22

Gene 50

Quam cum vidisset, misericordia motus, &c.

Noli flere. Mouetur misericordia ob lachrymas viduę, quā omni solatio, quod vnico filio destituta esset, perpendit c: batam. Iam cum toties scripturæ præcipiant, vt viduis ac orphanis misericordiæ vicem impendamus, noluit legem a se æditam negligere. Dauid inquit: Pupillo & viduæ tu
ps 8 eris adiutor. Et item. Pupillum & viduam suscipiet, & vi-
Ibi.145 as peccatorum. Et Hiere.22. Viduam nolite contristare. Et
Hie.22. Paulus: Honora viduas, quæ vere viduæ sunt. Erat hæc vidua commiseratione digna. Vtpote omni humano præsidio destituta, eoq; in statu posite, quo proles subinde ex se se nō sperabat futuras, quarum solatio tristem releuaret animum, mœstitiā excuteret. Miseris enim ait Augusti. Misericordia opus est: Noli, inquit, flere, in spem erigit, adeoque fiduciam præstat q.d. secundum Bedam, desiste quasi mortuum flere quem mox viuum resurgere videbis. Reuo-
Mat 9 cari in animum vult, quod alibi docuit: Beati qui lugent,
Luctus q̄d quoniam ipsi consolabuntur. Luctus est tristitia, inquit Augustinus, de charorum amissione, quem temperare ac coercere fide resurrectionis debemus, ne videamus gentiles po-
1.Cor.15 tius quam fideles, eoq; simus omnibus hominibus miserabiliores, vt ad Corinth habet Paulus Et accessit, & tetigit loculum. Tangit loculum vt intelligamus secundum Cyril. & Theo. corpus Christi efficax esse, & viuificum diuinitatis organum. Caro enim semel verbo in diui-
Simile. nis vnita, virtute imbuta est viuificāte, perinde atq; ferrū igni adhibitum, incandescit, adeoque ignis ad se naturam trahit, ita & sacrosanctum corpus dominicum, semel diui-
Ioan.5. nitati coniunctum, viuificat, vnde & Christus dixit: Sicut pater habet vitā ī semetipso, ita & filius habet vitam in semetipso. Et potestatem dedit illi iudicium facere, quia filius hominis est. Et item: Sicut pater suscitat mortuos & viuifi-
De viuifi- cat, ita & filius quos vult viuificat. Et Paulus. Factus est
co Xp̄i cō primus Adam in animam viuentem, nouissimus Adam in
tactu. spiritum viuificantem. Tangit vero spiritualiter nos, quando timorem sui incutit nobis, quando excitat, adeoq; igni

lioqui in vitiis animam. Loculus enim mentis, est corpus. Nam sepulchrum & corpus fere idem sunt, si intus perspiciamus. Corpus enim Græce Soma vocāt, quasi Syma hoc est sepulchrum, quod tum tangit Christus, quando amorem & timorem sui ingerit. Sic tactus fuit calculo ignito Esai. Esa. 6.
Et Daniel. Cito volans tetigit me, & in Canti. 5. Sponsa Daniel. 8
Venter meus intumuit ad tactum eius. O saluberrimus & Canti. 5.
castissimus tactus diuini spiritus, quo simul omnia reuiuiscunt, cohærēt, ac ī pristinū robur restituūtur. Hoc est quod ex Gene. 2. Discimus. Inspirauit in faciem eius spiraculum Gen. 2
vitæ, quo animetur, ac operationes vitales exerceat. Et Dauid: Deus tu conuersus viuificabis nos. Conuersus miseri- ps. 84
corditer viuificabis nos, qui in stercore nostro tabefacti sumus, & putidi. Adolescens tibi dico surge. Imperiose loquitur, quasi ex authoritate, & perinde, vt his qui hꝫ potestatē vitæ & mortis Non sic fecit Helisæus, qui multis precibus tendem obtinuit rediuiuium Sareptanæ filium, nec
cæteri Apostoli Petrus, & Paulus, & alii sancti qui & cor- 4. Reg. 4
pora suscitarunt, & morbos curarunt, & pleraque multa
gesserunt egregia & illustria facinora. Verum non id suo Act. 3. & 9
in nomine sed in nomine inquiunt Iesu Nazareni, tibi dico surge. Christus suapte authoritate, vocat non entia, veluti entia, qui mortuos perinde atq; viuos aloqui pōt. Te- Sapi. 16.
statur id Ecclesiast. in cap. 16. Etenim neque herba, neque malagma sanauit eos, sed tuus domine sermo, qui sanat omnia, Tu es domine qui vitę & mortis habes imperium, & deducis ad portas mortis & reducis. Tuam enim manum effugere impossibile est. Verbo igitur Dei tāgimur, excitamur a somno mortis, sopore excusso. Iam & per allegoriā omnes hoc vno verbo, quotquot morti obnoxii sumus, euocamur ad vitam Adolescens inquit, tibi dico surge. Sic
& Paulus: Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illu- Ephe. 5.
minabit te Christus. Et alibi. Euigilate iusti, & nolite pec- 1. Cor. 15.
care. Surgendum est maturiter. Nam mora sua cuilibet est Cōfutant̄
nocua, potissimum tamen morari in peccatorum fœtorib⁹ qui oīa ne
Rursus hoc loco, confutatur, qui omnia necessario eueni- cessario e-
re putant, nihilque in nostro arbitrio cōsistere, quod salutis uenire pu
tant.

viã parare poſſit. Plane enim aduerſus eos perſtat Paulus, monens vt ſurgant, & obuiũ gratiæ lumen excipiant, qui in ſtercore peccati ſtertunt, præmittens ſurge, actũ tribuit voluntati interius latentem, quo ſeſe conatu quodã erga ſolẽ iuſtitiæ erigat, addens vero, Et illuminabit te Chriſtus, concomitantem & ſequentẽ atq; colluſtrantis gratiæ ſplẽdorẽ

Eſa 60. ſubaperit, Ita & Eſa Surge, illuminare Hieruſalem, quia venit lumẽ tuum. Et alibi. Præparate in occurſum eius. Vt igitur ab inferis nos in lucem reuocet, hortatur, Surge. Ita &

Ro.13. ad Romanos Paulus: Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere: nunc enim proprior eſt noſtra ſalus. Quæ omnia arguunt eos erroris, qui omnem vim ac energiam conatus libero arbitrio auferunt. Fruſtra monerent nos ſcripturæ ad ſurgendũ, ad excipiendum Dei fauorem ad aperiendũ Chriſto, ſi nihil per nos præſtari poſſit. **Et reſedit qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri ſuę.** Incunſtanter ad verbum Dei erectus eſt, nihil enim

Heb.13. huic obniti poteſt, nihil reſiſtere valet, Vnde eſt illud: Et non eſt qui tuæ poteſtati reſiſtere poſſit. Ita ſi ad ſpiritum adeoque myſticum referas, pareas oportet Dei verbo. Venit enim horà, qua te Deus e monumento, fœtido vocat. Surge cum Petro velociter. Ne tardes conuerti ad dominum, & differas de die in diem, inquit Sydrach. Si mortui obſequutnur, & oſſa arida audiunt verbum Domini,

Eccle.5. quanto magis nobis Deo obſequendum eſt deique iuſſis parendum? Ezech.37. Oſſa arida audite verbum Domi-

Ezec.37. ni, ſequitur, Ego intromittam in vos ſpiritum & viuetis, & paulo poſt: Et ingreſſus eſt ſpiritus in ea, & reuixerunt, ſteteruntque ſuper pedes ſuos, & reliqua quæ huic miraculo accommodari, ſeu literam ſeu ſpiritum ſpectemus, poſſunt. Nos enim ſumus arida oſſa, quorum nerui & virtus ſpiritualis vitæ emarcuit. Verum vocamur ad priſtinam vitam, redintegratis omnibus animi viribus, quid tum agendum? Adoleſcens cœpit loqui, Loquendum eſt & nobis vt ſimus accuſatores noſtri, noſtramque ipſorum cauſſam pronunciemus coram ſeſe eccleſiæ arbitris, id eſt, ſacerdotibus, vt per viuum dei verbum medullas cordis noſtri ex-

purgent,& rursus impleant spiritu salutis. Dixi, inquit Dauid, Confitebor aduersum me iniustitiam meam, &c. Ne vero tibi persuadeas tibi non esse sacerdoti, sed deo confitendum, audi quid euangelium dicit quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis. Si remittere debet, ac pro iudicio suo arbitrari qualia sint, quantis pœnis digna, quibus subinde modis expianda peccata scire oportet, atque comperta habere eadem. Seipsis vero nequeunt cum neq; cordis scrutatores sint, neque prophetæ, tuum erit vulnus detegere, ac pronunciare, vt habes in Leuitico quarto. & ita demum orabit pro te sacerdos, teque in consortium mystici corporis reponet, verboque salutis & consolationis læsam alioqui conscientiam roborabit ac instruet, vt pergat subinde recto, gratiamque habeat deo, qui gratiæ omnis largitor est, quia rediisti ad vitam, redditusque es superis. Hinc sequitur. Et reddidit eũ matri suæ. CHRISTVS gratiæ operator est qui nos matri nostræ, quæ sursum est, id est ecclesiæ per suos ministros reddit. Sunt enim ministri cooperatores & coadiutores gratiæ dei, & quod Petrus ait dispensatores, atque reconciliatores. Legatione enim fungimur pro CHRISTO, inquit Paulus: Accæpit autem omnes timor, & magnificauerunt deum.

Psal. 31. Sacerdoti cõfitẽdũ. Leuit. 4.

Quia ꝓpheta magnus surrexit in nobis, & quia deus visitauit plebem suam. Semper suspicatur iners populus, illum aduenisse prophetam, de quo Deu. Prophetam suscitabit dominus deus, &c aut certe Heliam vel Hiere. vel quemlibet alium virum iustum & sanctum. Verum hæc cõfessio ad Christi dignitatem collocata, nulla erat: Superat enim Christus omnes prophetas etiã Ioã Bapt. etiã Mosen, & quoslibet alios, qualibet sanctitate, & spiritu diuino adflactos. Atque hic rursus habes populi inconstantiam, paulo enim post, nõ prophetæ nomine dignum hunc censent, sed impostorẽ, sed potatorem, & oĩbus modis cõtẽptibilem hominẽ. Vere aũt dicũt deũ plebẽ suã visitasse Nam misit eis seruatorẽ, vt in libertatem assereret, lõga & miserabili captiuitate detentos. Id qđ Dauid multis efflagi

2 Cor. 5. Deut. 18. Psal.

tauit olim precibus. Visita nos in salutari tuo. Prædixit &
Ezec.34. Ezech. futurum pastorem, qui ipse requireret oues Israelis dispersas Celebrata est quoq; miracula fama per totam regionem, quo minus essent excusabiles Iudæi. Si non venissem inquit Christus. & opera fecissem, quæ nemo alius fecit, peccat. non haberent, Vult enim deus operibus suis nos ad se trahere. Quæ si cõtemnam', nulla erit nobis excusatio. Cæterum quod ad allegoriã pertinet, imitandus est nobis in eo populus, quod agnoscunt Christum Prophetam quod deus sua dona per hunc eis impẽdat. Id profecto nobis ex animi sententia confitendum. Nam ipse est qui suscitat mortuum qui largitur gratiam, qui reddit & corpori & animæ vitam. Merito igitur in hunc regerimus honorem & gloriam & fortitudinem, Visitauit enim nos oriens ex alto, Illuminare his qui in tenebris & vmbra mortis, hactenus delituerunt. Tale quid & in Hiere. promittit. Visitabo vos & suscitabo super vos verbum bonum, vt reducam vos ad locum istum Ego scio cogitationes pacis & non afflictionis vt dem vobis finem & patientiam. Et inuocabitis me & viuetis, & orabitis & exaudiam. Atque vtinã ad eum modum nos dignetur visitare, nostrasque cõscientias gratiæ tuæ splendore collustrare suscitare in cordibus nostris verbum suum bonũ quo e cœno peccati surgamus, ipsumque perpetuo magnificemus & collaudemus, ad ... vbi finis fuerit, oĩs miseriæ, omnisq; calamitatis ... tum enim verã affecti erimus pacẽ, & viuemus æternum.

Ioan.15.

Luc.1.

Hier.29.

Feria sexta post dominicam Lætare. Ioan.11.

ERat quidẽ languens Lazarus a Bethania, Est vna omnium Theologorum sententia, charissimi auditores, nihil esse difficilius creditu, nihil impossibilius factu, quam in pristinum vitæ statum ceu postliminio eũ restituere, qui morti, qui fatali necessitudini cessit. Hæc sententia, quanquã totis scripturis pateat, ex ea tamẽ ...

Resurrectio aĩalis rationis ducitu nõ capit sed

tatiō (quæ omniū fuit celeberrima) constat quoq;, quādo Athenis, cū Stoicis & Epicureis de resurrectione plæraq; multa, docte & religiose desseruit Paulus. Eo enim torsit ineptissimos philosophos, vt hunc nouorum dæmoniorū anunciatorem esse, putarent, aliis interim obstrepentibus Quid vult sibi spermologus iste? aliis, noua quædam infers auribus nostris, Adeo enim inualuit apud eos ratio naturalis, & animalis, vt impossibile iudicarent, corpus semel corruptum, rursus redire ad vitam animalem, porro sola naturali ratione incedebant, Iam animalis homo (cum non spectet neque intelligat nisi ea quæ ob oculos cadunt) nullam virtutis diuinæ introspicere potest efficaciam. Verum fides secus ducitur, Hæc enim contra spem in spem credit, nihilq; existimat, ac certo credit apud Deum esse impossibile. Fidei igitur resurrectionis futuræ mysterium deprehendimus, non ratione, neque prudentia carnis. Ad hanc fidem corroborandam, ante suam cōmonstrauit Christus mortem, exempla obiiciens, quibus resurrectionis sententiam concederemus, dum videlicet tres mortuos aliū in domo, alium in foribus, tertium apud sepulchrum reuocauit ad vitam, Probauit & seipso, dum triumphata morte, triumphato mortis tyranno, inferis propria potentia, ac virtute rediit ad superos. Hoc igitur insolito & omnium maximo miraculo & Ethnicorum, & Sadducæorum impii errores, quibus resurrectionem inficiabātur, elidentur. Quanquam enim nos veritati adniti, sine vllo signo, oportuit, quod a pria ac infallibili veritate, omne verū prodeat, voluit tamen diuina miseratio sese nostræ imbecillitati sic accommodare, vt plerunq; ad omné fere fidei articulum signum quoddā quasi sigillum addat. Itaque sese nostræ accommodans fragilitati signum ob oculos posuit, quo adduceremur ad credendū deo, qui promittit resurrectioné corporum. Est enim omniū celeberrimum, quod in terris gessit Christus, alios enim quos exuscitauit iā recens e viuis excesserunt, hic quatriduanus erat Sic autem habet historia.

fide creditur & intelligitur.

1. Cor 2.

Roma. 4.

Cuilibet articulo fidei suum. pene additum est miraculū ad nostræ ībecillitatis cōsolationem.

Erat quidam languens. Plane constat hunc fratrem duarū sororū fuisse, quæ frequentius officiū hospitalitatis

impendebant Christo, quod tum Lucas, tum Ioannes non vno loco testantur. Porro fuit hæc Maria quæ pedes Christi vnxit, in domo Simonis leprosi, id ad omnibus receptú est, an fœmina illa fuerit infamis, quæ sese quasi oíbus prostituit, nec inter omnes ita conuenit. Sunt qui alteram existimant, idq; multis efficere argumentis contédunt, Porro huius sententiæ est Chrysost. Theo. & recétiores nonnulli, quorum hac de re prostant libri. Sunt & alii qui ex diametro iis pugnant, eandem vbique confitétur & apud Lucam & apud Ioannem, Habent ii a patre sua, Grego. & ecclesiasticum officium. Ego vtcunque alii sentiant, atque in dicent, mallem hæc in concionibus coram vulgo incertitaceri, quam refricari, ac totas horas iis controuersiis expendere. Quid enim ædificationis hinc ad populum propagatur, si maxime sciat eandem, vel aliam esse? Vult auté Paulus, vt omnia nostra ad ædificationem fiant, ædificabitur vero populus, si simpliciter hoc loci dicas, id quo textus habet, sorores videlicet fuisse has duas, & honestas, & officiosas, & religiosissimas. Vbi vero tractaueris Lucæ historiam, quid proderit addere, soror Lazari, & Marthæ, quando id neque eo loco Lucas exprimit, neque ex circunstantia verborum colligi possit. Docendus esset vtrobiq; populus vt hospitalitatem sororum, & peccatricis resipiscentiam, quãto possent studio sequerentur. Hinc plus vtilitatis ac commodi rediret ad auditores, quam si te torqueas, cui alis & quæ illa meretrix fuerit. Cæterum nolo tamen aliud me existimes credere, quam quod tota ecclesia catholica, & credit & probat. Id vrgeo saltem, vti concionatores non curiositatem, sed vtilitatem, sed temporum rationem spectare velint, Facile enim est in admiratiorem adducere inertem multitudinem, facile est noua inuehere dogmata verum vbi susceptum errorem euellere pergis, hoc opus, est, hic labor. Cur igitur non collocamus breuissimam partem temporis in necessaria adeoque vtilia dogmata? Cur non docemus quæ credenda, quæ agenda, quæue vitanda sunt, relictis a tergo, iis, quæ vel dubia sunt, vel ecclesiæ authoritate necdum communita, vel quanquam ecclesiæ au-

Inutiles quæstiones populo, í sacris cócionib° non esse proponédas.

1. Cor. 14

thoritas accesserit, talia tamē sunt, quæ a vulgo intelligi nō possunt? Non enim omnibus omnia dogmata sunt inculcanda, Reuocent igitur concionatores in mentem, quod præcipit Paulus, vt vitemus verborum pugnas. Stultas autem & sine disciplina quæstiones deuita, sciens quia generant lites, alibi etiam damnat eos , qui genealogias curiosius inuestigare volunt, relictis interim salubrioribus, & necessariis rebus. Miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes, Domine ecce quem amas infir. Non accersunt Iesum, sed morbum ac ægritudinē denunciant, Quo declarauit, se maximam in Christum fiduciam habere. Quem inquiunt, amas. q.d. Amici incommoda te ad commiserationem inflectant. Omni enim tempore, qui amicus est, diligit, precipue vero, necessitate vrgente ineuitabili. Discimus ex hac historia orandi formam pulcherrimam. Quemadmodum enim sorores Lazari, fratris sui ægrotationem ipsi Christo annunciant , non præscribentes modum auxiliandi, ita, si oratione aliquid a Deo impetrare voluerimus, solam necessitatem proponamus Deo, nostrosque affectus ad ipsum dirigamus, Ipse enim nouit figmentum nostrum nouit quid nobis expediat, nouit quātum possit humana fragilitas. Sic enim orandus est Deus, vt penes ipsum sit faciendi, vel non præstandi potestas reposita, id est, quod docuit, quum oraueritis, dicite. Fiat voluntas tua. Id & ipse exemplo mōstrauit. Non inquit, mea sed tua volūtas fiat. Vt igitur impetrem⁹, vt gloria dei perspicacior illustriorq; euadat, necessitatē illi nostrā cōstāte fide, animoq; figuranti proponamus. Quomodo Iosaphat orat 2. Pralip. 20 In nobis nō est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos, sed quū ignoremus quid agere debeam⁹, hoc solū habem⁹ residuum, vt oculos nostros dirigamus ad te. Sic & Cēturio, puerū suum domi decumbere, atq; grauiter discruciari dicit nihil addēs, ne Christo videatur modum, vel tempus, sanandi præscribere. Neq; enim cōuenit, deum ad nostrū præscriptum cogi quin nostros affectus ad eius voluntatem (quæ regula est & amussis omnium rerum, & deside-

Pro. 17.
pulcherrima orādi forma.
Psal. 102.
Matth. 6
2. Pa. 20.

riorum & mortuũ, vt habet Aug.) dirigamus oportet. Nostrum est constanter, & in fide postulare ipsius vero in arbitratu relinquamus, quid præstare, & quando velit. Alioqui si illi certas leges dictem", quib' nobis suppetias ferat, ac præscribamus, audiemus, id quod Iudith sacerdotibus, qui quinq; solũmodo diebus expectare volebant, obpro-
Iu dit. 7.
.8. brauit. Quid est hoc verbũ in quo cõsensit Osias, vt tradat ciuitatẽ Assyriis, si intra quinq; dies non venerit vobis adiutorium? Et qui estis vos qui tentatis Deũ? Non est iste sermo qui prouocet misericordiam, sed potius qui irã excitet, & furorem accẽdat. Posuistis vos tempus miserationis domini, & in arbitrium vestrum, diem constituistis ei. Ora igitur deum, non pro tuo nutu illi auxilii conditiones præscribens, sed simplici corde, constanti fide, necessitatem exponens, tum aderit in tempore opportuno. Infirmitas hæc non est ad mortem, Annotandum hoc loci, Aduersus quosdã huius seculi impostores, qui audent & clam & publicitus profiteri omnem infirmitatem, omnes afflictiones, calamitates, & id genus alia peccati authoramenta solum propitii dei, & non ad irati esse signa, mortem non esse mortem non esse peccati aculeum, sed instrumentum, quo deus glorificatur, Verũ non intelligunt, miseri hoĩes, quod in hoc loco, Christus manifestario, testatur Lazari
Hebr 12 esse dei amicissimũ, iam qui amici dei sunt, si flagellantur,
Hiere. 25. id maximũ diuinæ erga eos amoris indiciũ Quẽ enim diligit domin' corripit, & in ciuitate, in qua inuocatũ est nomen meũ, ego incipio affligere. Itaq; afflictiones amicorũ instrumenta sunt quibus glorificatur deus. Sunt & instrumenta, quibus expurgantur & probantur, nihilq; obsunt, si excelso animo has perferant, si non desperent olim iis calamitatibus, se euasuros illustriores, hoc est, vbi triumpharint, Glorientur hi in infirmitatibus suis, glorientur in nuditate, in siti, in frigore, in omnibus deniq; quæ aduersa videri possunt Nam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, etiam mors. Nam omnia vestra sunt, inquit
Rom. 18. Paulus. vos aũt Christi. Contra qui ob sua flagitia affligũ-

tur(quãquã horũ afflictione,deus illustrioré & potẽtioré sese aduersus impietaté declaret)nihil tamen hinc illis qui patiũtur cedit fructus,nihil laudis. Proinde huius mors & calamitas,adirati dei signũ est.Gene.3.Quia audisti vocem vxoris tuæ,& comedisti de ligno maledicta terra in opere tuo.Et deut.28.Percutiet te deus vlcere pessimo. Porro ne dicas hæc legis esse crassæ authoramenta,quæ omnia sub-sunt aduenіente Xp̃o,audi & Euangelium inferno nos terre,& concutere,siquidem male agamus. Comburet,inquit igne inextinguibili,scilicet paleas,Et ea ratione Petrus. Nemo vestrum patiatur vt fur, aut homicida,sed si quid patimini propter iustitiam,beati. Infœlices ergo, qui ob suam heresim,ob turpia crimina patiuntur,affliguntur q; . Nihil hic proderit fucata fides,qua tibi adblandiris de bona voluntate dei hæc tibi contingere supplicia. Neq; enim solé dei misericordé voluntaté perpendas,oportet,sed etiã caussam tuã ob oculos ponito,quæ si iusta fuerit.merito dices: Non est hæc afflictio ad morté,sed pro gloria dei, sin mala fuerit, dicito, merito hæc patimur,quia peccauimus in fratrem nostrum.Et illud: Nos digna factis recipimus.

Gen.3. Deu.28. Mat 3 1.Pet.4 Gene.42 Lucæ.23.

Vt ergo audiuit Iesus,&c. Distulit dominus auxiliũ, vt illustrius reddatur miraculum. Solet enim suos in mediis malis derelinquere,adeo, vt videatur ipsorum oblitus sed postea gloriosius eos e mediis malis eripere Sic Ioseph multo tempore reliquit in squalore carceris,quem postea sublimius extulit. Vos,inquit,cogitastis de me malum sed deus vertit illud in bonum. Sic & proprium filium delitus reliquisse videtur,vt postea eum ad dexteram suam constitueret. Idem in reliquis. Neque igitur statim voluit obsequi amicorum desideriis, sed mansit biduo in loco.vbi erat, cum nuncium acciperet. Eamus in Iudæam? Vix alio in loco comperies prædixisse CHRISTVM.quo instituerit proficisci, hoc vero loco prædicit,ne repentina ambitione turbarentur,si in eam regionem abducerentur, quæ iam in magistri mortem conspirauit, non vult suos imparatos incurrere pericula. Videte,inquit, ne intretis in tentationem. Nonne duodecim sunt horæ diei?

Solet dominus suos in mediis malis tãquã oblitus derelinquere, vt eosdem mox postea exaltet gloriosi*. Gene.50. Matt.26.

Metuebant apostoli, ne rursus in manus illas sanguinarias incurrerét, quæ nuper eum lapidare decreuerunt. Hunc timorem sic excutit, vt se diem appellitet, in qua ministerium concreditum exequendum Constat enim dies haud multo pluribus quam duodecim horis, in quibus laborandum & tuto obambulandum est, qui enim interdiu ambulat, non facile offendit, qui vero sub nocté, vix euadet illæsus. Itaque suum habet vnusquisque tempus, quo laborandum in vinea domini, quod si hoc transegerit oscitanter, si suo segniter defunctus fuerit officio, non facile reuocabit, aut restaurabit collapsa Proinde Christi tempus nemo potuit præuenire, nemo differre, Decreta enim erat passionis hora, ad quam venit suapte sponte. interim prædicans, quo ad libuit. Dicit ergo ad Apostolos, Deponite quæso, timorem vestrum pro me vanum, neq; enim ministerii mei cursum compleui, habemus in die functionis meæ ambulo, hactenus ipse mundo præluceo. Proinde quanquam iam iam vndecima hora instet, nec tamen duodecima. passionis adest. Hanc operiri, velint noli inimici mei, coguntur. Igitur addit apts. Si quis ãbulauerit in die non offendit, CHRISTVS dies est, quo omnia illustrantur, quem si quis imitatus fuerit errare non potest. Qui enim sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ Qui sine Christo est, errat porro adeoq; in tenebris diuersatur Rom.13. Nox præcessit, dies autem appropinquabit, abiiciamus ergo opera tenebrarum, &c. Opera tenebrarum carnis opera sunt, quæ homines mergunt in infernum.

Quisque suũ habet merendi tempus.

Ioan.12. &.8.

om.13.

Hæc ait, & post hæc, dicit discipulis suis, Lazarus amicus, &c. Mortuus quidem erat Lazarus, ac mortis cessit imperio verum, CHRISTO dormiebat Mors enim nostra, CHRISTO somnus est Vix audita est concio hæc in prophetis, mortem non esse mortem, sed somnum. Non est itaque piis mors timenda, quam Christus in somnum vindicauit, sed optanda potius, vt requiescant a laboribus suis Mittit enim nos mors ad quietem, si in domino moriamur. Paulus quoq; fideles mortuos, dormien-

Cur Christus mortẽ somnũ appellarit.

1 Thes.4.

tes vocat. Nolo, inquit, vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini, sicut cæteri qui spem non habent. Secus de impiis. Dormiunt enim & illi, sed horrendis in somniis excruciantur, de inferno de sempiterno supplicio, de retegenda in die iudicii nequitia & impietate. Vermis enim eorum non morietur, Hoc est quod diuitem illum mando nam apud inferos torsit. Crucior, inquit, in hac flamma, Esai.66
Addit Theophy. & aliam caussam cur mortem somnum Lucæ.16
appellauerit Christus. Lazari, inquit, mors somnus videtur eo quod dominus eum mox resuscitaturus erat, neq; enim in puluere conquieuit, perinde atque aliorum piorum hominum corpora, in extremo die glorificanda, sed paucis admodum diebus quasi dormiens, excitandus. Proinde an illi, qui semel mortis iudiciū experti sunt, rursus vel naturalem vel violentem subierint mortē, quum scriptum non sit, neque rationibus euidētibus colligi possit: cum Hiero. dininæ sapientiæ committamus. Certum enim est statutum esse semel hominibus obeundum. Si tamen iterum mortui sunt, credendum pie, eos mortis aculeum non sensisse. Volunt nonnulli hoc loci colligere, non tam stupidū quam impium quoddam commentum. Cum, inquiunt, Sanctorum more, somnus sit, & somno veternoq; pressi, neq; præcari, neq; interpellare alterius caussa possunt: non possunt igitur pro nobis intercedere sancti qui dormiunt, quin sinendi sunt, vt requiescant a laboribus, non sunt fati gandi, neq; interturbandi a nobis. Quibus, aliud nihil respondeo, quā quod Christus Sadducæis, non est deus mortuorum, sed viuorum, & quod in Cāticis sponsus Ego dormio, cor meum vigilat. Quibus plane constat sanctis, etiam si in domino quiescant, intercedēdi facultatem non esse sublatum, quandoquidem dormiens in Christo, multo vigilantior est, omnibus mortalibus, multo etiam perspicacius in verbo nostras necessitates cernit. Est enim integer ipse spiritus & mens, & ratio, demq; & affectus pietatis ac miseratiōis in nos, morte non interiit, sed firmior factus est Charitas enim non excidit, quāquam interim corpus emortuum sit. Hoc affectu optant nobis regnum per-

Contra illos qui negāt sāctos iterpellari pro nobis.

Matt.22

Canti.5

1.Cor.13

Multo aliam esse sãctorũ atq; nostrã dormitionẽ.

petuum optant & gratiam, precantur & nostram resipiscẽtiam, multo autem maxime præcantur, omnis miseriæ & corruptionis antiquationem, quo simul cum corpore omnes glorificemur, sitq; tãdem deus omnia in omnib'. Hæc nisi cõcedas, aut impius es, aut stupior qualibet caute Proinde maxima stupiditas est animi, opinari sanctorum dormitionem, se perinde atq; nostram habere. Nos stertimus exturbamur sæpius, & falsis insomniis torquemur, id quod multo secus se habet impiis animab'. Viuunt illi iucundissimam vitam, omnesque operationes, vt vocant, vitales multo perfectius exequuntur, quam quilibet mortalium perfruuntur deo vt libet, amore illi, nobisq; adhærent Hinc & dei gloriam, & nostram salutem multis precibus efflagitant. Non enim destruit patria illa cœlestis naturam nostrã sed perficit **Domine si dormit, saluus erit**. Apostol Christi verbum carnaliter intellexerunt, perinde atq; pleraq; multa perperam intelligentes. Si dormit, inquiunt: Solemus enim bene sperare de firmo, si dormiat, Porro dominus apertius differens Lazarum satis cessisse, ait.

Apoc.1.

Gaudeo propter vos vt credatis. Q. d. Si præsens fuissem, facile eum a morte seruassem, iam vero, cum me absente obierit, sitq; sepultu, augebitur, adeoq; in vobis fides in me firmabitur. Vt, inquit, credatis me esse eum qui claues haber mortis & vitæ, qui ab inferis reuocem mortuos: qui triumphaturus deniq; sum & mortem, & mortis authorem. 1. Corinth. 15. Absorpta est mors in victoria, cessit enim Christo triumphatori omnium Quod vero dicit se non fuisse ibi, insinuare voluit, nihilo secus si præsto fuit in mediis fluctibus, dum ægrotaret, dum animum ageret Lazarus, etiam ignoratibus amicis, ac minime præsentissimum dei auxilium sentientibus. Non erat tum ibi corpore, quanquam cura ibi præsens fuit. Loquitur enim interim Christus de Lazaro, solicitus est, nec frustra impendit solicitudinem. Sic suos nunquam deserit, fert enim perpetuo suppetias, tutatur, defendit. **Thomas, qui dicitur Didymus: id est gemellus. Eamus moriamur cum eo.**

1. Cor. 15

Locus ait bifariam charissimi nobis tractandus est. Semel vt sit tristis,& meticulosi animi verbum. quasi diceret. secũdum Theoph. Eamus & nos insipientes, & non curantes propriam salutem,nosq; ipsos in manus præcipitemus hostium. Id quod & temerarium & stultissimum fuerit, non enim tentandus est Deus,si quando humana nobis patent suffugia. Nõ igitur fiduciæ,sed incredulitatis indicium est Eamus & moriamur. Quemadmodum & Ioan 20. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum. Sunt alii qui Thomæ constantiam.hinc colligere putant,quanquam imbecillitatis nescius esset Quo animo & Petrus dixit: Tecũ paratus sum, & in mortem,& in carcerem ire Ita & Thomas cum inter se discipuli consultarent,num consulto agerent, si se manifestis periculis exponerẽt, erumpit tandem cæteris audentior factus,extimulans condiscipulos, ne detrectare velint magistri imperiũ, quando secus non liceat, Quin pergant vna omnes per tela,perq; enses,perq; ignes eius obtemperaturi iussis Metuebat enim se desolatos ac tristes relinqui,exploratã deinde non semel habuit Iudæorum aduersus Christum obduratam ac implacabilem malitiam Maluit quapropter cum Christo perire, quam pharisæorum sæuitatem imparatos incurrere, Proinde hoc loci propemodum arguuntur,qui se viribus existiment mundum,mortemque posse vincere, immemores imbecillitatis propriæ, Quales sunt & illi qui suo proposito, suisq; studiis tribuũt,si quãdo peccata vitãt,aut occasiones,radicesq; stirpitus euellunt. Contra fecit Paulus: Nõ ego,inquit, sed gratia dei mecum,idest,quod omnibus abundantius ministerium meum exequutus sum, quod multa & corporis & famæ,& rerum incommoda ac discrimina euasi, quod plures lucrifeci Christo,non mihi,sed Christofero accæptum. Non enim sum' sufficiẽtes cogitare aliquid ex nobis,quasi ex nobis, sed sufficiẽtia nostra ex deo est. Quem locum perpetuo ob oculos ponerent superstitiosuli quidam homines,qui mire sibi adblandiuntur,si in turpia non ruant vitia,cum interim astu,liuore,maleuolentia sunt pleni, deinde & quod deterius est, nõ semel suam innocentiam, pro-

Ioan.20

Matt.2

Luc.22.

Aduersũ illos,q pl' æquo suis viribus tribuunt.

1.Cor. 15.

2 Cor.3.

bitatem, præclaraq; facta iactāt, præsumuntq; suis viriculis consequi, quod ex gratiæ diuinæ præsidio constat. Quos eo constat esse mendaces omnes & impios, quod facile a proposito deflectunt, siquidem hos obiurget, si deiicias de-
Psal 143 um immortalem, quam hic nares, oculosque, faciem denique totam corrugant, quam rodunt dentibus. Tāge, inquit Dauid, montes, & fumigabunt. Prodit enim se fumus fucatæ sanctimoniæ, quid vel opprobres, vel obiectes quod eorum animo displiceat. Sic solemus miseri nobis ipsis permissi, plurimam nobis constantiam, multam fidem, humilitatem eximiam, cæteras quoque virtutes tribuere. Quas eo constat veras non fuisse, quod ad minima toleranda im-
Matth. 26 becilliores sumus. Terruit vna ancilla Apostolorum prin-
Ioan. 18. cipem, & deserat CHRISTVM, detrectat & enses &
Mat. 14. carceres, & reliqua subire pericula, ad quæ se pauloante paratū atque expositum testabatur. Conemur itaque Charissimi mori cum Christo, sed non sine Christi auxilio, nihil enim sine hoc triumphatore agere, ne dicam, vincere possumus non minimum quidem vitiorum exterminare. Excutitur enim omnis trepidatio mortis, pſente spiritu Christi. Tunc nostram in potestatem redigimus non tam infirmum, ac impotentem carnis tyrannidem, sed etiam, vitam ipsam nostram, sed calamitates omnes, omnes item terro-
Act. 1. res, ipsam quoq; mortem. Hoc est quod significare voluit Christus, quando iussit Apostolis. Vos autē sedete hic, do
Lucæ. 21 nec induamini virtute ex alto. Id quod nobis multis precibus ac suspiriis efflagitādum est, vt donet, is qui pollicitus est. Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarii vestri.

Sermo secundus de eadem feria.

VEnit itaque Iesus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentē. Superiore audiuimus sermone, sororem erga laborantem fratrem diligentiam, audiuimus & Christi in eundem animi propensionem, & mortem deniq; intelleximꝰ, quod re-

liquum est euangeliu, declarat ipsius miraculi celebrem famam Quæ hinc increbuit celebrior, quod non mox, quando rogatus est, suppetias tulit, sed expectauit aliquãdiu. Népe duobus diebus, ante quos affuit nuncius, qui morté non nũciauit, sed ægritudinem saltem, quo die Lazarus e viuis excessit, quarto itaq; die, Christ⁹ Bethaniã adiit, significãs quandoq; differre deũ consolationẽ, nec mox adhesse afflictis, vt eo ardentius vrgeant, instent, petant, nec antea a precando cessent, quam exauditi fuerint, Sic Dauid. Expectãs expectaui dominũ, & intẽdit mihi Et Abacuck. Si moram fecerit, expecta eũ. Expectat que nõ desperat sibi opportuno tempore affuturum auxilium. Nihil igitur magis necessarium, quã vt nõ deficiamus a proposito, vt non despondeamus animum, sed noctes atque dies vrgeamus, vt exaudiat vt succurrat. Aderit certissime si perseueremus. Luc. 11. Amen dico vobis, si perseuerauerit pulsans, surget, & dabit illi quotquot sunt necessarii. Annotandum etiam per allegoriam, quatriduanum tempus, quatuor gradus significari quibus inferos descenditur Quos vno verbo Iob.3.complecti existimo. Ita enim habemus Quare non in vulua mortuus sum? Egressus ex vtero non statim perii? Cur exceptus genibus? Cur lactatus vberibus? Primus gradus in vulua est, id est, inuolucris concipitur ac latebris animæ cõtinentur, dum malis cogitatis, ipsos nos inuoluimus, dataque opera a deo auertimur. Tales fuerũt illi, quos arguit in Euãgelio Christus. Vt quid cogitatis malum in cordibus vestris? & Dauid Cogitauerũt cõsilia, quæ non potuerunt stabilire. Id est, intus concæperunt virus turpitudinis & impietatis & iniustitiæ, quod cum non habeat firmitudinẽ fidei, stabiliri minime potest, Nihil enim quod caret fide, firmum esse potest. Curandum igitur vt initiis resistimus, ne vbi virus irrepserit, impossibile sit mederi saucio animo, adeoq; letifero morbo infecto. Sero enĩ medicina paratur. Secundus gradus, ex priore coalescit, id est, sequitur, dũ ea exequimur, quæ perperã in animum induximus, ad quem pertinet illud Ecce concæpit dolorem, & peperit iniquitatẽ. Peccator quilibet concipit dolorem, quãtus nõ animad-

Ps.36
Abacuck. 2.
Lucæ.11
Quatuor grad⁹ quibus ad īferos descenditur.
Iob.3
Mat.9.
Ps.20
Ps.7

uertat. Quandoquidem quodlibet peccatum mellita quadam specie ingreditur, vbi vero totam animam inuaserit, opereque nefario inquinauerit, quid restat, nisi gemitus & dolor, quam tum primum animaduertimus, quando mulctati, & icti reddimur vigilantiores, sed serius id multis euenit, metuo & hic gradus in lucem est deductus, palamq; extero genitus. Tertius gradus ĩ genibus est, arridere propriis malis, quãdo non modo invulua, nec modo in opere a veritatis tramite defecimus, sed etiam, ipsa iteratione peccati declaramus nos triduanos esse. In hunc gradum delcẽdunt qui flagitia consuetudine exequuntur, quos multo difficilius curabis iis qui prauas consuetudines, cũ radicibus euulcerũt. Inciderũt adeoq; impegerũt in hunc gradũ filii Israel, vt Hierem. 13 dicat. Si mutare potest Ethiops pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum, non vno atque altero opere discitur malum, sed pluribus iisq; repetitis. Quemadmodũ philosophi dicunt vnum actum nõ generare habitum, sed multos eiusdem naturæ. Sic vna hirundo non adfert vernum tempus, sed plures. Porro vbi multis fuerimus cõtaminati vitiis, exoritur consuetudo quædam, ac peccandi licẽtia, frequentia enim parit assiduitatem. Iam qui vitiis assueti sunt, qui malis artibus imbuti sunt, qui seu vno, seu istis vitiis multis modis obnoxii sunt, difficile resipiscere possunt. Eo videtur Christus respexisse, quando dixit. Impossibile est diuitem intrare in regnum cœlorum. Qua sententia non plane tollitur liberi arbitrii potentia, sed difficultas ad bonum indicatur. Nam auarus, quo plus habet, eo plus sitit. Potest tamen interi, si velit, sua impartire pauperibus potest auaritiæ ponere modum, temperare æstus cupiditatis. Belle igitur inquit hoc loco Hierony. Hieremię dum enarrat verba. Quicquid enim discitur non naturæ est, sed studii, & propriæ voluntatis, quæ nimia consuetudine & amore peccãdi, quodammodo in naturam vertitur, sed hoc hominibus impossibile est, deo possibile est. Vt nequaquã Ethiops & pardus suam videantur mutare naturam, sed ille, qui in Aethiope operatur & pardo, dicente Apostolo:

Hie. 13 — Mat. 16.

Omnia possum in eo qui me confortat Christus Et Paulo post. Quas ob caussas, non glorietur sapiens, ait in sapientia sua, neque fortis in fortitudine sua, nec diues in diuitiis suis, nec pudicus in sua pudicitia, sciens quod in omnibus iis Christi virtus sit, non eorum qui in suis virtutib' glorientur. Qui igitur consuetudine relinquunt, suo adblandiuntur malo, perinde atque solet nutrix, quæ in gremio exosculatur atque infantem circum fouet. Quantus vero dies omnium est infaustissimus, & infœlicissimus, nempe, quo in sepulchro fœtet cadauer. Subsistunt in hoc, qui ad vbera hærent matrum, id est, qui peccata excusare peruicaciter contendunt, quales sunt omnes viri impii, Ecclesiæ desertores catholicæ, hæretici ac scismatici, quos poculum inebriat ac demētat scortatricis magnæ, quod manu gestat aureū, interim rapinis, hæreseos ac turpitudinis plenum. Suggūt hæc vbera omnes, quibus cum Ecclesia Christi nihil est cōmune, qui sacramenta contemnunt quid diuis corporibus exutis suam potestatem detrectant. De quibus ita apud Esaiam legimus Accingite lumbos vestros & super vbera vestra plangite. Lūbi, id est, renes luxuriæ, præcingendi sunt. Nam raro inuenies veritatis refractarios castos. Plangendum vero super vbera, quo oblectamenta significari voluit, quibus miserum vulgus inescare solent hæretici, promittentes videlicet libertatem quandam, cum ipsi sint serui omnium. Admodum enim ea arrident, quæ carni peccandi licentiam tribuunt dogmata, iis facile irretimur, facile abducimur. Prouerb.7 Veni inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illucescat dies, & mox. Irretiuit eū multis sermonibus & blanditiis labiorum protraxit illum, phaleratis enim orationibus malunt homines, in quibus spiritus Dei non est, acquiescere, quā rudibus, & rusticis Quanquam interim Paulus: Non in sermone, inquit, est regnum Dei, sed in virtute spiritus. Horum enim sermo, vt cancer serpit, quo sepeliuntur, & ī profundum merguntur, adeo vt erui non possint. Ramos enim offendes hæreticos qui suis sese erroribus, suapte spōte corrigant. Pertinaces enim sunt aduersus veritatem exhalan-

Esa.32. Pro.7 1.Cor 4.

tes fœtorem luxuriæ, & ambitionis, cupiditatis, & cætero
rum vitiorum omnia fere portenta. Neque enim vnum vi-
Esa.34 tium comitatur hæresim, sed omnia. Esa.34. De cadaueri-
bus eorum ascendet fœtor, & tabescent montes a sangui-
ne eorum. Iam ad textum pergamus. **Erat autem be-
thania iuxta Hierosol, &c.** Occulte indicat rationem
quare iudæi venerint, ad consolandas sorores defuncti fra-
tris, nam haud procul dissita erat, stadiis videlicet. 15. Quæ
faciunt miliaria duo. Multi igitur venerunt vt solarétur t
stes, quod est charitatis, & humanitatis officium. Potest t
men consolationis opus e duplici fōte scaturire. Primo:
naturæ vel ciuilitate vel sanguinis vicinitate & propinq-
Duplici ex fōte potest scaturire cōsolationis opus. tate, Sic Iudęi se inuicem solātur in angustiis, sic & eth-
ci, & impii quicunq; tandem sint Resident enim in natu-
ra nostra quædam germina virtutum, quæ dona dicunt
spiritus gratuita, quibus vel bene vel ma e vti possumus.
cundo proficiscitur consolatio ex Dei spiritu, Matth 5. B
ati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur Et. 1. Thessa
Mat.5. Consolamini pusilanimes, sus ipite infirmos, Iob.29. C
1. Thess 5 viduæ consolatus sum. Sic & Dauid misit qui Annon f
Iob.29 Naas super patris mortem consolarentur, seruos & orat-
res, quanquam hoc ipso officio male vsus sit; Annon nam
2 Reg.10 seruos decaluauit & rasit, vestes a natibus ad pedes vsque
1. Para.19 præscindens. Atqui id ingrati erat animi, eoque male illi
hæc ingratitudo cessit, vt habes. 1. Paralipo 19. Nos Chri-
stiani solemur nos inuicem, si quando e viuis excedunt a-
mici, Verum quibus verbis? His nimirum, quibus & Pau-
lus Thessalonicenses solatus est fratres, nempe quod, Chr
stus est resurrectio, & vita nostra, nosque adducet, quasi v
ctor, de pugna reuertens Cæterum & Ecclesiast. hortatur
Ne desis plorentibus in consolationem. Et Paulus: Flete
cum flentibus, hortantur. **Martha igitur vt audiuit
quia Iesus venit, occurr. &c.** Pulcherrima allegoria
Lu.10. est vitæ actiuæ & cōtemplatiuæ, Martha enim solicita est,
turbatur erga plurima, operibus charitatis & pietatis in-
cumbit, abit foras, officiosa simul & negotiosa est. Maria

verodomi sedet, verbis CHRISTI fidit, meditatur mortis caussas, meditatur & aculeum, contemplatur futuræ vitæ delicias. Et quod Dauid ait: Vacat, videt, gustat quam suauis est dominus, iisce qui recto sunt corde. Quærit Martha foras qui se consoletur, quærit intus MARIA, & tamen vtraque & fide & charitate plena est, alioqui non sic solicitarent, nõ vrgerent precibus CHRISTVM. Nostrarum partium erit, vt vtriusque sororis exemplum imitemur Marthæ tum nobis sequendum, si quando nudus vestiendus est, si sepeliendus mortuus, si reliquis chritatis operibus subleuanda proximi inopia. Hoc monet Esaias Frange esurienti panem tuum, &c. 58. MARIAE dulcedinem qui experiri velit, sabbatismum quandam instituat oportet, id est, quod præcipit dauid: Vacate & videte quoniam suauis est dominus. Et Hieremias. Sedebit solitarius & tacebit, & leuabit se supra se. In vtroque te officio exerceas, oportet, siquidem vitam tuam recte, si catholice instituere velis. Dixit Martha ad IESVM

Psal. 33.

Esa. 58.

Psal. 33.
Thren. 3

Hoc verbo Martha declarat suam incredulitatem, aut certe imbecillitatem fidei. Nam secundum Chrisostomum & Theophilactum sensit CHRISTVM quidem virum esse sanctum, a deo electum, deoque charum, & quod duo discipuli fatebantur, potentem in sermone & opere. Verum, quod deus esset, qui solo imperio posset ad vitam reuocare mortuos, non ita erat comprobatũ. Domine, inquit, si fuisses hic, perinde atq; diceret. Poteris præsentia quidẽ tua mira efficere, deinde & a deo quæcunque optaueris, obtinere. An vero tua absentia sic omnia possis, sic potens sis, necdum exploratum habeo. Quanquam id firmum sit, te facile impetrare, quæ voles, quum deo Charus sis, quum dei amicus sis, Solet enim deus suos exaudire amicos Iustius dixisset, quæcunque volueris facies, virtus enim tua neque locorum intercapedine, nec temporum interuallis circumscribitur. Omnia enim continet, omnia disponit, omnem virtutem habet, hæc fuisset vera & religiosa confesio. Colligamus hoc loci, tria quæ non parum ædificant ac instruunt & fidem, & mores nostros. Primo, nun-

Luc. 24.

Nunquã esse desperãdũ, quã uis nos humana, præsidia destituãt.

quam esse desperandum, quamuis nos omnia humana præsidia destituant. Semper enim aliunde habere possumus auxilium, quamlibet res arduas aggrediamur, quamlibet impossibiles, & contra vel supra naturam constantes. Declarant id sorores Lazari, rem certe impossibilem porro, & omnem naturam superantem efflagitantes, nempe fratris reuocationem ad vitam. Sic Abraham in spem contra spem credidit. Et angelus ad Mariam. Non est impossibile apud deum omne verbum, Valeant ergo illi, qui cælibem vitam fatentur quidam sanctam, sed a nemine præstari posse, quandoquidem naturæ vires superet Dicit enim Paulus: Omnia possum in eo qui me confortat Christus. Sic si continens, si castus, si fidelis esse cupis, insta, vrge, ora Deum optimum, dabit enim spiritum, bonum petentibus eum. Sic dedit interpellantibus sororibus defunctum fratrem. Habet enim Deus sua media, quibus nostram salutem operatur, qualia sunt preces, ieiunia, eleemosynarum collatio. In iis teipsum exerce, & impetrabis, quæ desideras. Secundo colligimus vnum articulum fidei sine altero haberi posse. Credidit enim Martha resurrectionem corporum, sed necdum satis in Christi diuinitatem credula fuit, quod ex superioribus constat. Proinde instructa cõfitebatur dicens, ego credidi quia tu es Christus, filius dei, &cæ. Ita & Petrus. Tu es Christus filius Dei viui. Proinde Corinthii, quosdam articulos fidei habuerunt certissimos, nonnullos vero quasi dubios suspiciebant ac admirabantur, nempe de resurrectione mortuorum hæsitabant quem errorem multis argumentis. 1. Corinth. 15. corrigit Paulus. Quo etiam conspicuum est fidem sine charitate esse plerunque in multis, perspicuum est etiam non omnia dogmata fidei esse necessari. cohærentia, quanquam ad salutem indipiscendam perpetuam vsque adeo sint necessaria, quod offendens in vno factus est omnium reus Tertio docemur duplicem esse resurrectionem, vnam a peccatis ad vitam spiritus, de qua. Ioannis. 5. Amen amen dico vobis venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem filii dei, & qui audierint, viuent. Mortui sunt peccato-

Rom. 4

Luc. 1.

Philip. 4

Vni articulo fidei siue altera fides haberi potest.

1. Cor. 15. Plærisq; fidẽ esse sine charitate.

Io. 5. Resurrectio duplex.

res,& qui in cœnó criminum porro in suis ipsorum stercoribus mortui sunt,ii si quando verbum dei audiunt, & eo pascuntur,atq; reuiuiscunt,tum fœlicem ac iucundam planeq; triumphalẽ celebrant resurrectionem. Hæc est resurrectio prima,quæ nos mortuos peccato olim,viuentes facit cũ Christo,Si,inquit Paulus,consurrexistis cum Christo,quæ sursum sunt quærite,&c.differit toto cap.6.de hac ad Ro. Altera resurrectio carnis est in extremo iudicio futura,de qua Io.5. Venit hora in qua oẽs qui in monumentis sunt,audient vocẽ filii dei,& qui audierint viuẽt. Vtriusque resurrectionis Christus author est,vtriusq; artifex. Credidit hãc Martha,ergo dicit Scio quia resurget,in resur.in nouissimo die,de hac pleraque alia,alias diximus. Col.3. Rom.6. Io.5.

Ego sum resurrectio & vita. Profecto hoc est fœlicissimũ faustumq; nunciũ,quo nostræ conscientiæ aduers⁹ mortẽ,aduersus inferorũ portas roborandæ sunt. Donatur enim nobis per Christum vita præsens, donatur & mortis triumphus,insuper & vita beata omniũ nobilissima. Qui, inquit,credit in me,id est, amore mihi adhæret, meis monitis obtẽperat,is perpetuo viuit,Cur ita? Quia vitam,quæ Christus est habet in se. Quamdiu igitur sumus in Christo manentẽ habemus in nobis vitã,quæ emori non potest vtcunq; corpus moriatur,vtcunq; in pulueres redigatur. Hoc verbũ inculcandũ esset omnibus,qui animã agere, ad aliamq; vitã tendere parãt. Neq; enim probo eos qui in angustia mortis,toties refricant peccatorũ stimulos,toties inculcant infernũ,mortemq; horrendã. Hinc carnifices illi sacrificuli & monachorum vulgus,toties replicat,confessionem esse iterandam,toties item frigidissime legit absolutionem,interim vix semel reuocant hominem in promissionem diuinam. Mallem ego,hæc verba Christi ingerere ęgrotãti,vt iis arreptis,nihili duceret mortẽ,sed alacriter hanc aggrederetur. Non enim est formidandũ malum quod Christus sustulit,si modo manseris in eo,qui dixit. Ego sum via,veritas & vita. Hoc est quod addit Christus Qui animã agunt potius cõ solãdiquã terrendi.

Et omnis qui viuit & credit in me non morietur in æternum. Bene coniunxit Christus duo hæc viue-

re & credere, addens iis contrarium, nempe mori æternum. Nam is qui viuit, iustus est, iustus esse non potest nisi operationes vitæ exerceat. Perinde vitæ operationes sunt fructus spiritus, sunt orationes, ieiunia, vigiliæ multæ eleemosynæ in pauperes, & id genus alia. Sic vixit Paulus, quando dicit. Viuo ego, iam non ego, viuit vero in me CHRISTVS. Sic omnes qui in Christo morté obierunt. Non autem ita viuunt qui sine bonis operibus, putant se assequuturos vitam beatam. Hi enim nomen habēt vitæ, quum tamen interim mortui sint, & veræ vitæ extorres. Fides enim sine operibus mortua est. Igitur Christus fidei vitam præmittit, dicens eum qui viuit & credit, non obiturum mortem Non enim sentiet mortis aculeum, non grauabitur incommodo corporalis afflictionis, qui CHRISTI virtute ac potentia refocillatur. Ob id Paulus. Cupio dissolui & esse cum CHRISTO, exclamitat. Et Dauid in spiritu, Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Prodiere hæ voces ex eodem fonte, quo Hilario animam suam alloquitur. Egredere, egredere anima mea, octoginta annis Deo seruisti, & adhuc mortem times. Qui enim bene vixit nihil est illi morte suauius, qui perperam vitam suam collocauit, hic mortem timeat. Peccator enim videbit, & tabescet, secus de iusto, Is enim si morte præocupatus fuerit in refrigerio erit. Ego credidi quia tu es Christus filius Dei viui, & cæ. Quasi dicat: Tu es Messias ille, per Prophetas promissus, & a patribus expectatus, ad idem Petri tendit confessio. Vtraque confessio celeberrima fuit, & a spū sancto profecta, nam de Petro dicitur: Caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus. Labitur tamen postea vterque, Petrus quando increpauit Iesum, ne se Scribis & Pharisæis ad crucifigendum traderet. Hinc audit. Vade post me Satana. Deinde quando CHRISTVM palam omnibus negauit. Idem incommodum euenit Marthæ, quando incipit rursus sapere ea quæ sunt hominum, diffisa promissioni Christi. Domine, inquit, quatriduanus est, olet enim. Hoc exemplo monemur, ne quis vllo vnquam tempore glorietur,

Gal.2

Iac.2.

Philip.1

ps.119

ps 111

Sap.4.

Nemo vnquam Euāgelicæ perfectionis sūmā sese appræhendisse glorietur

Mat.16.

se compræhendisse Euangelicæ perfectionis summã, quanquam vel sanctimonia, vel eruditione polleat, Cecidit qua si incredulus Petrus, cecidit & Martha, idem tibi euenire facillimum fuerit, si diuino destituaris auxilio. Qui igitur stat, videat ne cadat, nam fide stamus, & non ex nobis. Nemo suis viribus, nemo animi sui constantiæ, neque vllis humanis præsidiis salutem, ac perfectionem tribuat.

Et cum hæc dixisset, &c. Quod ait, Magister vocat te, intellige sua præsentia te accersit, nam verbo quidem, quod constet, non vocauit hanc Christus, sed facto, vt multos haberit miraculi testes, quod omnium fuit celeberrimum. Cætera quæ sequuntur, sua sponte patent. **Maria ergo cũ venisset, & c. Domine si fu. hic.** Idem verbum, eadem fide & deuotione quod Martha, expressit. Quo constat, nonnulli incredulitatis & in Maria fuisse quanquam affectus propensior fuerit, id quod non vno loco declarauit. **Iesus vt vidit eam plorantem, & cetera.** Hic habes, quod supra cõmemorauimus duo genera hominum mortuos deplorantium. Primum eorum qui ex infidelitate deplorãt, alterum, qui ex amoris affectus, id quod pietatis est Plorat Maria, non tam quod fratrem amiserit, quam quod consolator ab fuerit, Threno primo Idcirco ego plorans & oculus meus deducens lachrimas, quia longe factus est a me consolator meus, conuertens animam meam. **Infremuit spiritu, & turbauit semetipsum,** Delarauit hoc loco Christus tria. Primo, humanæ naturæ veritatem, quam & lachrimis, & conturbatione spiritus, indicauit. Ita & Paulus dicit, quod exinaniuit semetipsum formam serui accipens. Et ad Hebræ. Oportuit illum per omnia fratribus assimulari. Turbatur tamen Christus, multo secus atq; nos Ipse enim quia voluit, seipsũ turbauit sic esurijt, quia voluit, oblatus est quia voluit, id est, voluit humanã his factis conditionem ostendere, & omniũ oculis exhibere, ne putarẽt aspectum esse, aut aereũ corpus esse quod gestabat Secũdo declarat amoris erga amicos propensionem, & affectum nõ esse inanem?, sed ve-

Duo genera hominũ mortuos deplorãtium.

Thren. 1

Philip. 2

Hebræ. 2

Affectum amoris erga amicos.

nō esse ab hementem, ideo fudit & lachrymas, vt erudiret nos pium
surdū ne esse flere defunctos amicos. Sic Ioseph Gen 43. Commota
3 ianem. sunt viscera eius, super fratre suo. Tertio turbatur Chri-
Gene.43. stus, citra noxam, non tamē citra caussam. Infremuit enim
aduersus peccati tyrannidem, & mortis & inferni imperi-
um quod omnes homines ab orbe condito post Adami la-
Sapien.1. psum occupauit. Verissimum igitur est, quod dicitur: Do-
Psal.29. minus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuo-
rum Nam ira in indignatione eius, & vita in voluntate
ius. Eo pertinet & illud: Nō vult mortem peccatoris sed
Ezec.18. magis conuertatur & viuat Irascitur enī morti, irascitur
Sapient.2. Satanæ, cuius inuidia intrauit in orbem terrarum mors
Osee Hoc est quod Osee. 11. dicitur: Plenitudo mea conturbat
est in me, quod verbum si in Christum referas, intellige
hunc sua spōte, citra rationis iacturā turbatum, sin in nos
vertas, velimus nolimus, nos aduersus incommoda mouea-
mur, nisi porro præsidio diuino obfirmati simus. Extur-
batur enim sæpe in nobis a sua sede ratio, exturbatur & vo-
luntas & omnes animæ vires concutiuntur, si quid incom-
Canti.6. modi obrepserit. Canti. 6. Anima mea conturbata est pro-
pter quadrigas Aminadab Quadrigæ Aminadab sunt qua-
tuor animi affectus, quibus sursum deorsumque ducimur,
modo ad gaudia & læticiam, modo ad furorem, & indi-
gnationem, tum etiam ad metum, ad terrorem, ad dolo-
& alia id generis incommoda, quæ nos miseros dietim af-
fligunt, regnumque animæ confundunt. Dixerunt er-
go Iudæi, Ecce quomodo. & cęt. Non poterat.
Non intellexerunt Iudæi præcipuam fletus caussam. Opi-
nabantur enim nonnulli, solo amoris affectu erupisse
CHRISTVM in lachrymas. Solemus enim eos luge-
re, quos charos habuimus. Verum christus non modo hac
Rom.8. ratione, sed maxime fleuit humanæ naturæ miseriam dure
mortis seruituti subiectam. Quemadmodum Paulus testa-
tur ipsam creaturam ingemiscere & parturire vsque in id
temporis, quo liberati donata fuerit. Flebat etiam Christus
tristem Lazari sortem, ad hanc ærumnosam & omnibus
malis plenam vitam, reuocandi. Præterea quod alii mira-

cultum vellicabant, in nostram cedit doctrinam, vt discamus per Christum, diuersa hominum iudicia de nostris factis, sufferre. Nunquam enim deerunt calumniatores. Iam cum nemo impiorum hominum calumnias effugere possit, hoc solum cōnandum est vt digne deo ambulemus, vt offendicula amputemus, ne videlicet nostra vel verba vel facta aliis occasionẽ ruinæ præbeant. Id si fecerimus, aliud nihil, quam quod Christus Petro respondeamus. Sinite illos cæci sunt. Et Aug. Senti de Augustino quod liber, sola men in oculis dei cōsciētia mea non accuset. Ita & Christus vix dignatur calumniatores suos responsione: sed facto eorum impudentiam confundit. Iesus ergo rursus infremens, & cęte. Erat autem spelunca, lapis superpositus. Omnia hæc eo tendunt. vt quotquot præsentes erant certiores miraculi testes fiant. Anspicatur enī deus sua facta a stultis quodammodo initiis, id quod ī hoc facto declarat. Nam primo amicum dormire dicit, tum mortuum, interim a somno excitandum, interim vbi sit quærens, interim illachrymās, interim vt lapidem tollant iubens, quasi impotens esset, ad suscitandum hunc e sepulchro, nisi lapide remoto. Proinde quo fuerint opera Dei prima fronte humiliora eo nouissime magnificentiora redduntur. Idem habes exemplum in liberatione populi Israelitici ex Aegypto, non enim mox in terram promissam venerunt, sed per mare rubrum, per desertum, per varias mansiones, perque multa discrimina rerum traducti sunt. Allegoria vero huius facti est, vt superioribus sequentia iungamus. Per Lazarum quatriduanum diximus significari eos, qui & consuetudine & malitia animi delinquunt, suntq; delapsi in profundum cæcitatis erroris & desperationis. Quos difficile fuerit reuocare ad statū pœnitētiæ. Id quod multis modis hoc factum declarat. Spelunca enim desperationem animi significat, iuxta illud: Impius cum in profundum peccatorum venerit contemnit. Et Esa. 24. Formido & fouea & laqueus super te, qui habitator es terræ, omnia hæc miseram indicans conscientiam mi-

Math. 15.
Prou. 18.
Esai. 24.

ris modis afflictam, punctam, & excarnificeam, laquæis
peccatorum irretitam, formidolosam ac inferne præcipita
tam. Cuius anxietates, & extremas calamitates. Hiere. quo
Then. 3. q; describit, Thren. 2. Lapsa est in lacum vita mea, & po-
suerunt lapidem super Per lapidem intellige cordis obsti
natam duriciem, qua pressi sunt & obruti omnes hæretici,
& scismatici, ac omnino omnes refractarii veritatis agni-
Iob. 41. tæ. Quorum nomine dicitur. Indurabitur cor eius super
malleatorum incudem, Contra quod malum hortatur nos
Paulus: Non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Et
iterum post Dauid, Hodie si vocem eius audieritis nolite
Hebre. 3. obdurare corda vestra. Quanta igitur cura nobis adhiben
da est, ne cum pertinacibus Iudæis obdurescamus, tolla-
mus initio mox, & moueamus peccatorum lapides, ne nos
opprimant. Tollitur autem per timorem domini, quem
Psal. 34. semper ob oculos ponere debemus. Conteritur hoc sancto
timore duricies cordis nostri, vt in mollitudinem cæræ de-
fluat, Molliti, inquit Dauid, sunt sermones eius & ipsi sūt
iacula Quod vero fœtet quatriduanus, significat peccati
sentinam plenam esse spurcitiis male olentibus. Nihil enim
Iohel 2. fœtidius vitiis, non leprosi morbus quemlibet horribilis,
Amos. 4. non pestilentie clades, non quælibet, quantumlibet putida
& sanie plena, vlcera Probat hoc Propheta Iohe. 2. Ascen
det fœtor eius, & ascendet putredo eius Amos. 4. Ascen-
dere feci fœtorem vestrum, & putredinem castrorum ve-
strorum ad nares vestras, & non estis reuersi. Id enim fit,
si quando nostris ipsorum criminibus, omnium in oculos
& aures traductis, pudore reuocatur a malis. Solet enim
malos infamia plerunque reuocare ad vitam, quos, neque
¶ Oratio quid. dei timor, neque iustitiæ amor corrigere potuit. Iesus au-
**tum eleuatis sursum oculis, dixit, Pater gratias
ago tibi, &c.** Damascenus ait, orationem esse eleuatio-
nem mentis in deum hoc sua oratione declarauit Christus
Matt. 6. dum in cœlum attolleret oculos. Est enim animus noster
sursum corripiendus in oratione id quod indicat quotidia
na precatio Pater noster qui es in cœlis. Deus enim vt om-
nium est absolutissimum ens ita non potest, nisi ab iis ora-

tione cõplecti, neq; vere in spiritu precari, qui sese ab omnibus rebus mundanis & caducis exuunt. Atqui hoc est sursum leuare oculos, ita CHRISTVS agit patri gratias, omnia in ipsum regerens, oculos mentis, corporisque in adamatum patrem dirigens, nec quicquam sibi tribués eorum quæ operabatur. Quoniam audisti me. Quis vnquam ad eum modum orauit. Audisti me? Antea enim quam quicquam pronunciasset testatur se exauditum. Quo significatur Christum magis pro fidelium salute oresse, qué pro seipso Ipse enim idem ille est, quem oportet in spiritu & veritate cum patre adorare & præcari. Nos vero sumus membra eius Iam si sunt inuicem solicita membra eiusdem corporis, multo magis Christus, qui caput est nostrum. Transtulit igitur nostras necessitates in seipsum, quasi egétem ope & auxilio alieno, cum interim, æterni patris esset filius nullo indigens. Ideo dicit, Sed propter turbam vt credat, id est, nomine credentium oro, vt ipsis salutem impetrem, vt proinde, doceam in omni negotio, te patrem pulsandum precibus. Hanc orationem efficacem fuisse testatur & Paulus, quando dici Exauditus est pro sua reuerentia intellige semper exauditum CHRISTVM quando absoluta oratione precatus est, secus quando carnis imbecillitatem ostendens, adiecit conditionem Si inquit, est voluntas tua, Quanquam & tunc exauditus est, secundum id quod ait, Non mea, id est, humana, sed tua voluntas fiat Docemur hoc loci, multis precibus opus esse, si a peccatis adresipiscentiam reuocare homines volueris. Multum enim valet deprecatio iusti assidua, & Iac. addit: Orate pro inuicem vt saluemini, & cætera Sic Stephanus suis precibus conuersionem Saulis promeruit. Et Moses condonationem peccati rebellis & increduli populi. Idem euenit & aliis. Oculi enim domini super iustos, & aures eius in preces eorum Et alibi Dauid ita habet Pro hac nempe iniquitate mea, orabit ad te omnis sanctus in tẽpore opportuno. Orant sancti pro delictis nostris perinde atque Christus, quamuis multo secus multoque iustius quã Christus, Nã Christus ex sola misericordia orat, Sancti ex debito. De-

1. Cor. 12
Hæbre. 5
Mat. 26.
Multis opus esse p̃cibus pro peccatoris resipiscẽtia.
Iacobi 5.
Act. 6. & 7
Psal. 33.
Psal 31
Rom. 19

bitores, inquit Paulus, eorum sunt. Nihil enim debuit nobis Christus, quod non iuste negare potuit, quasi impiis & sceleratis. Debem⁹ nos inuicē alter alterius caussam perinde atq; propriā agere, id si fecerimus, nō cessabimus citro vltroq; alii aliis impendere precationum suffragia, seu viui sint, seu defuncti. Nam pro vita functis orauit etiā Christ⁹ id quod hoc loco constat, quanquam pro circūfusæ turbæ conuersione maximæ precatus fuerit.

Hæc cum dixisset, voce. &c. Lazare veni foras. Hac voce declarat maiorē se prophetis, potētiorē oīb⁹ sanctis, qui in suo nomine dæmonia eiiciunt, serpentes tollūt mortuos exuscitant. Sancti enim dicūt, in nomine Iesu præcipio. Verum Christus non inquit veni foras in patris nomine, sed absolute imperat, Veni. Proinde hæc est hora, de qua Io. 5 Venit hora, & nunc est &cæ. Et alibi Paulus hui⁹ vocis meminit: In voce dei, & in tuba angeli, descendet de cœlo, & mortui qui in christo sunt, resurgent primi. Vox hæc non tam corpore, quā animo mortuos ad salutē reuocare potens est Romano. 1. Virtus est in salutem omni credenti. Sed multi sunt, qui obturans aures suas, ne audiant legem, ne blandā domini vocem exaudiant, ne resipiscāt, & sanentur. Vocaui, inquit, & renuistis. Et iterum. Noluit intelligere vt bene ageret, inquit Dauid. Obturat alius aurem diuitiarū sentibus, alius luxu & Venere alius arrogantia & æstu, alius item aliis repagulis obserat seipsum, quominus dulcissima vox Christi ingrediatur, qua dicitur. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. Qui non libenter audit vocem sponsi, ad ianuam pulsantis, ac dicentis: Aperi mihi soror mea spōsa, Pulsat perpetuo hæc vox, prodi foras. surge qui dormis, **Statim prodiit, qui fuit mortuus, ligatus manus & pedes institis.**

Rom 1. cōtra eos q obturāt aures suas ne audiāt verbū dñi. Prouer. 1 Psal 35. Mat 11. Cant. 5

Quod Lazarus fasciis & sudariolis sepulchralibus deuinctus fuit, significat quemlibet peccatorem funibus obstrictum, ne posse suapte virtute resipiscere, nisi vox præueniat hunc verbi Quæ vbi preuenerit, & arrepta intus fuerit, operatur contritionem, operatur & iustificationem, quam

gratia condonationis sequitur. Quod vero peccatores manus pedesq; constrictos habeant, non vno scripturæ loco probatur. Esai.45. vincti manicis pergent & adorabunt te, teq; depcabūtur. Et Dauid. Ad alligādos reges eorū in cō pedib9, & nobiles eorū in manicis ferreis. Et Iob, Posuisti in neruū pedem meū, & oēs semitas meas inuestigasti. Et Dauid: Pedes habent & non ambulabunt, manus habent & non palpabunt, Est enim peccator omnis, omnibus in bonum viribus priuatus ferme, nec potest se suopte conatu efficaciter erigere in altum, nisi aliunde manus illi porrigantur Porrigit vero illi man9 deus, confert vires suppedi tat robur, vt nouæ vitæ operationes exerceat. Id quo commodius fiat, dicitur ecclesiæ ministris. Soluite eum, & sinite abire. Hic obserua & annota aduersus hæreticos locum, qui penes ecclesiæ ministros nullam existimant esse remittendi peccata potestatem. Quod si verum esset, Christus non præciperet apostolis, Soluite eum, & sinite abire Proinde voluit Christus hoc facto omnium omnino hæreticorum errorem tollere, confutare, & reuincere. Soluite inquit, perinde atq; diceret, Vos, quos in locum meum sur rogaui, Quibus subinde dixi. Quodcunq; ligaueritis super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque solueritis Et iterum: Quorum remiseritis peccata, remmittentur eis. Atqui ad eum modū intelligunt hunc locū oēs Theologi. Theophylactus dicit. Soluite illum, boni angeli, & cooperarii salutis sacerdotes, remissionem ei dare peccatorū, ita vt ire & moueri ad bonum possit. Sic & Paulus scortatorē Corinthium reconciliauit ecclesiæ, ob id dicit: Legatione fungimus pro Christo. Et si cui donastis pro Christo, & ego. Porro commendatur & nobis hoc facto vnitas Ecclesiæ, & Christi in administratione sacramentorū. Christus caput influit sua virtute in omnia sacramenta, estq; organū condonationis culpæ, & collationis gratiæ ipsissimū. Apostoli cooperatores ac mysteriorum distributores sunt, non quidem ex se, sed munere quod illis concreditum est. Agit intus Christus, reddit vitam, restaurat dona deperdita, cōfert gratiam, qua reconciliemur deo. Agūt foris idem, sed

Oīs peccator manus habet pedesque in bonum ligatos.
Esa. 45.
ps. 149.
Iob. 13. & 33.

cōtra eos q negant penes ecclesiæ ministros potestatē esse remittēdi peccata
Matt. 18.
Ioan. 20.
2. Co. 5.
1. Cor. 4

alio modo ministri, id est indicant signis quibusdam, quid intus geratus, deinde virtute clauium nonnihil remittunt, alioqui frustra data esset potestas ligandi ac soluādi Quod vero non sit frustra hic manifeste fides. Nam solunt resuscitatum, sinuntque abire saluum, id est reconciliant eum qui mortuus peccato erat, qui ecclesiam offenderat, ecclesiæ. Sic & alibi, ian dudum lepra mūdatos, iubet ire ad sacerdotes. Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et in Matthæo: Vade ostende te sacerdoti. Porro sufficiant ista ad retundendā hæreticorum pertinaciam Tu, quisquis es, caue ne te existimes, extra ecclesiæ vnitatē, absolui. Legati potentia absolui non nisi in vnitate potes, Vnitatē designatā habes in Christo & Apostolis, præcipit hic vt absoluant, parent exequunturque illi quod iussum est, Tu si iustificari volueris narra si quid habes, aperi latēs vulnus animæ vt intelligat, qui verbo te reconsiliare debet, qui instruere, qui roborari, qui consolari Id si feceris, iam tibi & manus & pedes ad operandum restituti sunt. Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam, &c. Hic habes quod alicubi ait Paulus, Christi bonus odor sumus, aliis odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem. Est enim Euangelium aliis sanctificatio ac salus, aliis petra scandali & lapis offensionis. Sic alii credunt alii calumniantur & accusant apud semetipsos. Probis vero & ad vitam præordinatis æterna salus est, vita est. modo fide arripiant, modo exequantur factis rebusque, Act 13. Crediderunt, quotquot præordinati erāt ad vitam æternam. Recte ait Lucas quotquot præordinati erant ad vitam æternam. Nam vt non omnes credunt Euangelio, ita neque omnes qui vocati sunt salutem consequuntur æternam Solis illis proficit Euangelium, qui fidei opera adiungunt, qui facta CHRISTI, discipulorumque imitantur, resipiscunt a peccatis, qui operibus bonis incumbunt.

Luc 17
Matt. 8.
2. Cor. 2
Act. 13
Rom. 10

Sabbato post dominicam Lætare.
Ioan. 8.

EGo ſum lux mũdi,qui ſequitur me., non ambulat in tenebris. Paulus ad Ephe.ſcribens ita fere habet.Oĩa quæ arguuntur a lumine manifeſtãtur.Oẽ enim quod manifeſtatur lumẽ eſt. Quã ſententiam,nemo eſt,qui non in Chriſtũ referat. Is enim eſt,qui occulta dedecoris noſtri,qui tenebras noſtras lucis ſuæ radiis propulſat Quæ enim a nobis quatenus filii diffidentiæ tenebrarũq; ſumus geruntur,ita fiunt, vt malimus latitare deũ,quã intelligere.Fugimus enim lucem, quæ tenebris opponitur. Quemadmodum de adultero habes in Iob. Oculus adulteri obſeruat caliginem,dicẽs. Non videbit me oculus. Vbi vero illuſtrauerit menſem noſtrã Chriſtus,pelluntur tenebræ illuſtrantur omnia,quamlibet turpiſſima, & ita demum redarguta a lumine veritatis, quæ antea animum oblectabant, excruciari eundem incipiunt. Proinde ante Chriſti aduentum,ipſæ tenebræ qualeſcunq; ſint,quantumlibet horrendæ,parent quidem iucundæ,arridẽt,grataq; ſunt, Verũ ſimul ac Chriſti gratia noſtra interiora irradiauerit, timorem incutiunt & horrorem. Maxima igitur nobis adhibenda cura, vt lucem ſequamur,quæ nũquã occidere,nunquã nõ oblectare poteſt.Id quod præſenti lectione docet Chriſtus,dicens Ego ſum lux mundi.

Ephe.5. Iob.24 Lux duplex

Notandũ clariſſimi duplicem eſſe lucem,vnam corpoream, mutationi & corruptioni obnoxiam,quæ mortalium oculos illuſtrat,pelliitq; tenebras,eã produxiſſe deum ab initio legimus.Gen.1.Fiat(inquit)lux,& facta eſt lux.Et ĩ Exod. 10.Vbicunq; habitabant filii Iſrael,lux erat. Hanc noſtri Philoſophi dicunt tenebris priuatiue opponi.Nam ſecundum Aug Tenebræ aliud nihil ſũt,quã lucis abſẽtia. Hæc diuidit,ſecernitq; diem a nocte,recipitq; ſui luminis interſitionem & interpolationem, ac alternationem quandam partim per ſuccedẽtes alterne tenebras,partim per interpoſitionẽ cuiuſlibet corporis opaci,id qđ ĩ deliquio ſolis & lunæ manifeſtario cernere licet de hac luce nihil ad rẽ, niſi quatenus ſymbolũ xpi eſt, ac diuinæ gratiæ indiciũ. Altera eſt lux ſpũalis,nullis offuſa tenebris,nulla caligine obnoxia,ſplẽdeſcẽs ſemp,& ardẽs.ſeq; ipſam ꝓ ſuo arbitratu

Gen.1. Exo.10

diffundens, accommodansq; mentibus hominum, modo
Ioan.1 seipsas non grauentur vicissim oblatæ gratiæ accommoda-
re, de hac Ioan.1. Erat lux vera, quæ illuminat omnem ho-
minem venientem in hunc mundum, id est, omnes quot-
quot eum recæperunt, quotquot obstacula reiecerunt, quot
quot fenestras, foresq; aperuerunt, hos lucis suæ splendore
illustrat, vt quo ire, quid agere, quid vitare debeant, videāt.
Vocat se Christus ob triplicem, quidem recte introspici-
Triplicē ob causā dicit se xp̄s lucē esse. mus rem ipsam, caussam lucem. Prima, quia legis vmbras
verbi sui coruscatione illustrat, aperit, ac ob oculos expōit,
Quanquam enim Mosi lex immaculata, quanquam præce-
ptum domini lucidum illuminans oculos, si tamen ad euā-
gelii lucē compares ea quæ crassius in Mosi dicta sunt, de
p̄s.18. prehendas plane ēsse tenebras densissimas. Vmbram enim
Heb.10. habuit lex futurorum bonorum, & velamen qua obducta
& inuoluta erat. Verum vbi apparuit lux illa, quæ illumi-
nat omnem hominem, omnes patriarchas, Prophetas, &
pios quoslibet, depulsę sunt vmbræ legis, & nuda apparuit
Esa.49. veritas. Hoc est, quod toties in prophetis legimus: Ecce de-
dite in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum
terræ. Quæ verba & si in se transferat Paulus. Act.13 tamē
multo iustius in Christum dici possunt. Quandoquidem
vt sol lumen suum in omnes partes mundi proiicit, ita &
Eccl.42 Christus splendorem suum proiicit, non solum ad eos, qui
post aduentum eius in carnem, credunt in ipsum, nec mo-
do in Iudæos solum, vt Mosen, sed ī omnes homines prio
res, ad Adamū vsq;, & in posteriores vsq; ad extremum.
Huc pertinet quod ait Eccle.42. Sol illuminans per om-
nia respexit, id est Christus, qui sol est iustitiæ, per omnes
gradus legis ascendit. Naturæ enim legi, præfuit in patriar
chis, ī Iob, & aliis piis & viris sāctis. Mosi legi, quoq; ful
gorem intelligentiæ spūalis induxit, , interpretans ī scho
lis, in monte, adeoque in deserto, quæ obscuriora videbā-
tur. Legis vero euangelicæ, ipse lator fuit, & doctor, hacq;
ratione se lucem inomnat, id est, veram, pellucentem, pel-
Luc.1. lentem, tenebras oēs veteris, legis. Est lumen illud de quo
p̄s.96. Symeon: Lumen ad reuelationem gētium. Et Dauid: Lux

orta est iusto, & rectis corde leticia. Et Esa. Populus qui am bulabat ĩ tenebris, vidit lucẽ magnã Diffũdit sese hæc lux gratissimo aspectu in omnes homines, etiam multo abundantius, quam Mosi lex. In omnem enim terram, in omnes gentes, regna, populum, qui sub cœlo est, Christi verbum propagatũ est, quo idololatriæ tenebræ propulsæ sũt. Diffundit proinde sese in animas nostras, id quod Paulus ait: Nolite ante tempus iudicare, quousque veniat dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & cætera. Nisi hæc lux adfulgeat, præcipites ferimur in omnia vitia, etiamnum in desperationis barathrum. Nisi enim Christi verbum arripias per fidem, quo dicit Remittuntur tibi peccata tua, quo modo ante faciem horrendi iudicis cõsistes? Atque id est, quod post adulteræ mulieris absolutionem, mox intulit, se lucem esse mundi, quam arripere per fidem debemus, nec in profundum desperationis incurramus. Neque ego te condemno ait, Vade, amplius noli peccare. Condono noxam ne pecces, ne subinde hac mea lænitate abutaris, atrocior fuit hac parte lex Monstrat quidẽ ac ostendit peccatum, sed quia vmbra fuit, remittere non potest, neque miseram absoluere peccatricem. Quin sæuit in corpus. Mœchus īquit, & adultera occidatur Sec' Christus. Non ego te condemno, Ego inquit, veni vt non perdam, sed viuificem peccatorem, modo resipiscat, Veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. Secunda, lux dicitur, quod suo calore ad se rapiat, trahat, ac transformet, perinde atque ignis in se transformat, ea quæ exurit. Id quod in ferro licet cernere, ligno, lapide. Cæterum nos ferro duriores ac lapidibus sumus omnes, quicũque tandẽ ĩ vitiis demersi sumus. Vnde est illud. Hiere. 17. Peccatum Iudæ scriptum est stylo ferreo in vngue adamentino. exaratum super latitudinem cordis eorum, & in cornibus ararũ eorum. Indelebile certe atque infrangibile erit in multorum cordibus peccatum, nisi sol exurens ac emolians suo ardore Christus ingrediatur, concutiatque latera domus. Igitur Ecclesiastic. Tripliciter sol exurens montes, radios igneos exufflans, Christus suo calore excelsa nostra exurit, atque

Esa 9.

ps. 18.

1. Cor. 4

Ioan. 8

Ioan 10

Eccl. 42.

in cineres resoluit, id vbi facit, nostrum spiritum, & omnes denique interiores vires, nempe rationalem, irascibilem, & concupiscibilem ad se rapit, & in sui similitudinem trans formant. Hoc enim est, trifariam respicere, hoc est, exufflare & incendere cor nostrum, vt in cæræ naturam videatur

Canti.5. redactũ. Id quod sponsa sibi euenisse testatur. Anima mea liquefacta est, vt dilectus loquutus est. Intellexit hanc diuinæ lucis energiam ac vim aliquoties in seipso Dauid: Oc-

ps.18. cursus eius inquit, vsque ad summum eius, nec est qui se a-

Iob.28. scondat a calore eius. Idem Iob. 28. Ferrum de terra tollitur, & lapis solutus calore in æs vertitur. Vt enim e terrę venis ferrum & e lapidibus æs eruitur, ac ad ignis calorem decoquitur, vt in aliam fere naturam permutetur ac transeat. Sic, quamlibet indurati simus, quamlibet saxei, & inflexibiles, si nostra corda ignis diuini caloris coquere inceperit, scoriam omnem exurit, tollitque & duriciam, nos quoque moles, ac cæreos plane efficit, non dico effœminatos, sed

Deut.4 benignos, placidos, comes, mitesque, ac in Deum propensissimos. Deus enim ignis consumens est. Cæterum, nisi et

Heb 12. purgata simul & liquefacta anima nostra, in Deum transformari non potest. neque enim vniri, quæ diuersa sunt, possunt. Nostrum igitur erit, accedere ad solẽ & radiantem & excalescẽtẽ, id dum facimus, mox sentiemus ignis diuini ac æternæ lucis efficaciam. Quõ sæpius Paulus sensit, & Franciscus, & sctã illa vidua Elizabeth, & alii itẽ innumeri, qui & frigora, & inedia, & extrema quoq; pericula, excelso animo tulerũt, accẽsi hoc igne hac luce inflammati. Tertia lucis est dirigere ac mõstrare viã, qua eundũ, ne in foueas præcipitemur, aut certe nauẽ nostram in Syllam Charybdimq; dulce syrenes abducãt. Habet enim hic mũdus multe hiatus, habet lacus atq; paludes, habet salebrosa & aspera sentibusq; impedita itinera, quæ neq; nostris viribus solũ, neq; solo Mose, neq; Ethnicorũ placitis emetiri possis, neque expediri, nisi præcedente Luce Euãgelicæ doctrinæ. Sũt abrupta viarũ, & spinis obsepta multa, & latronum insidus plena vniuersa, omnia in exitiũ parata, exposita, obuia. Proinde si hæc euadere volumus pericula, lux nos præcedat

veritatis, necessum est, dirigat in viam mandatorum Dei, ne ad sinistram neve ad dextram feramur præcipitas Hoc est quod inter tot rerum discrimina efflagitat David· Emitte lucem tuam & veritatem tuam, ipsa me deduxerūt & ad. ad montē, & cæ. Monstrat enim Christi lex viam, monstrat & gratiam, qua exequi possis, id, quod indi atum est, Non quidem idem quod lex sola sed quod Euangelio coruscanti, exhibere solet Deus per lucem veritatis. Indicabit equidem lex viā. qua viator ingrediatur perinde vt statua Mercurialis, suo iudicio viam indicat, interim nihil virium lasso & viribus destituto præbēs, Sic Mosi lex peccatum ostēdit, non autem præstitit exequēdi vim ac facultatem, verbū vero Christi, si intus suscipiatur, vtrunque prestat, Qualibus igitur desideriis optanta est nobis hoc ipsum verbum, quo cernimus quidem, & perficiendi vim, & expugnandi notiuum vitium, suscipimus vites? Qualibus Deus bone, in tenebris viuunt impii homines vtroque priuati, quam cæci, quam perditi sunt. Nescierunt, inquit David, neq; intellexerunt, in tenebris ambulant. Qui viso ambulat in tenebris, offendit nescit quo vadit, quod omnium incommodorum est maximum. Sequamur igitur lucis ducatum diuinæ, quemadmodū filii Israel columnā nubis lucidæ. Quod si fecerimꝰ facilis nobis egressus erit AEgipti, facilis quoque ingressus terræ promissionis. Nos enim filii lucis non tenebrarum, id est, non errorum, vitiorum, turpitudinum sumus. Qui sequitur me nō ambulat in tenebris, sed habet lumen vitæ, &c. Constituit se CHRISTVS suæ ecclesiæ & pastorem & ducem & agonothetam belligerantium, & vitæ exemplar. Vbi notandum, charissimi, multis modis considerari CHRISTVM. Primum vt domum, quo se vobis donat in cibum, imo & donatur in sacrificio, & seipsum in eodem, quum sit sacerdos in eternum, donat. Rom. 8 Proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo etiā cū illo nobis nō oīa donauit? Hoc dono, vitā, gratiam mīam cōsequuti sumus, qđ certe oīm est maximum, & magnificentissimū, & viuificū. Arripimus hoc ipsum fide per

Psal. 42.

Simile.

Psal. 81.

Multis modis Christus considera-tur.

Rom. 8.

De Christi imitatione. charitatem operante, dum in ipsum ardenti desiderio ten-
dimus, ipsi adhæremus, in ipso conquiescimus. Secundo
Chrstus ob oculos, vt exemplar, describitur, ex quo viuen-
di regula decerpanda, non quidem eodem modo omnibus
sed secundum mensuram donationis, quam consequuti su-
mus. Neque enim omnia possumus omnes, neque ex æquo
omnes ad Euangelica vel dicta, vel facta obligati sumus.
Alia enim sunt, quæ imitentur secundum vocationem sua
1.Cor.12 plebei, alia quæ sequantur pastores, interim tamē idem do-
minus, idem spirit', idem Christus, distribuēs singulis p
vt vult. Proinde is maxime attingit Euangelicæ legis sum-
mam quæ charitas est, qui maxime Christum contendit a-
more & dictis factisque imitari. Cedunt huic exemplari o-
Matt.11. mnes constitutiones, omnia instituta humana. imo, nisi ad
hoc respondeant, intereūt porro. Discite inquit, a me, quia
Ioan,13. mitis sum & humilis corde. Et item. Eexemplum dedi vo-
S. q Christu quid. bis, vt & ita vos faciatis Sequi igitur dominū est ei' & ver-
ba amplecti & facta imitari, imo exprimere hoc ipsum le-
nitate, facilitate, mansuetudine, quod Christus toto tempo-
re expressit, adeoq; in seipso effigiauit, vt de inimicis bene
mereri videretur. Neq; enim vllo vnquam tempore reta-
liauit iniuriam, non vindicauit sese. Verum nobis ita imi-
tandus est, quemadmodū ad Esau, Iacob ait: Præcedat do-
minus meus ante seruum suum, & ego sequar paulatim ve-
stigia eius, sicut videro paruulos meos posse. Vestigia igi-
Gene.3. tur sequi pro virium nostrarum quantitate possum' domi-
ni non proprie ipsum dominū Vestigia enim pedum, sunt
Ephe 5. viri sancti, Apostoli, martyres, & reliqui serui Christi, qui
ieiuniis qui vigiliis, qui abstinentia, ac crucis baiulatione
1.Per.2. dominum a longe sequuti sunt. Sic enim hortatur Paulus
Simile. Imitatores mei estote sicut & ego Christi Et Petrus, Chri-
stus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt se-
quamini vestigia eius. Vestigiis deprehēdim' aial aut pec'
aut hominē, ita & factis preclaris agnoscim' Christū, ma-
xime vero illis, quę reliquerūt viri sancti, in quibus seu spe-
culo Christi gratia, & energia relucet. Qui ad eum modum
sequitur Dominū, is non ambulat in tenebris, is nō impin-

git non aberrat. Sequi igitur Christũ, vt diximus, est CHRISTI mansuetudinem imitari, est zelare paupertatem, est contemnere mundi delicias, honores, voluptates, est seipsum exinanire, & omnibus inferiorem reputare. Sic omnes viri sancti sua pro virili sequuti sunt CHRISTVM alius hãc alius illam virtutem amplectens atque exprimens Id quum constet, sunt & ipsi luci participes effecti, adeo vt non tam res, quam nomen in ipsos deriuatum sit. Nomina enim imponuntur, ad rei natiuam propensionem. Si igitur rem ipsam sortiti sunt, multo maxime nomen sortientur, idque citra vllam CHRISTI iniuriam, imo & Christus nos sequaces hoc nomine dignatur. Vos estis lux mundi, & iterum: de Ioanne: Ille erat lucerna ardens & lucens. Non quod idipsum, quod Christus est, sancti sint, sed quod per gratiam diuini luminis participes facti sunt Christus natura splendor est lucis æternæ & candor sine macula, & lux nũquam inter moritura Sancti seu corpore degant, seu exuti sint, participatione tales sunt. fatetur id Iob plenis verbis, Lucerna eius splendebat super caput meũ. Et prouer. 4 Semita iusti, quasi lux splendens, procedit & crescit vsq; in perfectũ diẽ, qui erit in futura beatitudine. **Dixerunt ergo Pharisæi, Tu de teipso testimonium perhibes.**

Matt. 5.
Ioan. 5
Sapiẽ. 7.
Iob. 29.
Proue. 4.

Vt insaniunt miseri & cæcutientissimi homines? Nihil aliud quam calumniari opera Christi, facta, & verba didicerunt Pharisæi. Atqui hic fides diuersam lucis energiam, alios enim, id est dociles, & qui sese huic accommodant, illustrat, quales fuere Apostoli & fideles quique, alios reddit hebetiores. Nempe qui vel oculos claudunt, vel hanc a se repellunt. Qales sunt omnes impii & scelerati homines de quibus Iob. 24 Hi fuerũt rebelles lumini, & nescierunt vias eius, nec reuersi sunt per semitas eius Offendũt enim omnes, atq; in lucem meridianã impingunt, qui redarguti a lumine, claudũt oculos, auertunt faciẽ, obluctantur agnitæ veritati. Cæci videlicet, et duces cęcorũ. Id quod blasphema Pharisæorum vox indicat. Arguunt Christum mendaciis & ostentationis, perinde atque seipsum commendaret, suiq; ipsius tibicem esset, id quod neq; pondus neq; autho

Iob. 24

Pro.27 ritatem videbatur habere. Laudet, inquit Sapiens, te os alienũ. Quam vera falsa sic hæc calumnia, mox aperit, dicens.

Et si ego testimonium perhibeo de me verum est testimonium meum. Proinde atque diceret, Et si inter homines parum authoritatis videatur habere testimonium, quo quis seipsum aliis commendatiorem reddit: mea tamen cõmendatio minime vana esse potest. Neque enim solus sum, sed Dei filius sum, a patre in hunc mundũ missus, ad patrem rursus per crucem abiturus, atque huius rei certissimus sum. Vos autem vtrumq; vestra malitia nescitis. Neque enim dignamini aperire oculos, vt cognoscatis verum lumen, aut scripturas, vt opera mea intelligatis. Proinde verũ erat CHRISTI testimonium, ac infallibile. Quod eo constat, quod non aliunde veritatem, & scientiam rerum habuit, non ex scripturis, neque humanis testimoniis, sed ex propria natura lux erat, deinde & a patre hausit suam doctrinam. Homines enim, qui rei dubiæ aut certæ veritati testimonium fuerunt, & falli & fallere possũt: secus de Christo qui nouit dubia, qui oĩa per scrutatur etiam profunda Dei. Omnia enim aperta & nuda sunt oculis eius. Hebr.4. Verum igitur, non falsum, etiãsi a nullo

Heb.4

alio testimoniũ haberet, erat quod testabatur se lucem esse mũdi, qui obscura queq; illustrat qui auferre velamẽ a oculis Iudæorũ poteftq Ethnicorũ superstitionẽ retigere valet.

Vos autem nescitis vnde venio, aut quo vado, Id est, nescitis me esse filiũ dei, data opera. Hoc est quod Dauid prædixit: Nescierũt, neq; ĩtellexerũt in tenebris ãbulãt

Psal.81

Et noluit ĩtelligere vt bene ageret: Suo enĩ ipsorũ malo excæcati sũt, deserti adeo, ad quod oĩbus vsu venit, q verbũ a se repellũt, q patrũ pictis acquiescere nolunt interim tũ sua sõnia vẽditãtes, ac falsi nominis sciẽtiã dei vẽdicãtes.

Vos secundum carnem iudicatis. Quemadmodum oculi lippitudine imbecilles, secus atque res habet, iudicẽt id est perperam ferunt de re sententia, ita & pharisæis accidit, ob grauem & impotentem animi morbũ, inuidiã, liuorem, malitiam, de Christo carnalem ferunt sententiam

solum homine, hunc opinantur, comtemptibilem & omnibus modis exibilandum, diuinitatem non agnoscentes, sed laruam externam duntaxat, id quod carnale vocat iudiciũ, Ioan. 7.
aduersus quod alicubi dicitur. Nolite iudicare secundum faciem. id est, nolite me solum existimare ex carnis imbecillitate, quæ siti, algori, frigori, æstuique, ac mulis miseriis est obnoxia, sed intus perpēdite diuinitatis energiam, quã abdit caro. Potest & hæc sententia in omnes dici, quo solis externis cærimoniis, externisq; laruis locupletes sunt, ĩ iis gloriantur plus nimio, sibiq; ipsis cum pharisæo arroganti imponunt. Iactauit hic ieiuuia, iactauit decimas quas soluit, iactauit & alia opera, intus vero vacuus erat & inanis, Luc. 1.
Diuites, inquit Maria, dimisit inanes. O quot sine caussa & Matth. 6.
porro frustranee negliguntur a deo, quibus aliud nihil respōdebitur, quam recæperunt mercedem suam. Multam hic solicitudinē impendunt Monachi & sacerdotes, totos dies & noctes, templa quidē implentes stentoriis vocibus, non autem aures domini Sabaoth Nolite igitur iudicare vos ipsos esse sanctiores, siquidē decē milia obmurmuretis verba nisi adsit spiritus & veritas, & animus in deum propensus.

Ego non iudico quenquam, & si iudico iudiciũ meum verum est, &cæ. Id est, eo quo vos carnali modo, neminem iudico. Quin intus perscruter renes & corda, quæ si offendero innoxia a vitiis, si in deum propensa certam & infallibilem fero sententiam, comprobans quod dictum gestumque est. Proinde non iudico humana per- Ioan. 6.
suasione, aut actione permotus, sed si quem commendauero, e iudicio spũs eum commendo. Quæ hoc loco dicuntur Psal. 118. Psal 18.
de primo eius in carnem aduentu intelligas Neq; enim venit vt iudicet mundũ, sed vt sal. mũdus per ipsum In secundo vero aduentu, parebit viuorũ & mortuorũ iudex, iuxta illud. Pater omne iudiciũ dedit filio. Et hoc loci, & si iudico, verũ est iudiciũ meũ. Iustus enim es dñe inquit Dauid. & omnia iudicia tua iusta sunt. Et iterũ. Iustitiæ dñi rectæ lætificantes corda. Nam solus non est. Io. 16. Qui misit me mecũ est. q. d Si maxime meipsum voluero commendare, videbor id facere æquissimo iure. Qñ quidē meũ testionium

nõ est bucca: neq; e somniis prodiit, sed a patre meo, qui in hunc mundum me misit, & non reliquit me solũ. itaq; testimonium meum, sed testimonium est veritati idcirco ac firmitati innititur ipsissimæ, idem igitur & meum & patris iudicium. Nam eadem vtriusq; cognitio.. **Et in lege vestra scriptum est. Quia duorum hominum, &c.**

Tres erãt Christi testes.

Tres enim Christi testes. Primus, Pater, id quod in baptismo testatur Matth & alias in monte Hic, inquit, est filius meus dilectus, Secundus testis opera Si mihi, inquit, non vultis credere operibus credite, ipsa sunt quæ testimonium perhibent de me. Tertius est testis locupletissimus, scripturæ, quæ non semel Christum lucem appellitant, vt ibi, Lux orta est iusto. Et iterum: Exortum est in tenebris lumen rectis cor. mis. Et in Esa. Dedi te in lucem gentium. Sed & Ioannes, illi, viuæ vocis oraculo testimonium dedit. Ecce agnus dei Ecce de quo dicebam vobis, &c. Ioan. 1. Si ergo pergit Christus obtundere Iudæorum blasphemã calumniam. Quando in lege vestra, Deuter. 17. scriptum sit quod testimonium duorum aut trium testium pro vero accipiendum sit, vnius vero testimonium, nec authoritatem habeat nec apud iudices admittatur, sunt nostrum duo qui de meipso testificentur, nempe pater, & ego, iam nullam excusationem habetis, quorsum quorsum vos veteritis, si nõ mihi creditis. Constringit hac ratione eos vel esse legis præuaricatores, vel ad credendum velint nolint, cogi, ex lege.

Mat. 3. & 17. Ioan. 10. Psal. 99 Ibidẽ. 111. Esa 49. Ioan. 1. Deut. 17.

Nota

Idem in eos iactari potest, qui neque scripturis neq; Ecclesiæ credere volunt toti, sed omnia repudiant, torquent, inficiantur quæ eorum dogmatibus obsistunt. Huc potest totum caput. 5. Epistolæ Ioannis, quæ vna ex canonicis est referri. Si, inquit, testimoniũ hominum accipitis, testimonium dei maius est. **Dicebãt ergo, vbi est pater tuus?** Perinde atque dicerent Patrem tuum Ioseph nouimus fabrum esse, sed eiusmodi qui mentiri, atq; tu, potest, præterea vtriusq; testimonia suspecta nobis sunt, quod parentum iudicia de filiis, cæco amore fere corrumpantur. Quid igitur crebra appellatione aures nostras obtundis. Miseri existimabant Christum de Ioseph loqui. **Neq; me scitis,**

1. Iohan. 5.

neq; patrē meum. Si sciretis me, &c. Hac respon-
sione suspensos eorum animos relinquit, qui veritatis in-
digni erant cognitione. Neq; enim alio, quam calumnian-
di animo quærebant, talibus autem non semper ad votum
respondendum est, sed potius relinquendi sunt, hærere, vt,
veluti ancipites ignorent, quo sese diuertant. Sic & sapiens
Noli respondere stulto, ne sibi sapiens videatur, itaq; pos-
sumus & nos, ab hæreticorum quæstionib⁹ diuertere, alio
q; eos trāsferre, ne perpetuo nobis negotiū facessant, ne ve
quæstioné quæstioni addant. Quærūt enim semper, & nun
quā ad veritatem pertingūt fidei orthodoxæ. Recte tamen
respondit Christus, neq; me scitis, neq; patrē. Nā Christus Hebræ. 1.
expressa est patris imago, & forma substantiæ eius, iam cū
ita semper cōpertū sit, vt ea q̄ reciproce & relatiue referun-
tur, ita se habere, vt alterius cognitio ex altero pendeat, &
ignoratio vnius, alterius inducat ignorationē consectariū
erit, Pharisæos porro fuisse in cognoscendo Christum stu
pidos, si diuinitatis naturā spectemus quanquā ex operib⁹
hunc dignoscere potuerunt. Atqui hic vnus sensus est. Ali⁹
sensus est, & is quidē orthodoxus, ignorasse Iudæos & pa-
trem & filium. i. vtriusq; energiā, & vim Dei enim volun-
tas est seruare non perdere, remittere peccata, absoluere
confitentes, patrocinari misere afflictis hanc e ratione phy-
sica non facile erat percipere, aderat igitur verbū Christus
seq; declarauit eum esse, in quo pater thesauros oēs gratiæ
& sapientiæ, & misericordiæ reposuisset. Ioan. 6. Hæc est vo Coloss. 2.
luntas eius qui misit me, vt omnis qui videt filium & cre Ioan. 6.
dit in eum, habeat vitā æternam. Iam cum oblatā gratiam
repellerent Iudæi, paternæ mentis nescii erant. Declarauit
se pater per suum verbum, cuius animi esset erga genus hu-
manum. Declarauit & medium salutis nostræ filium suum
esse, & crucem & mortem filii Arripitur hæc vis & ener-
gia Christi partim per fidem;, qua iustificamur, & Christo
inserimur partim per charitatem operum feracem, & imi-
tatricē æqui, boniq;, vtrūq; destituit impios Iudæos, neq;
enim in Christum credere, neque charitatis opera exequi
volebant. Omnia autē coniecit pater in filium, vt per hunc

Ioan.14. Rom, 5.

ſolum agnoſcamus paternam mentem ipſiſſimam. Hinc ip ſe, Ioann.14. fatetur: Nemo venit ad patrem, niſi per me, per ipſum enim habemus acceſſum ad patrem. Rom.5.

Hæc verba loquutus eſt Ieſus in Gazophylacio docens in templo. Rurſus declaratur diuina vis & efficacia in Chriſto, vt qui libere in publico & celebri conuentu, ſtipatus hoſtibus, docuerit. Neq; tamen ab eis, quamquam ferocientibus, prohibitus eſt, neq; captus, quum nedum idoneũ mortis ſuæ tempus eſſet deſignatũ. Non enim hæc illorũ hora erat, qua permittendi erant ſæuire in Chriſtum ſed altera ſupererat adhuc, quam præoccupare nemo potuit. Permiſit enim quando voluit, inquit Theophy. qui & nos conſolatur. vt certi ſimus nec capillum poſſe de capite noſtro moueri, niſi bona de voluntate permittẽte. Sic nihil potuit Satan in Iob. niſi deo permittente. Igitur expoſtulaturus cum deo ait. Nunquid tu vallaſti Iob, & domum eius vniuerſamq; ſubſtantiam eius per circuitum? Sequitur Extende paululum manum tuam & tange cuncta quæ poſſidet. Dixit ergo dominus ad Satan Ecce vniuerſa quæ habet in manu tua ſunt Hic permiſit deus vt poſſeſſiones omnes Satan libere inuaderet, ſed ita, ne manum in virum ſanctum extenderet, niſi noua permiſſione accedente, Idẽ vſu venit & noſtro hoc ſæculo, permittit non ſemel deus nos a malis, maleficiiſq; diuexari, auferri bona inficì corpus, vt ipſe declaretur is eſſe, in cuius ditione cuncta ſunt poſita, terra homines, mors, infernus Satan Merito igitur hic timẽdus & colendus eſt nobis, & omnibus modis obſeruandus Cæterum quod in templo docuit, indicat ſanam doctrinam non eſſe in angulis, ſed publicitus tradendam, aduerſus Lutheranorum criptica diuerticula, quibus ſuos catulos allunt perinde atque Simiæ ſolent, id quod noluit Chriſtus, ergo dixit coram Pontifice. Ego palam loquutus ſum mundo, &c. Eo profectum eſt, quod in.c.cum ex iniuncto omnes clancularíæ conuentiones, quaſi veritatis extorres ſint prohibitæ, Vide de hære, Proinde nos qui in Eccleſia ſumus, diuerticula nulla quærimus, palam docemus quod in aurem ſuggeſtum eſt.

Nõ poteſt capillus a moueri capitis noſtri niſi bona dei voluntate permittente.

Iob.1.

Ioan.18.

Dominica de passione. Ioan. 8

Quis vestrum arguet me de peccato?&c. De ministris verbi diuini.

Legimus charissimi in Mat. 5. De verbi ministris. Qui fecerit & docuerit magnus est in regno cælorũ Matth. 5 quo significare voluit Xps plerosq; esse, qui secus atq; docent, victuri sint, eoq; fieri vt male audiant verbum dei, propter eorum sceleratam vitam. Id habet & Pau. Ro. 2. Qui Rom 2 alium doces, teipsum non doces, sequitur. Nomen enĩ dei per vos blasphematur inter gentes. Parum igitur profuerit pro suggestu, Christũ? aut Paulum spirare, nisi fide, moribusq; vtrumq; imiteris. Sũt enim qui, sibiipsis authoritatẽ detrahant, qui proprio malo conciones apud vulgum habitas ridiculo exponunt, quod secus quã oportet vitã suã instituant. Imo ipsis auditoribus, sceleratiores sunt id malũ a suis christi⁹ voluit esse alienissimũ. Hinc permotus Paul⁹ verbis ministris precepit: Nemini dantes vllam offensionem vt non vituperetur ministerium nostrum, sed in omnibus 2. Cor. 6. exibeamus nos, sicut dei ministros, in multa patientia, in afflictionibus, &c. Quæ omnia eo tendunt, vt illi, qui aliis veritatem doctrine persuadere volunt, primum id ipsum, rebus atq; factis exequantur, alioqui ridiculo aliis, erunt, audientq;. Medice cura teipsum. Abfuit ab hoc malo, maximo interuallo Christus, neq; enim secus atq; vixit docuit Luc 4 alios. Hinc ingenue gloriatur de vtroq;, doctrina videlicet & vitæ sanctimonia. Quis vestrum arguet me de peccatis? Nemo hominum tam licenter, tam quæ libere potuit de sua innocentia gloriari quam Christus. Quando quidẽ nullo vnquã infectus fuit vel vitio vel crimine, imo nec infici potuit quidem. Fuit enim semen illud benedictũ Ge. 3 de quo in Ge. ipsum conteret caput tuum. Contriuit caput serpentis, non tam in se quam in matre. adeoque in omnibus nobis, factus videlicet peccatum pro nobis. Sic exina- 2. Cor. 5 niuit semetipsum formam serui accipiens, factus est pro no Philip. 2 bis obediens vsq; ad mortem. Neq; enim ipse peccauit nec 1 Pet. 2 inuẽtus est dolus in ore eius, sed nostra tulit peccata in cor Esa. 1 pore suo, qui a planta pedis ad verticem vsque capitis era-

Ephe.2 mus faucii, eramus natura filii iræ declinauimus omnes,
Rom.3 nec erat qui faceret bonum, ne vnus quidem. Omnes igitur quotquot sumus, peccati reos nos arguere potest deus, ipse interim innocens, interim sanctus sanctorum, & expers omnis vitii & contagionis. Sumpsit autem hæc quæstio exordium ex præcedétibus concionibus, in quibus Iudæi peccati arguuntur, & criminis quod videlicet sint vitiorũ serui, prognati ex patre diabolo Vos inquit, ex patre diabolo
Ioan,8 estis, cuius opera facere maturatis. Estis igitur filii diaboli, progenies viperarum, id quod conspiratione aduersus innoxium sanguinem declaratis. Ego vero, etsi a vobis aspernabilis & ceu leprosus iudicer, simq; vobis omnibus modis exhibilandus, me tam noui innocentem, noui immunẽ a peccatis, quamuis multa affingatis & imponatis mihi, & intentetis crimina, extra noxam sum. Agnus immaculatus

Tria concionatoribus obseruãda.

agniculus, vt habet lex vestra. Tria sunt hoc in loco concionatoribus imitanda, quibus & Christus suam doctrinam a calumniis, atq; repræhnesione vindicauit. Primum, quod concionator non sese ingerat, nisi accitus, & in Apostolicũ munus legitima authoritate destinatus. Quemadmodum Christus a patre missus, id quod toties repetit in Ioanne.
Ioan.20 Hinc dicit: Sicut misit me parer, & ego mitto vos, Proinde
1.Cor.14 ne confusaneus sit rerum ordo, Paulus etiamnum præcipit omnia fieri debere decenter, & secundum ordinem. Neque igitur omnia ministeria omnibus competunt, sed iis, quibus cõcessus est potestatis vsus. Vocationis enim ius est penes ecclesiæ præsides. Act. 13. Segregate mihi Paulum &
Act.13. Barnabam in opus in quod assumpsi eos. Et ad Titum ha-
Ti.1. bes. Reliqui te Cretæ, vt institueres per ecclesias sac. Porro qui a deo vocatur in apostolicum munus, quemadmodum Moses, Aaron, Paulus, & reliqui apostoli, hunc ceu sigilla sermonis comitantur miracula Marci vlt. Et Romano 15.
Mat.vlt Qui vero ab ecclesiæ procerib9, Episcopis videlicet, & aliis
Ro.15 qui in apostolorum locum successerunt, certi sunt, ex vocationis designatione, quæ penes primores consisti, quod legitime missi sunt. Qui vero propria temeritate id sibi vsurpant muneris, fures sunt, latrones sunt, venientes sunt, &

currentes, sed non in nomine domini. Currebant, inquit Hiere. & non mittebam eos, Quales sunt omnes hæretici, & scismatici. Proinde non sic venit Christus, quia a patre missus est, non Paulus, qui dei vocatione in euãgelium segregatus est, non cæteri viri ecclesiæ catholicæ, qui in sortẽ dominici muneris vocatione designati sunt. Secundo, Cõcionatores curent oportet vt sanæ doctrinæ instent, iuxta Paulum, & quæ talis sit, vt nequeat refelli, quod abunde satis præstitit CHRISTVS. Neq; enim alia quã a patre audiuit, & docuit. Hoc est, docuit ea quę vtilia sunt, quæ vera sunt, quæ saluti nostræ conducibilia sunt. Mala 2. Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est inuenta in labiis eius In pace & in æquitate ambulauit mecũ, & ab iniquitate auertit multos. Ego, inquit alibi deus, docens vtilia. Ita & verbi ministri, omnem sermonem instituant oportet in ædificationem, in consolationem, & exortationem, Quo contra, hæretici, non ædificant, sed destruunt, scinduntq; corpus domini mysticum. Nam qui non est mecum, contra me est. Et qui non colligit mecum, dispergit. Non colligit cum Christo, qui pontificem Christi vicarium non agnoscit, qui dominationem contemnit, qui magistratibus nõ obœdit. In summa, qui non reddit Cæsari quæ Cæsaris sunt, & deo, quæ dei sunt. Omnes enim hæretici sectas perditionis introducunt, proinde, hac ratione & Christus innoxius fuit. Eadem enim prædicauit quæ pater iussit, quæ sub inuolucris prædixerunt prophetæ, quæ factis gesserunt patres sancti, irrepræhensibilis igitur doctrina fuit. Id imitabitur verbi minister, si suæ prudentiæ non innititur, si ad legẽ & prophetas & euangelistas, & ad doctorũ ecclesiæ orthodoxe responsa, suũ sermonem accommodauerit, potissimum vero, si ecclesiæ decreta non contempserit vel neglexerit. Neque solis scripturis crassis nitẽdum, est sed etiã ecclesiæ audienda, iuxta Christi præceptum. Si ecclesiam non audierit, &c. Tertio non solum veritas doctrinæ obseruanda (quanquam hæc maxime exosculanda sit, quum multo nocentio sit qui male docet, quam qui male viuat) sed etiam agendum est, ne quem per improbos mores mã-

Hie. 24.

Autẽticis esse inhærendum.

Malac 2

Matt. 22

le feriati homines, calumniandi verbum dei, ansam arripi-
ant Igitur Christus vbi omnes Iudæos docuit atq; euicit
esse seruos peccati, Satanæ filios, & a deo alienos, libere se
de vitæ sanctimonia iactat. Quis vestrū arguet me de pecca
to, docens omnes euangelistas & ecclisiastas irreprehen-
sibilem ducere debere vitam, ne propter ipsos male audiat
euangelium apud exteras gentes. Hinc & Paul. Episcopum
iubet esse irreprehensibilem, sine crimine, non percusorē,
non vinolentum Neque hac lege arguatidus erat Christus,
sine crimine enim vixit, & sine omni quærela, teste, etiam-
num turba, & Ethnico homine Centurione. Vere, inquit,
hic homo iustus erat. Sed proh dolor, non ita viuitur a no-
stratibus sacerdotibus, qui tesseris, & aleis frequentiores
sunt, quam bibliotecæ, qui seipsos misere defœdant, ac in-
Leui, 19. fandis sceleribus commaculant Cōtra illud Sancti estote,
1. Ti. 4. quoniam ego sanctus sum. Et illud: Nemo adolescentiam
tuam comtemnat Est enim plerosq; reperiri, qui & doctri-
Malach. na cæci sunt, ac talpei porro, & sanctitate vitæ manci. Qui-
bus dicitur per Malach. 1. Ad vos o sacerdotes, qui despici-
tis nomen meum, qui offertis super altare meum panem pol
lutum, sequitur. Ob id non est mihi voluntas in vobis dicit
dominus exercituum, & munus non suscipiā de manu ve-
2. Cor. 6. stra. Quos & Paulus monet In omnibus exhibeamus nos
sicut dei ministros, in multa patientia, &c. vt non vitupere-
tur ministeriū nostrum, &c. Potuit hic solus gloriari Chri
Iac. 3. stus, nam nemo nostrum est, qui ita viuat, quemadmodum
viuēdi regulas præscribit, & ab aliis exigit. In multis enim
offendimus omnes. Infatuatur enim non semel sal terræ,
& in nihilū redigitur. Secus multo ægit CHRISTVS
Annos. 5 is enim ne in verbo quidem offendit. Quanquam interim
Psal. 18. multorum sibi odium conciliauerit, vt verum sit, quod ait:
Odio habuerunt redarguentem in porta. Et Dauid: Pro
eo vt me diligerent, detrahebant mihi. Sequitur.

Attentio. **Qui ex deo est, verba dei audit. Propterea vos non, auditis, &c** ~~Pulcherrima rerum~~ consequentia hæc
est: Qui ex deo est, id est spirituali generatione, is, de spiri-
tualibus libenter & placido ac attento, dociliq; animo au-

dit, audítaque reponit alta mente, reposta decoquit, meditatur cum corde suo, vt fructum afferat in patientia. Audire enim hoc loco, non est solum aurem corporis adhibere. Id enim fecerũt & iudæi, sed intus in deum tendere, intus erga deum & amore & fide affici, tum etiam in proximum esse misericordem. Qui sic audit, ex deo natus est, & semen dei conseruat eum, & peccare nõ potest, quandiu sic audit sicq; loquitur & operatur. Alioqui si solum cum Iudæis & Ethnicis & hæreticis vel audiat, vel legat, nihil illi profuerit audisse dei verbum Beati enim qui audiunt verbum dei & custodiunt illud. Et Iac. Estote factores verbi & non auditores tantum, fallentes vosmetipsos. Et Paulus Roma.2. Non auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Hunc locum perpetuo ob oculos ponas aduersus eos, qui solum fidem ad salutem sufficere dicunt. Ad idem pertinet & illud Matthæi septimo. Omnis qui audit verba mea & facit ea, assimilabitur viro sapienti qui ædificauit domum suam supra petram, &c. Et itẽ. Qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum, & Lucæ duodecimo. Seruus non sciens voluntatem domini sui, & non faciens, vapulabit paucis sciens autem voluntatem domini, & non faciens, vapulabit plagis multis. Non igitur satis est audisse verbum, neq; satis est deo credidisse, nisi adsit verbi exequutio, id quod in Christo fuit. Ob id liberrime quærit, quis vestrum arguet me de peccato, cuius videlicet & vita peccati accusari non potest, & doctrina irrepræhensibilis existit.

1 Ioan.3 Luc.11. Iac 1. Ro.2. Mat.7 Luc.12.

Responderunt ergo Iudæi, Nonne bene dicimus quia Samaritanus es, & dæmoniũ habes?

Impii Iudæi blasphemiam addunt blasphemiæ, maledictũ maledicto, vt solẽt, qui castigantis verba nõ suscipiũt. Quẽadmodũ habet Sapiens. Argue sapientem & diliget te. Qui vero erudit derisorem, ipse iniuriam sibi facit: & qui arguit impium, sibi maculam generat, Noli arguere derisorẽ, ne oderit te male cũ cõsci⁹ sibi anim⁹, argui nõ vult. Quẽuis leuiter corripias, quin mox in cõuitia ac maledicta

Pro.9

erumpit, id quid suo exemplo Iudæi ostendunt, vt verum
ps. 5. &. 13 sit quod prædixit Dauid, Psal. 5. &. 13. Sepulchrum patens
est guttur eorum, linguis suis dolose agebant. Quorum os
maledictiõe plenũ est, & amaritudine & dolo. Sensus igi-
tur est, Cur audes nobis vitæ tuæ sanctitatem, & doctrinæ
veritatem obtrudere, quando in vtroq; sis repræhensibilis.
Nos vero in vtroque superiores & sanctiores, sumus, equi-
dem vita Samaritanus es, Idolis seruiens, vt (ea gens solet
quouis hæretico & apostata peior, potissimum vero nobis
execrandus. Doctrina vero tua, ex dæmone proficiscitur:
quod hinc constat, quod literas citas sacras cum non didi-
ceris, quod aduersaris Mosi, Dei amico, quod te, vt fanati-
ci solent, omnibus oĩno prophetis præfers. Facis enim te fi-
lium Dei, cũ interius fabri filius sis, & obscuro gñe natus.
Deu. 7. & 14. Nos vero ex eorum numero sumus, qui omnibus numeris
sunt absoluti, qui merito in rationali, iudicium, & doctri-
Ibidẽ. 26 nam circũferimus. Imo sumus omnes in vniuersum Iudæi,
gens sancta, populus pecularis regnum, sacerdotum. Tu
vero Samaritanus es, & dæmonium habes. Videte quãtum
semper displiceat vita doctrinaq; piorum malis. Sic solent
inuertere omnia, quamlibet sancta, quamlibet veritati vici-
na impii. Sed audi mansuetudinem Christi.

Ego dęmonium non habeo. Hic præstat Xp̃s quod
alibi docuit, nõ esse retaliandã iniuriam, nam cũ malediće-
nõ nimis curiose ob iectã calũ niã eẽ pur gandam. retur, non maledicebat. Ad obiectum vitæ crimen, nihil re-
spondet, exemplo suo docens, non magnopere nobis de-
sudandum, vt accæptam iniuriam aut calumniosam in-
famiã, multis purgem' testibus, ne videamur magis inanis
gloriæ cupidi, quam sacræ doctrinæ defensores. Optima
enim infamiæ illatæ apologia est, si sancte vixeris. Hac spõ-
1. Pet 3 gia facile omnem labeculam absterges, siquidẽ falso, quan-
tum ad vitam spectat, traductus fueris, cura vt eo sanctius
viuas, & meritum tibi accumulabis. Ita hábet Petrus. Si
quid patimini propter iustitiam, beati. Porro doctrinam
verã omnibus modis a calumniis defensare debem'. Hoc
enim non nostræ, sed dei gloriæ refert, quã asserere opor-
tet oĩbus incommodis nostris. Sensus igitur est: Ego dæ-

monium non habeo, hoc est, neque in principe dæmoniorum Beelzebub eiicio dæmones, vt mihi falso imponitis, neque loquor mendacium, perinde atque pater mendacii solet, quo vos iamdudum probaui in esse genitos. Neque mea doctrina ex Satana prodiit, sed ex patre quem cohonesto, ac omnibus modis reuereor. Is mihi munus demandauit, quod gnauiter exequor, nempe vt sanem contritos corde, prædicem captiuis indulgentiam, clausis apertionem, annum Iubilæum & vere placabilem. Hoc meum est officium, quod quam possum fidelissime presto.

Rursus hic mouemur mansuetudinis, & modestiæ, vt videlicet summa lænitate vtamur erga irritatos, si quo pacto ferentes animos sædare possimus. Nam in Prouerbio 15. ita habet Salomon: Responsio mollis frangit iram durus autem sermo excitat furorem. Et alibi: Verbum dulce multiplcat amicos, & mitigat inimicos. Verum si irritatiores reddentur, siquidem læniter respondeas, congessisti super capita eorum carbones Bene enim ominari oportet maledicentibus nobis. Quod addit: vos inhonorastis me, id est ignominia affecistis, quod meam doctrinam ex dæmone profectam dicitis, quæ iniuria, cum recidat in patrem, ipse suo tempore vindicabit. Hoc est quod Psal prædixit. Improperia improperentium tibi, ceciderunt super me. Et item Propter te sustinui confessionem, operuit quoque com. faciem meam. Vides hic quoque doctrinam a calumniis vindicandam, non autem sic regerenda maledicta, sed Deo relinquendam vltionem. Mea enim est vltio, & ego retri. Addunt hic aliqui, Christum data opera, ad Samaritani nomen siluisse. Quandoquidem vere Samaritanus, id est custos fuit, vt habes. Luc. 10. & Psalm. non vno loco hunc custodem vocat. Custodit dominus omnes diligentes se, & Custodit dominus animas sanctorum suorum. Et nisi dominus custodierit, ciuitatem, frustra vigilat, &cæ. Erat igitur, si intus perpendas vere Samaritanus Christus, verũ id rectius fuit, quam vt Iudæi intelligerent

Aduersum irritatos lænitat vtẽdu e

Pro. 15

Ro. 15
Ps. 68

Lu 10
Ps. 144
Ibidẽ. 96

Amen amen dico vo. siquis sermo. meum serua. & cæ. Vide hic quomodo sit iniuria ac calumnia vindicanda, Benefactis videlicet. Non enim Christus ab improbi-

Quomõ sit calũnia vidicãda.

tatem animi Iudæorum, officium suum eis detrectauit, quin amplioribus beneficiis affecit Hoc eni est quod po sapientem monet Pau. Si esurierit inimicus tuus, ciba il lum, si sitit, potum da illi, Hoc enim faciens carbones con geres super caput eius. Quid vero est, quod ait Si quis ser

Ro.12 monem meum seruauerit? id est si credendo & opere ex

¶ Seruare sermoné dei quid equendo. Hoc enim est vere sermonem Dei seruare, & a pud se reponere, pie, sobrie, & iuste viuere in hoc sæculo Dauid. In corde meo abscondi eloquia tua, vt nó pecce

Tit.2. tibi. Quo modo & Maria omnia verba reposuit in arca

ps 118 nis pectoris sui non solum credendo, sed opere exeque do, quæ iussit Deus. Qui sic seruat, mortem non gustab id est, æternam vitabit pœnam, neque anima eius a mo te lædetur secunda, quum habeat vitam in se manen Christum. Atqui hic locus probe notandus est, in consc tionem eorum, quibus mors, calamitas, fames, præsen oculos posita est. Solandi sunt maxime, qui hinc si cedunt hoc verbo, ne desperent, neve animo concida quin adnitantur verbo Dei, Ad idem Eccl. 8. Qui custo

Eccl.8 præceptum non experietur quicquam mali. Et Sapien

Sap.6 Custoditio legum, consumatio incorruptionis est, in

Apoc.2. ruptio autem facit esse proximum Deum. Et Apoc.2. Q

Ro.1 vicerit non lædetur a morte secunda. Victoria autem per Dei verbum, perque potentiam crucis, nam Euang lium est potentia ad salutem omni credenti. Dixeru

ergo ei Iudæi, Nunc cognouimus quia dæmo nium habes. Recte dicit quidem malos beneficiis eff peiores id vsu Iudæis venit. Quo enim pluribus per Chri stum afficiebãtur beneficiis, eo euasere deteriores, mag que ora in blasphemiã soluebant. Abraham, inquiunt mo tuus est, & cæte. Quo loco, id quod & alibi nobis dictum

Duplex mors. est, duplicem notabimus mortem, Vnam corporis, quæ e ipsius animæ ab ergastulo carnis euasio ac emigratio, nu lis nisi improbis formidanda, nullis nisi probis & vir

Philip.1 Deo dignis exoptanda. Cupio, inquit Paulus, dissolui & esse cum Christo, Hæc neminem cedit, quando statutum e

Heb.9 hominibus semel mori. Hac mortui patres sunt, de qua Iu dæi putabant loqui Christum. Altera est mors, animæ c

est animæ, per culpam mortalem, a Deo separatio. Animę enim vita deus est, qui tum abigitur ac pellitur a nobis, si impie ægerimus, inciderimus in hæresim, si dei iussa: Ecclesiæ ortodoxæ decreta pessundauerimus, de qua Christus loquutus est verum hanc nemo nisi impius experitur. Periit enim mors, si ipsam manibus pedibusque non accersas, quo modo sancti viuunt, Abraham, prophetæ, & omnes, qui in domino moriuntur, illis enim mors corporis & animæ nihil obfuit. Respondit Iesus, Si ego glo. meipsum. glo. Rursus ingratis impendit beneficiũ, illi aperta, ac perfricta fronte veritatẽ repellunt, hic vero pergit eos in viam veritatis reuocare, quod me, inquiens, maiorem patriarchis & prophetis facio, vanum & arrogans videri posset, si ex meipso inanis gloriæ cupiditate hoc fingerem, si non me cœlestis ille pater testatus esset, suum esse filium, ad hunc appello, qui me omnibus creaturis ab æterno præposuit. Dñs enim possedit me in initio viarũ suarũ &c. Et iterum. Ab æterno ex antiquis ordinata suum. Is inquam me glorificat Expressit enim per me omnia bona sua, totamque & substantiã & bonitatẽ suam in me effudit. Quo mihi nomine maxime gloriandum, ne similis vobis mendacii ab eo arguar Quem vos dicitis deum vestrum esse. Maxime hic locus cum sequenti obseruandus est, aduersus eos, qui per fidem deum quidem agnoscunt, factis autem & operibus negant, quo etiã aperte colligimus, non semper fidẽ sequi opera. Cum sit fides quædam inanis & mortua, minimeq; ferax operum, vt habet Iacob'. Sic & Iudæi gloriabãtur, de dei peculiari religione, quæ in cognitione & amore consistit, dicentes: Iste de' meus, & glorificabo eum. deus patris mei, & exaltabo eum. Et iterũ. Non est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquentes sibi, sicut deus noster adest nobis. Non enim fecit taliter nationi. Ecce manifeste habes cogitatione quẽdã dei, qua erant Iudæi p̃diti. Quid igitur ait Christus Et nõ cognouistis eum. Id est quod Esa. ait Israel me nõ cognouit, & popul' me' nõ intellexit Nõ cognouit patrẽ in filio esse, & operari salutẽ in medio terræ, sed ne-

Prou. 8.
Eccle, 24

Nemo e: ipsemet f[illegible] dẽ illã so[illegible] lã suffic[illegible] re, qua Deũ' t[illegible] intelligimus.

Exo 15.
Deu. 4.

Esa. 1

que amore illi adhæserunt, hoc est cognoscere per cæcitaté
Matth.11. nó poterant. Nemo nouit patré nisi filius, & cui filius vo-
Roma.11 luerit reuelare. Satis declarauit se pater per filium, sed no-
luerunt intelligere, abierunt omnes retrorsum, vt plenitu-
do gentium intraret. Præterea non cognoscere deum di-
cuntur, qui hunc non imitantur, qui huius iussis non ob-
temperant, qui operibus fidem suam palam non faciunt
quemodmodú de filiis Heli dicitur, quod fuerit filii Be-
lial, nescientes dominum. Et Paulus de transgressoribus
1.Reg.2. dicit: Confitentes se nosse Deum, factis autem negant.
Ti.1. Qui enim Deum vere agnoscit, eundem honore ac amo-
re prosequitur Si, inquit Deus, ego pater, vbi honor meus
Malach.1. Si Deus, vbi amor? Nemo igitur existimet solam fidem
sufficere, qua intelligimus Deum esse, si non adsit dilectio,
si desint bona opera, adsint vero multa mala, **Ego no-
ui Deum, & si dixero nescio eum ero similis
vobis mendax.** Strenue asserit suam doctrinam ne
mendacii arguatur a patre. Sic nobis semper faciendum
vbi res, &, necessitas expostulat. Confitenda est veritas
dei Qui enim me confessus fuerit coram hominibus et fi-
Matt.10 lius hominis confi. &c. **Abraham pater vester ex-
ultauit vt videret diem meum.** Ostendit se Abra-
ham maiorem esse, Qui enim alteri beneficium largitur
& dignior & altero est maior, qui suscipit. Abraham vero
id a Christo habuit beneficii, quod eius diem viderit, id
est, crediderit ex semine suo benedicendas omnes gentes,
quod non vno loco illi erat pollicitus. Adde dominus ei
apparuit in conualle Membre sedenti. cum vere eleuasset
Gen.15. oculos, procul apparuere ei tres viri, quo typo intellexit
Ge.18. trinitatis mysterium, cui & sese totum addicauit. Et illic
habes, quod dixit dominus In semine tuo bene om gé.
hoc semen per fidem arripuit, & gauisus est eo consequu-
turum se salutem. Idem crucis efficaciam in filii oblatio-
ne deprælendit, quæ omnia mysteriis sunt plena, plena
sunt gaudiorum, & consolationis Et, vt propius acceda-
mus, diem domini vidit, id est, Christum incarnatum in-
tellexit, per sanctum illum Symeonem, qui patribus in

limbo detentis faustum illud ac fœlix nuncium attulit. Na- Luc. 2
tus est nobis hodie saluator mundi, qui mox eripiet nos,
&, transferet in regnum adoptionis gloriæ suæ. Atque hoc
loco rursus colligimus, sanctos corporali mole exutos,
mortuos non esse, neque ratione & affectu priuatos, vt fal-
so somniant hæretici. Visi sunt enim insipientium oculis
mori, illi autem sunt in pace, inquit Sapiens. Iam si viuunt,
si credunt diem domini, si gaudio afficiuntur, quis tam Sapien.
stupidus est, qui negare audeat, hos non interpellare, vt o-
mnes simul gratiam & gloriam consumatæ fœlicitatis con
sequamur. Imo dicam ingenue. Non existimo vllos esse
sanctos, qui nō omnia illa, vel suo vel nostro nomine pre-
cētur, quæ oratio continet dominica, id quod facile diduci
per omnia membra possit, sed festinandum nobis ad alia
suo hæc tempore reseruanda sunt, Dixerūt ergo Iudęi,
Quinquaginta annos nondum habes.

Vides quorsum cæcitatis euasere miseri, semel lapsi in er-
roré lumen veritatis intueri non poterant Metiebantur e-
nim annos durationis vitæ CHRISTI ex externo
habitu, nihil sublime cogitare sinebantur, qui conceptum
odium ponere nequibant Semper pueri, quemadmodum Sapien 4
in Timeo de Græcis ait Plato, Græci pueri estis, & non
est in vobis vlla sapientia cana Poterant ex sapiente intel-
ligere. Senectus venerabilis est, non diuturna, neque nu-
mero annorum computata Proinde quod secundum di-
uinam naturam se Abrahamo priorem testatus erat Chri-
stus, id in ætatem humanæ durationis torquent: Quan
quam sciam quosdam ex Ireneo hinc colligere CHRI-
STVM haud minorem quinquaginta annis fuisse, qui-
bus tamen ob id vel maxime non accedo, quod hæc insa-
nientis sint populi verba, quibus nihil certi concludi
ac definiri potest. Cani erant sensus in CHRISTO,
vt cunque exterior forma, vel iuuenis, vel senex videretur

Dixit eis Iesus, Antequam Abraham fieret e-
go sum. Huchuc intendissent impiis oculos, huc suam
fidem accommodassent, id est, ad æternam filii emanatio-
nem, qua ab æterno genitus est ex patre, de qua multis in

Mich.5. scripturis dicitur Michæ .5. Egressus eius a diebus æter-
Prouer.8. nitatis. Et Dauid Ex vtero ante luciferum genuite. Et Sa-
lomon: Dominus possedit me in initio viarum suarum.
Proinde hæc testimonia neglexerunt. Quibus tamen con-
stat Christum cum patre æternum fuisse, Ait igitur, Eg-
Exo.3. sum, quod verbum solius Dei est proprium. Exo.3. Qui
misit me. Sum qui sum. Omnis enim res certis tempor-
spatiis circunscribitur, quandoquidem vicissitudini sub-
Eccle.3 cta est & obnoxia, vt ait Ecclesia. Omnia tempus habent,
& suis spatiis transeunt vniuersa Solus Deus sub æter-
Iac.1. tatis numine viuit. Nulla eum apud hunc est transmuta-
tio, nec vicissitudinis obumbratio, omnia etiam illi vi-
uunt, eodemque modo apud illum subsistunt. Viuit
Abraham, viuunt prophetæ, & quotquot tandem eius ver-
bum seruare. Id beneficiis consequuti sunt, vt cum Chri-
sto viuant, id est, vt sint, id quod hactenus non la-
Verum, per CHRISTVM consequimur vitam
incorruptionem, **Tulerunt ergo lapides, & catt**
Produnt rursus suam insaniam, quandoquidem non se-
ruato ordine iudicii, neq; loci sacri habita ratione id qu.
tamen oportuit, exemplo Ioiadæ sacerdotis Athaliam ex-
tra septa templi iubentis lapidari, ad lapides confugiunt.
Imitantur horum Iudæorum exemplum, qui nuper irre-
pserunt in orbem Germanicum hæretici, qui vbi nos scri-
pturis vincere nequiunt, superare ratione non possunt
confugiunt ad lapides, prorumpunt in conuitia, adeoque
solis maledictis potentes sunt, impotentes vero opere &
veritate, Imitantur quoque hos qui in Deum, diuosque la-
pides blasphemiæ iaculantur, qui Christum non esse
Eucharistia, sanctos nihil posse per Deum, spiritum san-
ctum destituisse hactenus Ecclesiam sibi concreditam,
temeratio effutire andent. Omnes quotquot tales sunt di-
gniores ipsi qui iuxta legem lapidibus extra Ecclesiæ ca-
stra obruantur. **IESVS abscondit se, & exi-
uit de templo.** Id est, inuisibilem se sua potestate fecit
hunc nobis memoratur dignum exemplum relinquens,
si quando irritati in nos sint hostes verbi Dei, & verbo

ácto declinemus furentes animos, & in nos irritatos, ne in maiorem pro rumpant creatoris contumeliam, ne ve magis magisq; sibi ipsis, & aliis quoq; piis obsint. Quod vt præstemus monet Paulus. Nulli malum pro malo reddentes, nec maledictum pro maledicto, non vosmetipsos defendentes, sed date locum iræ: Cum enim blandiloquentia ac modestiore responsione efferuescentes in nos animos mitigare non possumus, multo cõsul tius est ab iratis secedere, vt vel hac ratione æstuantis ac ebullientis animi paulatim residat indignatio Si enim Christus ad horam cessit improbis conatibus, multi magis conuenit, nos nostram submouere præsentiã, id quod fortis animi, non pusili nec meticulosi est iudiciũ, Melior enim est patiens viro forti, & qui dominatur animo, expugnatore vrbium. Rom.12. Pro.16.

Feria secunda post dominicam de passione. Euang. Io.7.

MIserunt principes & pharisæi ministros vt apprehenderent eum. Sapiens Ecclesiasticus. de Mose inquit · Steterunt contra illum alieni, & propter inuidiam circundederunt illum homines in deserto, qui erant cum Dathan & Abiron & congregatio Chore in iracũdiam. Idem malum quod Dathan & Abiron aduersus Mosen dei amicum extimulauit, permouit & Iudæos aduersus CHRISTUM dei filium, deoque charissimum & amicissimum. Nempe inuidia & zelus malus, quo cernebant suam imminui authoritatem, crescere vero CHRISTI gloriã. Acrioribus enim perurgebantur stimulis, quod in Christũ simpliciores erãt propensi. Perinde atque solet anim' inuidorũ, semper alienis diuexari laudibus, alienis cruciari fœlicissimis successibus id quod & Mosi propter prophetiæ donum, & Christo, quod patris erat filius, patrique probatus, accidit. Acclamauit Christo populus obscurus, euge euge fœlicitatis encomium. Id grauiter ferentes pharisæi mittunt, qui capiant, qui trucident, qui calumnientur, siquidem occidere

Eccle.4. Proborũ vita sẽpe odiosa fuit improbis.

Sapient.2 non liceret, Christum. Semper enim proborum vita mores, & doctrina, odiosa est improbis, hinc struunt insidias aut certe palam ceu seductores traducunt. Sapi. Circumueniamus virum iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius operibus nostris, & improperat nobis peccata legis. Idē sibi vsu venisse queritur Hiere. 18 Venite cogitemus contra Hiere. cogitationes. Non enim peribit lex a sacerdote. Verum non est consiliū contra dominū. Dominus enim dissipat consilia gentium, reprobat cogitationes populorū, & reprobat consilia principū Id quod in Christo licet cernere; & sabbato proximo atque aliis proinde diebus patebit. Quo enim magis Christi gloriam obscurare nitebantur Pharisæi eo magis atque magis eius fama inclaruit. Solet enim deus sese illustriorem reddere, malorum hominum malis conatibus, quanquam non igitur sit peccandum, vt Deus illustrior fiat. Id quod fusius Rom scribens probat Paulus, itaque sic habemus. Miserunt

Psalm.32.

Rom.5.

principes & pharisæi ministros, vt apprehenderent, &c. Quales hi principes fuerint, sæuitia & crudelitas declarat, qua perurgebantur in Christum, nempe impii, scelerati. & homicidæ. Id quod olim prædixit Esa. 1. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicii? iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ, Principes tui infideles, socii furum. Oēs diligunt munera, sequuntur retributiones Pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad illos Nec mirum quod CHRISTO insidiati sunt, quod hunc oderunt, qui eorum duriter obiurgauit hypocrisim, auaritiam, ambitionem, & reliqua crimina, quibus erant contaminati, quando & aduersus Mosen iniuste suo defuncti sunt officio. Officii enim Principum, & eorum qui reipub. præsunt est iuste exequi quod iustum est, idq; sine vllo personarum delectu, in subiectos non sæuire, non excoriare miseram plebeculam, sed defendere aduersus improborum rabiem. Idque maximopere non tam in se, quam in iis, qui eorum nomine præfecti sunt prouinciis, ciuitatibus, publicis iudiciis, ærarioq; publico, curare, ne, per nefas perque tyrannidem, vulgus iniuste opprimatur, alioqui Socii furum erunt latrones, erunt

Officiū eorū q̄ psunt

& commune malum reipublicæ. Quales proh dolor, hodie est multos cernere, qui Iudæorum principes, malitia, perfidia cupiditate omnibus modis superant. Quorum in album ii maxime referuntur. qui templa sacra euertunt, qui ecclesiastica sacerdotia in suos abusus transferunt, qui contra ordinem & iustitiæ & pacis, & Ecclesisticæ constitutionis ecclesiii moderandis hæreticos, hoc est fures, & latrones prefecerunt, indigni, non modo principis nomine, sed etiam Christiano, Turcas enim, non Christianos dixeris, Iob & Dauid, de iis principibus vaticinati sunt Effusa est contentio super principes inquit Dauid, & errare fecit eos in inuio, & non in via. Inuitam hæreticorum est iter, quod incedere malunt quam angustam mandatorum dei viam, quæ ad patriam sine vllis anfractibus ducit. Iob vero. 12. ita habet, Effundet despectionem super principes, id est, abiiciet eos: qui male præsunt, quemadmodum abiecit Saul, Sedechiam & alios item, addit etiam Iob, Quod immutat cor principum populi, permittens eos in errores varios (ob iniustitiam, qua plebem subiectam diuexarunt) labi, & decepit eos vt frustra incedant per inuium, Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quasi ebrios. Qui talibus vitiis inquinati sunt ceu ebrii euomere coguntur, non semel conceptum aduersus clerum odium, modo hos, modo illos abusus taxantes, cum ipsi interim omnibus malis sint oppletissimi, sint multo nocentiores reipublicæ, quam quicunque Episcopi vel sacerdotes. Hos principes, scriptura in Numeris, ad solem suspendi iubet, id quod, faxit deus, vt quam citissime fiat Nemo existimet me de probis loqui & fidelibus principibus. Hos solum, quos propria conscientia lædit, quos flagitiosa vita traducit, quos ecclesia vt tyrannos illachrymat, arguo atque taxo, etiamsi insaniant interim in me. Dicam tamen quod est, id est, dicam quod pharisæis & scribis deteriores sunt, lupi rapaces sunt. Principes sunt, sed non ex deo, regnant, sed non per domini spiritum, Addo etiam illud, quod nisi dei clæmentia alii, id est, meliores, in republic. gubernationem apud Germanos designentur, qui ecclesiæ catholicæ sua

Aduersus malos prí cipes huius téporis.

Psal. 106.

Iob 12.

Num. 25

ura seruent, qui patrum fidem imitentur, qui iustitiæ cultores sint, qui gladii vsum in improbos, sectarios, seditiosos, quibus Germania plena est, exerceant, actum esse cum imperio, actum cum regno, idque futurum metuo, quod Oseas comminatur: Principes eius in gladio ceciderunt. Quanto igitur satius esset hos resipiscere, & illud præstare, quod DAVID inuictissimus princeps hortatur. Núc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram. Apprehendite disciplinam, nequando irascatur dominus, & pereatis de via iusta. Audiāt, audiant hæc & veternum excutiant, alioqui erit q cū gladiis & fustibus, cum bombardis excutiet. Verum a nostris ad Iudæorum principes, qui simili morbo laborabant, pergamus. Audiunt ii bene loquentem de CHRISTO populum, & animo excruciantur, id quod solent inuidi, sibiipsis esse multo videlicet, quam aliis nocentiores, mittunt qui apprehendant CHRISTVM, qui tamen non nisi volens capi potuit, vt volens mortuus est. **Dixit ergo eis. Adhuc modicum temporis vobiscum sum.** q. d. Non est quod tanta anxietate, tantaque solicitudine, insidias vitæ meæ tendatis, quo vobis euadā: Nam cum id vobis sum, quod est fumus oculis spina pedibus, ipse ego statui non diutius vobiscum diuersari. Proinde ne putetis vestras manus euadam, neue effugiam, quando sponte mea me morti offeram, cum id tempus venerit, quod a patre definitum est, quo per crucem hinc in gloriam iturus sum, id quod non in vestra, sed in mea ditione est positum. Quod in capite hic gestum est, in membris geri non semel exploratum est. Cura igitur vt membrum fias viuum & verum CHRISTI. Nam historia de Dauide prolugo nota est. Qui quanquam sæpenumero in persecutione Saulis, pene comprehensus esset, semper tamen aduersarii insidias effugit, quia nondum venerat hora tempusq; illud extremum a patre destinatum. Idem in Paulo videre licet, qui toties iudæorum manus euasit aliquando per funem dimissus, nonnunqnam per internuncium, plerunque angelica communione. Quo etiam colligimus aduersus genethliacos & eos qui fato siderumque imperio ne-

Osee. 7. Psalm. 2. 1. Reg per capita. 19. 20. & deinceps

ſtram voluntatem, actus, negotiaque, quaſi neceſſario huc Aduerſus illucue ageremur, non autem libere, ſubiiciunt, pulcherri genethlia-mam rationem Nondum enim venerat hora eius, nempe cos & qui a ſe deſtinata ſuæ morti. Quandoquidem nemo alius il- fato cũcta lum adægit ad crucem quem propria voluntas. Itaque pu- tribuunt. ſillum hoc temporis, quo cum eis diuerſabatur, non infa-tum, neque in ſiderum præſcripta reiiciendum, ſed in eum qui ſeipſum obtulit, quando voluit, Poteſtatem, inquit, ha beo ponendi animam meam & poteſtatem habeo iterum ſumendi, & cætera. Vado, inquit, ad eum, qui miſit me, non ait, ad nutum ſiderum adigor, & quaſi impellor, ſed ipſe ego vado ipſe pergam ad patrem a quo legationem ſuſcæ-pi, quam & gnauiter exequor, etiamſi omnes in vniuer-ſum inſaniatis. Nihil enim veſtras inſidias, nihil moror furentes impetus, Equidem capillus de capite meo non peribit, niſi ipſe ego annuam. Quæretis me & non inuenietis, & cætera. Hæc ſententia ſemper ob oculos flagitioſis & perditis hominibus ponenda eſt. Qui pro-priæ ſalutis nullam curam videntur habere otiantur totos dies, & ſtertunt domi, alii deliciis bonam partem tempo-ris perdunt, alii effuſioribus & exquiſitioribus menſis in cumbunt ſicq; miſeri ne ſemel quidem, diuinæ gratiæ ſe-ſe accommodant. His futurum eſt, quod iudæis euenit.

Quandoquidem dei conſuetudo eſt offerre gratiam, cui Eſa. 55. vt te accommodes præcipit Eſai. 55. Quærite deum dum inueniri poteſt inuocate eum dum prope eſt. Et Dauid Pſal. 104. Quærite faciem eius ſemper, id eſt, non differatis, neque prendinatores velitis eſſe. Nam maxime verum eſt hoc lo-co quod vulgo dicitur: Fronte capillata poſt hæc occaſio calua. Quærunt enim & nunc Iudæi CHRISTVM, ſuſpirant Meſſihæ aduentum, ſed non inueniunt, ſed ſua ſpe, ſicuti lupi hiantes, fruſtrabuntur Reiecerunt enim eum dum præſentem ſe offerret, dum in vicis-bus, in plateis in Syagogis, palam ſe mundo ſerua-torem & verbis & rebus declararet. Ad idem habes quod Prouerb. 1. dicitur: Vocaui & renuiſtis & cætera. Prouer 1. Proinde poſſunt hæc verba referri ad tempus, quo per Titum & Veſpaſianum Hieroſolyma deſtructa

Quã periculosũ sit resipiscentiã protelarere.

est,dum multi quærere Christum ambierunt,sed frustra. Neq; enim exauditi sunt, Nam regnum gratiæ in gentes translatã erat,vt Paulus obprobrat Iudæis,& ita verum est quod ait·Non addam vltra misereri domini Israel,sed obliuione obliuiscar eorum sequitur.Voca nomen eius,non populus meus,quia vos non populus meus,& ego non ero deus vester.Non miseretur deus Israelliticæ gentis vltra, non inter populum suum agnoscit,quæ suum filium repudiauit,& dum potuit,resipiscere noluit Proinde hic vide quam periculosum sit,conuersionem ad deum ad extrema procrastinare fata. Satius enim multo est, redire ad cor, dum vales,dum sanus es,dum ex libero animo (nullo adactus metu pœnarum,resipiscis,vt hortatur nos Sapiens In

Sapien.1 simplicitate cordis quærite illũ.Hoc est simplex cor quod est rectum.Rectum esse non potest,nisi sit liberum.Liberum tum esse dignoscitur,quando non ex tristitia,sed neq; ex necessitate,operaris,sed alacri animo,& optimo.

Vbi ego sum,vos non potestis venire,& cæt.

Quod bifariam exponuut authores, Primum vt referas ad diuinitatis naturam,in qua est æqualis cum patre,ad quod nullus hominum(ne quidem Iudæi increduli solũ) potest attingere Solus enim æqualis patri est Solus is est, qui non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo .Alius est sensus qui mihi magis probatur, vt referas ad gra-

Hebr.11. tiæ regnum,In quo erat Christus & dux,& supremus,ac omnium primus res,ad quod Iudæi increduli peruenire non potuerunt.Nam fides huius regni,est ianua Oportet enim accedentem credere. Verum Iudæi increduli maluerunt

Rom.14. persistere,& ita demum sua culpa exules & extorres regni Christi facti sunt. Regnum vero Christi, non est esca &

Rom.16 potus,sed iustitia & pax,& gaudium in spiritu sancto,quæ vniuersa destituerunt pertinaces illos & abiectos Iudæos, ignorantes enim dei iustitiam,& suam volentes constituere iust Dei non sunt subiecti.Et cũ Christus totius legis perfectio sit,qui Christum repellit,legem ignorat,legem non obtinet. Vtrunq; igitur perdiderunt Iudæi per incredulitatem. Dixerunt ergo Iudæi ad se,&c.Nunquid in dispertionem gentium iturus est?Duo hoc lo-

si obseruabimus. Primum eum qui naufragium in fide fecerit dei mysteria, verba, ac oracula non posse intelligere. Est enim fides, vt diximus pauloante. omnium mysteriorum ianua. Qui igitur in fide corruit, & si multa quidé alias, eum tamen articulum fidei intelligere & peruestigare non potest, in quem cæcutiens impegit, Si non credis in eucharistia Christum, impossibile erit cætera capere, quæ huc pertinent. Si Sanctorum intercessionem non credas, impossibile erit credere, communionem sanctorum, quãquam interim accidere potest, vt Christum dei filiũ, mundi redemptorem credas. In id malum & Iudæi corruerunt Multa quidem de deo crediderunt, videlicet a deo docti, per Mosen, perq; prophetas, verum quia in Christum credere renuerunt, nihil eorum intelligunt, quæ Christus inculcat. Omnia enim alio atque alio rapiunt. Igitur dicunt, Quis est hic sermo quem dixit? Animalis enim homo non percipit quæ spiritus dei sunt. Secundo, Iudæi hoc loco tacite, ac ignari contra se prophetant, quod gentes incircuncisæ eligendæ sint, repudiatis Iudæis. Quanquam Christus nihil dixerit de discessu suo ad gentes, sed habitu eius ad patrem per crucem, per mortem, quo subinde excæcatio Iudæorum sequuta est, regni trãslatio, ac legis, & sacri Ephor. Sic igitur spiritibus etiam malis abutitur in commodum suum, sinit aliquando furere, sinit loqui, imo labra ora mouet, vt ea vel agant, vel dicant, quæ deus in suã gloriam, & bonorum vtilitaté conuertit. Sic & Caiphas prophetat, quanquam ignarus sit passionis dominicæ. Quod hoc loco Iudæis vsu venit, prænunciant enim, quod paulopost spiritus sancti missionem illam celebrem in die Penthecostes, per apostolos impletum est. Quandoquidem illorum opera gentes crediderũt domino, vt verum sit quod psalmista habet Populus quem non cognouit seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi Quo gentes significantur, quæ ignorabant deum, distracti in varios & eos quidé superstitiosos ritus, quibus suis diis sacra orgia & victimas litabant. vbi vero audierunt euangelii tubam, resipuerunt Hoc est quod alio loco dicitur. In Idumæam extendam calciamétũ meum, mihi alienigenæ subditi sunt. Idumæa,

1. Cor. 2

Ioan. 11.

Psal 17

ſanguinea interpretatur, ſignificans gentes infinitis pecca-
tis obnoxias, atque conſperſas. Extendit vero deus calcia-
mentum ſuum, id eſt, euangelium ſanctum, quo muniun-
tur affectus noſtri, ne corruant, neue ſe lædant. Hoc Euan
gelium pedibus diſcipulorum dilatũ eſt in gentes. Eſa. 52.
Eſa 52. Quam pulchri pedes euangelizantium bona, euangelizan
Ephe.6. tium pacem. Et Ephe.6 Calciati pedes in præparationem e-
uangelii. His igitur pedibus iuit Chriſtus gentes docturus
quanquam in propria perſona non ierit niſi ad oues, qui
perierunt domus iſrael. Quod vero huc nequibant veni-
Iudæi, cæcitas fuit in culpa. Illuſtrati enim fuerunt supern
lumine, ſed auerterunt oculos ſuos, ne viderent pellucen-
iuſtitiæ & veritatis ſolem. In nouiſsime autem di
Leuit.23 magno feſt. Dies ille magnus eſt octauus dies feſti tab-
naculorũ, de quo Leuit.23. Octauus dies erit ce-berrim'
atq; ſanctiſsimus, & offeretis holocauſtũ domino, eſt eni-
cætus atq; collectæ quo notatur temporis cõmoditas. Se
uiuit enim Chriſtus tempori, atque ſeſe accommodau
eidem, vt nactus occaſionem, doctrinam ſuam in ple-
adiutorium effunderet. Si quis ſitit, veniat ad m
Hunc locum tractauimus ſupra, quocirca paucis adſol-
mus eundem. Omnes prophetæ indicãt in Chriſto ple-
tudinem eſſe omnis gratiæ, omnium donorum atque Ch
riſmatum, ſignificant etiam eundem eſſe, omnibus expo
tum, adeoq; obuiã, qui ſe cupiunt, qui anhelant, qui ſit
Eſa.23. atq; eſuriunt, Omnes enim influit fons exuberatiſsim
que inferne, quæue ſuperne degunt. Hinc toties horta
vt ad ſe confugiamus. Eſa.55. Omnes ſitientes venite
Eſa.12. aquas. Et in Eccle.15. Cibauit illum pane vitæ & inte-
ctus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illũ. Certe ſalu
ris aqua illa eſt, quã e Chriſti latere hauriri iuſsit. Eſa.
Haurietis aquas, inquit, de fontibus ſaluatoris, Qui au-
id fiet inquies? Dicam, Cum Chriſto ſit plenitudo om
bonorum omnium promiſsionum, conſolationũ, delic
rum, diuitiarum, denique totius diuinitatis, vt teſtatur
lus Iam ſi vis ſitim reſtringere rerum corporalium, vt
uitiarum, vt ægritudinis, ſanitatis, & miſeriarum rel-

rum quibus sursum deorsumq; agitamur adito Christum adhibe eius verbum, ipse enim est sanitas nostra, & poculum nostrum, est diuitiæ, & quicquid tandem cupere, quicquid desiderare possumus. Si hūc adieris fidelis est, seipsum negare nō potest. Beati enim qui esuriunt & sitiunt iustitiā, quoniam ipsi saturabuntur. Hoc modo in deserto, patres Mat.5 nostri seruati sunt, qui circūierūt in melotis, in pellibus caprinis, q se ergastulis, eremi & vastæ solitudinis incluserūt, Heb.11 nihil aliud sitientes, quā cibum illum & potum quem Christus promittit, & vberrime præstat, modo accedas, modo efflagites, & ardentibus votis desideres. Restringit Christus & peccatorum situm, auaritiæ nimirum & libidinis, & ambitionis, si semel imbibitus fuerit, sædat enim simul ac biberimus ardorem nostrum, sædat ac temperat refrigeratq; concupiscentiæ flammam. Venter huius aquæ est cōscientia pura, ac fœcibus peccatorū emūdata bibito vero gratiæ liquore, reuiuiscit misera, lætaq; abit, & cōsolata ita addit.

Qui credit in me, sicut dicit scriptura. & cętera.

Hoc est, qui credit in me, meq; & amauerit, & imitatus fuerit, donabitur spiritu sancto Qui flumen est copiosum irrigans credentem consolatione, & viuificatione, id quod scripturis sanctis non semel testatum est, & sub fluminis aquarumq; omnibus significatū. Existimo enim inde finite hec loci accipi nomen scripturæ quanquam sint qui ac certum locum torqueant, nempe ad eum, qui est in .2: Paralipomenon decimosexto, vbi ita habes. Oculi domini contemplantur vniuersam terram, & præbent fortitudinem his, qui corde perfecto credunt in eum. Ego malo 2.Par. generatim intelligere non hoc solum loco vim spiritus CHRISTI designatam, sed infinitis altis, qui passim occurrunt. Esai. enim habes quadragesimoquarto Effundam aquas super sitientem, & fluenta super aridam. Esa.4 Effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam. Id certius est testimonium, quam quod ex Chronicorum libro profertur, si Hieronymo in Esa. commentariis credimus. Ad idem pertinet & illud: in die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem, in ablutionē peccators & menstruatæ. Hic est ille fons, qui impetu suo & viua scaturi-

gine totã ecclesiam implet, & lauachro regenerationis purificat, mundatq; ab omnibus inquinamentis conscientias nostras vt tandẽ fructificemus deo, & proferamus fructus vitæ æternæ dignos. Ad idem est & illud prouerbi .5. Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui. Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Verba esse possunt ad Christum, qui aquam vitæ æternæ e cisterna diuinæ clementiæ haustam, in omnes deriuauit, omnibusque impertitus est, sine personarum delectu.

Pro.5

Ro.5.

Hoc aũt dixit de spiritu, quem accepturi erant, &c. Euangelista dicit Christum aquæ nomine, spiritum sanctum significare, ad quam interpretationem alludit & illud Pauli: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Liquoris est fundi, & spergi, forisq; deriuari, id quod ipsa charitas operatur, atq; efficit. Fundit enim se in Deum, & in proximum, ceu in duos riuos, in deum religione, in proximum misericordia. Vtrumque autem vnus atque idem spiritus, corda nostra inhabitans, operatur. Fundit etiam spiritus sanctus omnia dona, & vniuersa spiritualia illa charismata, de quibus ad Corinthios Paulus Hæc inquit, omnia operatur vnus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout vult.

1. Cor. 12

Nõdũ erat spũs dat9, qa nõ erat Ies9 glorificat9.

Quod intellige de spiritus sancti publica reuelatione in celebri illo conuentu centum & viginti hominum, quomodo antea nunquam apparuit. Nusquam enim legimus antea congregatos homines accepto spiritussancto, linguis omnium gentium loquutos, moxque in alios homines mutatos, multa de cœlesti philosophia disseruisse, ædidisse miracula, & alia præclara facinora. Seruatum est hoc beneficium ei tempori de quo dicitur: Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus: Igitur spiritus sanctus multos quidem sanctos ante Christi glorificationem adflauit, vtpote Hiere. Dauidem, Mariam, Ioannem, Elizabetam, & omnes quotquot tandem doni cœlestis participes facti sunt, quemadmodum

Ps. 67.

& Petrus ait: Non voluntate humana allatam prophetiã sed spiritu sancto inspiratos & adflatos eos, qui sanctas ædidere scripturas. Idem enim spiritus qui orbem condidit, ferebatur super aquas, qui Apostolis datus est, quẽ & Christus primum insuflauit post resurrectionis triũphũ, deinde visibili signo misit. Verũ non idẽ modus fuit apparitionis. Is enĩ qui in die Pentecostes factus est, multo maxime fuit celeber, admirabilis & suspiciendus, non ita reliqui. Adde quod hic modus ad hoc institutus est, vt homines remissionem peccatorũ in omnes gentes diuulgarent, id quũ suapte virtute non possent, opus erat adhibere veritatis dulcẽ & paracletũ, qui intus ad credendũ hominũ mentes adduceret, & ne in desperationẽ caderent, solaretur. Addendũ & illud non aliud magis cõmodũ, magisq; opportunũ tẽpꝰ dationi solẽni designatũ, quã hoc ipsum quo datus erat in linguis igneis. Ad hoc enim datus est spiritus ille ignea figura, vt hoĩes ab amore sæculi ad æterna adduceret bona, vt omnẽ concupiscentiã restringeret, vt porro nos in Deũ transferret ac transformaret, id quod oportuit fieri, post illud tẽpus, quo cœlos conscendit caput nostrũ. Igitur Micheas. Ascendit iter pandens ante eos. Et Christus: Ignem veni mittere in terrã, & quid volo nisi vt ardeat? Et, Cũ exaltatus fuero a terra, omnia trahã ad meipsum. Itaque nos curemus animos nostros ad huius spiritus cœlestis adflatũ accõmodare, & vt nos imbuat rore benedictionis suæ, vt omnem libidinẽ extinguat, vt ad cœlestiũ rerũ amorem nos incendat, id quod faxit omnium bonorum largitor pater & filius & spiritussanctus.

Cur spũs sctũs nõdũ caẽ datꝰ nisi post Xpi glorificationẽ cum tñ piusnõ paucos implesset.

Mich. 2.

Luc. 12.

Ioan. 12.

❧ Feria tertia post dominicam de Passione. Ioannis. 7.

AMbulabat Iesus in Galilæam, non enim volebat in Iudæam ambulare, & cætera. Semper charissimi se Christus nostræ imbecillitati accommodat. Quãdoquidẽ ad hoc venit in mundũ vt mo-

do Deũ, modo hominem sese declaret. Declarauit se deum
mox vbi natus est, declaratus est & miraculorum potesta-
Ro 1. te & vt Paulus ait, per resurrectionem ex mortuis, per spi-
ritum sanctificationis. Hominis vero naturam & si alias,
hoc tamen loco potissimo argumento commonstrat (no-
lens se in manus hostium insanientium conijcere, etiam
citra incommodum potuisset) diuersatus in Galilæam.
Ioan.10. futurum olim præuidit Hiere.12. Dereliqui domum me-
am, dimisi hæreditatem meam, dedi animam meam dile-
ctam in manus inimicorum meorum. Ipsissima Chri-
sti hæreditas, bona sunt quæ cum patre æterno habet com-
munia, id est, quod deus est, quod rerum omnium opifex
quod semper idem subsistit, de iis ait. Quod dedit mihi
pater maius omnibus est huius hæreditatis immemor vi-
detur fuisse, dum nostram assumeret naturam dum habi-
tu offẽderetur vt homo, id est, fugitans & cedens improbi-
tati malorum. Proinde vbi voluit, dedit nihilominus di-
lectam animam suam in manus hostium, captus est, vbi
voluit, detentius, quando voluit. Recte igitur, inquit Albi-
nus. Non ipse perdidit potestatem, sed nostram confessus
tus est fragilitatem. Futurum enim erat quosdam sæuitiam
tyrannorum pertæsos, sese abscondere, ne a persequutori-
bus inuenirentur. Itaque ne illis probro esset fugitare ne-
ue latibulum obijceretur, ipse prior lauit, prior abscondit
se. Potuit enim in Iudæam concedere, etiamnum inuitis
Iudæis potuit & seipsum seruare incolumen, verum maluit
se nostris accommodare imbecilitatibus, maluit aliquan-
diu latitare, ne desperaremus, si quãdo mors aut calamitas
aut cætera mala humeris nostris impendent. Dicit igitur
Euangelista. Ambulabat Iesus in Galilæam, & ce.
Esa.9. Clam significans emigrationem fidei a Iudæis ad gentes
Mat.28. Nam Galilæa gẽtium vidit lucem magnam, inquit Esai.9.
Ad idem spectat quod post resurrectionem suam, præci-
pit, vt sui eum in Galilæam præcedant. Etenim gentes se
Psal.65. fidei subiecerunt, ad prædicationem Apostolorum, Psal.
65. Oculi eius ad gentes respiciunt. Quod igitur alio se-
cessit, nõ metu neq; formidine, sed diuino consilio factũ est
Ita enim rebus ipsis voluit præsens declarare, quod Pau-

so post exequuturi erat; Apostoli, sese ad gentes porro transferentes. Non enim volebat in Iudæam ire, quia quærebant eum interficere Iudæi.

Veritate Christus sibi multorum conciliauit inuidiam, id q̃d vsu venit iis qui ꝓpugnatores sũt veritatis. Nã obsequium amicos, veritas odiũ parit. Christus qui ipsa veritas erat, nõ secus, quã ad huius canonẽ vel viuere, vel docere potuit, hunc odiũ domesticũ, hinc insidiæ apud exteros, sibi cõflauit. Ad eundẽ modũ & Hiere. moliti sunt insidias impii Iudæi, & aliis item & posteris quoq;. Matt. 23. Lapidas eos q ad te missi sunt. Et alibi: Quẽ ẽm Prophetarũ nõ sunt persequuti. Addit Euangelista caussam, cur latuerit alioque diuersatus sit, quia quærebant eum Iudæi interficere. Cur ita? Nam sabbatum soluebat, & dei filium se iactauit. Atqui hic magnifestario constat hos non amore iustitiæ & diuinæ gloriæ zelo adductos sed odio, sed id quod inuidia solet, qualescunque caussas prætexere, vt suam libidinem explerent. Tentarunt enim omnia, quæ excogitare potuerunt, media, sed minime iusta, æqua, & recta. Qui enim alteri ex insidiis vitam eripere contendit, eo ipso declarat se iniustam fouere caussam. Veritas enim angulos nescit, diuerticula non quærit sed omnia palam & in aperto gerit. Contra qui male agit, odit lucem. Cæterum hic nota, semper suo facto, Iudæos legis transgressores, cuius iniuriam vindicare in Christo tantabãt: Ita enim lex Exod. 21. Si quis per industriam percusserit proximum suum & per insidias ab altari meo auellas eum, vt moriatur. Condemnãtur hac lege Iudæi, qui innocenti insidiantur, vitamque eripiunt, qualis fuit Christus. Nam alias legimus, in iusto bello, caussaque iusta, insidiis vti licitum, potissimum si iussio domini accedat, vt habes Iosue. 8. Pone insidias vrbi post eam, id q̃d & fecerũt & cæderũt regẽ, & vrbẽ Hai, & omnes qui hãc ĩhabitabãt occiderẽt. Idẽ, exẽplũ & ĩ lib. Iudicũ & Reg. habes. Verũ id imitari nõ licuit Iudæis, cũ nõ subesset iussio dñi, neq; proĩde iusta caussa. Vtroq; enĩ destituti erant. malis ẽm artib⁹, ĩuidia & liuore corrupti, ĩ Xpi mortẽ cõspirarũt. Erat aũt in proximo dies festus Iudæorum scenopegia. Festa sunt tabernaculorum, ascynos

Ioan. 14

Matt. 23

Ioan. 3.

Exod. 22

Iosue. 8

quod est tabernaculum & pignyo, figo aut conglutino, instituta autem erant a quintodecimo die mensis septimi, in hoc vt populus vicos deo rependeret, si quas posset gratitudinis, propter conuectas, fruges, fructusque importatos. Ideo & tabernacula fiebant, & quasi sub dio agentes lætabantur. Vnde & Psalmos quosdam Dauid, qui inscripti sunt pro torcularibus quidam dicunt compositos esse in hanc diem. Nam tunc torcularia sua implebant, & vuas exprimebant, vt ait Theo proptereaq; gratias agebant, & sacras odas, hymnosque decantabant. Talis est psalmus octauus, &. 80. in quo sic habes: Sumite psalmum, & date
Psal. 80. tympanum, psalterium iucundum cum cithara, Bucci. in Neomenia tuba. Cur ita? quia cibauit eos ex adipe frumẽti, & de petra melle futura. Ad idem pertinet & psal. 83.
Psal. 83. quo ita canit Propheta Quã dilecta tabernacula tua domi
Leuit 23 ne virtutum, concupis. & deficit anima mea. Porro de hoc festo in Leuit. 23. Moses sic ait: Mense septimo celebrabitis festum, & habitabitis in vmbraculis septem diebus, omnis qui est de genere Israel, manebit in tabernaculis, vt discãt posteri vestri, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cũ educerem eos de terra Aegypti. Eit igitur ratio festi, beneficium accæptum quod repensari nulla alia re quã gratiarũ actione, & laude poterat. Id vtinam & nos Christiani prestaremus, qui non tantum iis beneficiis
Gratiarũ actio. affecti sumus, quæ cum malis habemus cõmunia, sed multo pluribus, & amplioribus quotidie afficimur, nos vix dignamur, vna hora gratias agere, illi totos septem dies grati fuerunt. At inquiet quispiam. Nos reuelato Euangelio, perpetuo ferias agimus, perpetuo grati sum⁹, id qui potest de se iactet, ego profecto non possum, nec etiam id quod possum, facio Factis enim mensuratur animi obsequium & in deum gratitudo, nõ solũ verbis ampullosis. Si igitur volumus hoc festum recte, si religiose celebrare, age, teipsum examines, teipsum inhabites, atque ex te metiri velis ipso, quam gratus pro benefactis si creatori. Is enĩ gratias agit & habet: qui seipsum in dei obsequium porro emancipat. Is vero, in tabernaculis & quasi subdio habitat
Heb. 13. qui in mentem reuocat ea, quæ Paulus testatur, Non habe-

mus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus Et item: Quandiu in hoc terreno habitaculo corporis nostri geminus, domicilio nostro, quod e cœlo est, superindui desiderantes. Quandoquidem certi sumus, quod si terrenum hoc corporis nostri domiciliũ destructũ fuerit, ædificationem ex deo habemus domicilium non manufactum, sed æternum in cœlis, vt habet ad Corinth. Paulus Est ita q3 quod imitemur, hoc loco, pulcherrimũ argumentum, & exemplum. Nempe illud, quod Patriarchæ, qui frequenti⁹ tabernacula & castra mouisse dicuntur, ac mutasse, nos edocent typo quodam, non esse hic figendos pedes, vbi omnia caduca ac plena discriminibus sunt. Mouit Abraham castra, mouit tabernaculum suum. Sic & Iacob vir simplex habitauit in tabernaculis, sic & alii, Iosue, Dauid, & quotquot fuere viri cordati, non admodũ soliciti fuere, domos muros, ciuitatesq3, ac munitiones terrenas extruere, probe iudicantes omnia esse transitoria & caduca, quemadmodũ docet. 1. Cor. 7. Paulus: Præterit enim figura huius mundi, transeuntq3 vniuersa quæ sub sole sunt, & nihil est stabile, nihil, nisi ipsa veritas, & vnica virtus, est perpetuum. Vanitas, & vanitatũ transeuntiũ sentina quædã inter mortales est. Id nobis tabernaculorum celeberrima festiuitate declaratur. Sumus enim peregrini & aduenæ, si hunc mundum cæmentarium spectes, Sin vero cœlestem illam domũ quæ viuis ex lapidibus constructa est, ciues sanctorũ & domestici dei. Quæ igitur sursum sunt inquiramus, non quæ inferne. Transi hinc & vade in iudæam, & cætera. Hæc vox infidelitatis & arrogantiæ indicium est, infidelitatis est nõ credere in Christum, qui probe nouerat, quod maxime omnium fuit consultũ. Arrogantiæ vero & ambitionis ambire ex alienis factis gloriosã quandã fugacẽ, id quod cupiebant Christi fratres. Prodit autem ex affectu carnis, hoc est ex iure propinquitatis, perinde atq3 dicerẽt. Instat dies festus admodũ celeb.r, & solẽnis, hunc inter alienigenas transigere non expedit. Id enim gloriæ tuæ non minimam inureret infamiæ notam, siquidem hic latitares subtimidus. Perge igitur in Iudæam, adeoq3 in regiam & florentissimã regni ciuitatem Solymã, qua plures ex fi-

1. Cor. 5 Nõ habemus hic manentẽ ciuitatem.

Gen 18
Gen. 25.

1. Cor. 7.

Ephe 2
Col 3

nitimis regionibus confluunt, illic habebis amplissimam aucupendæ gloriæ materiam Noli negligere imprudentius propriam famam. Fratres hoc loco, intelligas cognatos (nisi eos volumus dicere, quos Ioseph ex priore habuit vxore, fratres, id quod Theophyl. probatur, mihi vero necdũ satisfecit) virginis, quemadmodum & Abrahã, & Loth dicti sunt fratres cum Abrahã patruus esset Loth Et Labam & Iacob fratres dicti sunt, cum Labam auũculus esset Iacob. Fratres itaq; domini, vel metu, vel inani gloria corrupti, non credebãt in Christũ, etiã si fingãt credulitaté, id quod fere predixit Hiere. Fratres tui inquit ca. 12. & domus patris tui, spreuerũt te, & ipsi clamauerũt post te. Noli credere quia loquétur ad te bona. Quæ verba eo tẽdũt, vt cognatos Christi incredulitatis arguant, qui sic vrgent, sic instãt vt pergat, seipsũ declaraturus mundo. Qui enim humanam gloriã aucupare volũt in Christũ syncériter affici. Christo q; credere non possunt. Vt & discipuli tui videant. Discipulos eos vocant, qui in Iudæis crediderunt, quorum occasione, sic consultant, sicque instant, vt prodeat in lucem, seque in iudæam conferat. Venabantur enim non tam CHRISTI, quam propriam gloriam. Vtcunque igitur consultauerint, carnaliter stulteque consulunt, ipse enim qui sciebat quid facto opus esset, talibus consultoribus opus non habebat. Nemo quippe in occulto aliquid facit, & quærit ipse in palam esse. Si hæc facit manifest. Volebant is verbis persuadere CRISTO. vt suæ authoritatis specimen in regia Iudæa coram magistratibus & Iudæorum principibus exhiberet, vt gloria eius redderetur celebrior, vt maiorem discipulorum numerum sua doctrina ac miraculis pareret Videbatur enim multa quidem magnifice & mirabiliter sed imprudenter agere. Vt pote coram agrestibus & obscuris hominibus, multa actitans, a quibus nullo honore neque beneficio neque officio dignandus esset, vt sit sensus, Nemo qui magnus haberi cupit, qualem te ex verbis & factis animaduertibus, ea in occulto facit, quibus sibi amplam apud homines venari possit opinionem. Si de cœlo

Hie. 12.

descendisti, si tantus vir es, si patrem in cœlo habes tutorem, quid metuis homines? quid in diuerticulis, quasi profugus latitas? quur teipsum non vindicas? cur non studes mundo fidei honoratior? Atqui hoc loco facile intelligere possumus, quantum malum est inanis gloria, quam insidiari soleat etiam optimis viris, seque miscere quamlibet præclare gestis. Reliquerant discipuli domum, parentes possessiones, sed necdum hos reliquerat vermis ille letiferus inanis & arrogantis gloriæ. Videri volebant etiamnum sui magistri authoritate honorationes. Nos itaque hanc viperam, simul ac irrepserit iugulemus, eique caput amputemus ne totum corpus bonum operum inficiat, dicamus cũ Dauide. Non nobis d.ie non nobis sed nomini tuo da gloriã, Et item illud. Soli Deo honor & gloria Imitantur horũ discipulorum arrogantiam, quotquot ex præclaris præceptoribus sibi laudem aucupari volunt, cũ interim nihil ipsi, quod eruditum sit ac ingenuum præstare queant. Quemadmodum & Pharisæi, Nos inquiunt Mosi sumus, cum tamen nec Mosen intelligerẽt, nec quæ præcepit obseruarent. **Dixit eis Iesus. Tempus meum nondum aduenit, tempus vere vestrum semper est paratum.** Idem fere respondet matri. Nondum venit hora mea, id est, nondum tempus emensum est, quod non ex vestro consilio, sed ex patris decerto pendet, , hoc vero est tempus crucis & morti-, quo me toti mundo declarabit esse suum adamatum & charissimum filium pater. Hoc tempus & si ignominia plenum videatur, addet tum mihi gloriam & cõparabit perpetuam laudem Lu.24 Oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriã suã, potest & ita intelligi. Christi tempus, quo decreuerat ascendere, seipsum manifestare, & mundo innotescere, necdum aduenisse quando cõsultoribus suis ire libitum erat. vt indicaret, humilitaté præcedere debere gloriã, & honorẽ, quemadmodum sapiens ait. Prouer, 15 Gloriam precedit humilitas. & alibi Humilem spũ suscipiet gloria. Humilis erat Christus, & quasi ignobilis, ante latitare voluit, antea furori, Iudæorũ cedere, & ita demũ opportuno se mũdo manifesta-

Inanis gloria q̃ insidietur bonis viris. orae clareque gestis

Psal.113.

1. Tim,1.

Ioan 2.

Luc.24.

Humilitas præcedit gloriã

Prouer.15.

re tempore, Hoc enim suum tempus appellat, Apostolorum vero tempus illud est, quod semper opportunũ mundo videtur. Quo videlicet mundus, quæ sua sunt quærit, sua studia sectatur, amat promouet, Non potest mundus odisse vos, me autem odit, quia ego testimoniũ perhibeo de illo quia opera eius mala sunt.

Veritas odiũ parit.

Pulchra sententia, & quam iugiter ob oculos ponere debet verbi minister, si quando incurrit odium, dum arguit flagitiosos, dum taxat vitia, dum damnat peccata. Mũdus enim eos execratur, & quasi abomiuatur, qui sequuntur solitudinem, qui patris gloriam spectant, qui ab ea quæ in mundo est, concupiscenta, homines auocant, qui id præstant, quod præcipit Ioan. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt Et item, Si quis diligit mundũ, non est charitas dei in illo. Quis enim eum diligere, quis erga hunc bene affici potest, qui in maligno positus est totus: Dicitur ergo, Non potest odisse vos, qui videlicet illi adsimiles estis. Nam ita vbiq; cõpertũ est, vt similem suo applaudat simili. Iam cum morum similitudo ad amorẽ conglutinet mirificeque animos copulet, nemo est, qui mirari debeat, cur veritatis doctorẽ abominẽtur impii, cur detestẽtur magnates, Christus vero ipsissima veritas, non solum eo sibi inuidiam magnatum & principũ conciliauit, quod eorum externa & manifestaria flagitia, quæ nemo non nouit esse mala: arguit, sed etiam interius latentem hypocrisim, odium & alia quæ tacitus ab iis gerebantur, scrutabatur. Id quod multo maxime dãnauit & execratus est. Idẽ omnibus contingit. qui, quod vulgo dicitur, rẽ acu tangũt vulnusque lateris pungunt principum ac magistratuum, Si enim sacerdotum auaritiam, si latentia Monachorum vitia vel obiter tangas deum immortalem, quam hic vociferantur, quam insaniunt, Tolle, inquit, tolle, abige e ciuitatibus hunc verbi ministrum, aduersatur enim operibus nostris, id est imposturas nostras obprobrat nobis palam.

1. Ioan. 2.

Sic semper verũ est, quod ait poeta: Obsequium amicos, veritas odium parit. Et. 1. Ioann. 3. Nolite mirari fratres, si odit vos mundus. Semper enim mundus miris stratagematibus, miris arietibus aduersus spiritum & dei verbum pu-

1. Ioan. 3.
Vitia prodi nolunt.
Galat. 4.

gnat. Id quod in Ismael & Isaac licet cernere. Vide Paulum Gala 4. Mundi igitur nomine vitia intelligas, quæ argui nolunt, nec facile se in lucem prodi permittunt, ne videlicet ab omnibus vitentur. Ea enim est flagitiorum & omnium criminum natura. si prodas, si palam traducas, si adhibeas ad lucernam, quod sua ipsorum turpitudine displicere incipiunt. Ita ipse ad cordis tui abdita, & id ipsum non secus se habere offendes. Cæterum, eo etiam discipulorum consultatio & vana & carnalis fuit, quod quamuis amice quidem viderentur monere Christum, vt sese in Iudæam conferret, famæque aucupandæ studeret, non tamen mediis id congruentibus fieri volebant. Volebant enim gloria gloriam, & laude laudem comparari, id quod impossibile est. Vera enim ad gloriam æternm duraturam via est humilitas, crux, ignominia, sui contemptus, hac via itur ad patris gloriam, hac cælos conscendimus, vt superius dictum est. Verum, hanc a tergo relinquere volebant fratres eius. Idē fere malum contigit duobus fratribus, ergo audiunt nescitis, quid petatis. Et Petro dehortanti a crucis ignominia, ob id audiuit. Abi retro Satan, quia es mihi scandalon. Nemo igitur se existimet simul in præsenti, & in futuro gloria affi ciendū. Vos ascendite ad diem festum hunc, ego non ascen. Recte inquit, ad diem festū hunc, vbi videlicet gloria mundi spectatur, vbi in deliciis viuitur, vbi nihil æternū, nihil quod mansurum sit cogitatur, ne dicam agitur. Declarat hoc verbo & facto, Christus, se nolle sequi vmbras legis. Quandoquidem ad id venit, vt in se impleat ac legem perficiat, quæ hactenus pedagogus fuit. Prædixit hoc olim futurum Esa. Odi inquit, & proieci solemnitates vestras, etsi obtuleritis mihi holocausta & sacrificia non accipiā. Legales hic damnantur cærimoniæ, quas & refellit Pau. non vno loco maxime tamen in epistola ad Hebræos. Itaq; verba Christi sic accipiēda sunt. Vos igitur qui vmbris adhuc hæreticis, qui Synagogæ filii & dici & baberi vultis. agite vestros dies festos, ego cui vmbræ minimæ arrident, imo qui has tollere veni, non ad eum modū ferias facias acturus sum, Tempus vero meum nondum impletum

Triūphus tiumpho nō acquiritur apud Deum sen sui cōtemptu.

Matth. 16

Esa. 1

est, hactenus enim mihi viuendum donec venerit hora a patre destinata. Sunt enim ædenda adhuc signa, sunt scripturarum mysteria aperiunda, sunt omnia sacramenta instituenda, quæ vbi cōpleuero, iam mihi crux in qua ferias celebrabo sacras, qua omnes vmbras vestras apertam, per

Ioan, 12, quam & mundum & dæmonum superabo, omniaque ad meipsum traham. Hoc vbi aduenerit, non grauabor parere votis vestris, imo mea sponte parebo **Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa.** Mansionem Christus in Galilæa facit aliquot diebus, significans idipsum quod post resurrectionem suam facturus erat, quando suos in Galilæam præcessit, ex qua & multa prodierunt bona nempe

Matth. 23 pe fidei transmigratio a Iudæis in Galilæos gentium in quibus manet Christus, nunquam ad Iudæos carnales rediturus. Cur ita? quia verbum veritatis spreuit, quia pro-

Matth. 23 phetas sanctos occidit, alios quidem lapidans, alios cruci

Hiere 3. affigens alios probris afficiens. Igitur relinquetur vobis domus vestra deserta ait Christus Matth. 23. Et Hierem 3. Sicut spernit mulier amatorē suum, sic contempsit me domus Israel. Sed quid addit? Conuertimini domus Israel reuertentes & sanabo auersiones vestras Sanat Christus océ qui e vitiis ad virtutes transmigrant, mãsionesq; extruunt in eo, nam qui manet in charitate in Deo manet, & deus in eo Manet apud eos qui verbum dei custodiunt. Est enim verbum domini, præparatio sedis eius, quo solet in-

Ioan. 14 habitare ac nobiscum manere Christus Ioan. 14. Si quis diligis me sermonem meum seruabit, & ego & pater dilig. & mansionem apud eū faciemus. Porro hic tabernaculum figendum est, hic habitandum, & perpetuis deliciis perfruendum nempe in domini verbo Is vero in hoc immoratur, qui fide amplectitur, qui charitate exequitur Adhoc

1. Ioan. 2. 1. Io. 2. Qui seruat verbum eius vere in hoc charitas perfecta est, in hoc scimus quoniam in ipso sumus, Et qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ita & ipse ambulare **Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit, ad diem festum non manifeste.** &cæt.

Breuiter expendamus quæ in hoc verbo latent doctrinæ

Primo, quod Christus ascendit, ad diem festum, non inconstantiæ, sed prudentiæ, & diuini consilii fuit. Alia enim & alia ratione Christus, alia fratres ascenderunt. Ascēdit ille docturus & patris voluntatem exequutus Patris voluntas fuit, docere salubriter, vt habet Aug corrigere hominū errata, de festo æterno monere amorem sæculi huius proscendere & in deum affectus nostros conuerte, solaque illa bona spectare, quæ perpetuo duratura sunt Hanc legationem grauiter. Christus exequutus est hacque ad sacras ferias ratione ascendit. Hi vero ascenderunt acturi vmbras quas sua præsentia sustulit Christus. Ascenderunt, inquā cupidi inanis gloriæ, quam ex magistri gloria aucupari instituerant, Secundo ascendit occulte, & quasi furtim, quia diuina virtus in eo latuit, nec omnibus manifesta erat. Induit enim nostrā personā & nostras infirmitates, potuisset quidem manifesta potentia aduersariis occurrere, sed nobis parum profuisset, Itaque docuit nos, ne præcipites ingeramus nos emergentibus periculis, semper petentes. Et ne nos inducas in tentationē. Sed libera nos a malo Tertio, occultæ ascendit, nō requirebat hominū fauores, nō pōpis sæculi & stipantium se turbarum obsequiis oblectabatur, eoque nec comitatū secū discipulorū habere voluit, Omnia hæc Esa. vno verbo complectitur. Vere tu es deus absconditus. Et item. In humilitate iudicium sublatum est. Quarto, cum necdum opus sibi concreditum exequutus esset in cruce, voluit interim legi etiamnum obsequi, ne quam calumniandi ansam aduersariis præberet. Erat autem lex, Exo. 23. Ter in anno apparebit omne masculinum coram domino deo tuo. Quod igitur ad ferias tabernaculorum ascendit obedientia est paterni mandati, & reuerentia legis a se datæ, quo nostram paruicacitatem percutit. Nos grauiter exequimur quæ nobis deitus demandata sunt, spernimus (quod multo deterius est) & maiorum decreta negligimus proprias a nobis ædita leges. Non sumus igitur veri imitatores Christi, qui num legi obediendum sit nū parendū cicto magistratuī, disquirimus. Neq; enim legū examinatores sumus constituti, sed prius exequutores.

Mat. 7.

Esa. 45.

Exo. 23

Iudæi quęrebant eum & dicebant, Vbi est ille.

Hinc intellige Christum non frustra occulte ad festum asce-
disse, ne in principio festi, priusquã desideratus & cognitus
ab aliis esset, insidiis circũueniretur, seq; cogeretur subdu-
cere mox initio. Quærunt vbi ille, qui sabbatum violat, qui
sibi diuinitatis nomen arrogat, qui nostra nobis peccata
obiicit? **Et murmur multum erat in turbis de eo.**
Quod ait murmur, recte quadrat ad rem ipsam, nam con-
fusanea ædebatur vox quædam, perinde atq; solet strepi-
tus aquæ læniter decurentis ædi. Varius enim sermo de
Esa.5. Christo omnium domino, & optimo magistro ferebatur,
aliis seductor habitus est, quos iampridem Iesu gloria ma-
Ose.7. le habuit, atq; ii clarius sonabant, qui ex illorum fuerũt nu
mero, de quibus esa. 5. Væ qui dicitis malum bonum, & bo
num malum, ponentes lucem tenebras, & c. Aduersus quos
intonat Ose. Væ eis qui resilierunt a me, redemi eos, ipsi
autem aduersus me falsa loquuti sunt Latuit hos veritatis
Hiere.8 pulchritudo, latuit diuina, quæ in Christo erat potentia,
qua potuit dum voluit, prodire in lucem. Quanquam in-
terim se sapientes existimarent, sed quid ait Hiere. 8. Vere
mendacium operatus est stylus scribarum, confusi sunt sa-
pientes, perterriti & capti sunt, & sapientia nulla est in eis
Quærunt igitur dominum, sed male neque quo oportet mo
do, eoque non inueniunt. Nam vbi Esa. præcepit quærere
Esa.55 dominum, addit & modum Derelinquat impius viam suã.
& vir iniquus cogitationes suas, &cæ. Desine igitur ab ira,
& derelinque furorem, siquidem dominum inuenire vo-
lueris. Nemo enim in spiritu sancto potest dicere anathe-
ma Iesu, neque male loqui potest de domino, qui particeps
est diuini numinis, qui Christi virtutem habet cognitam.
Alii aliud de Iesu surrabant, nempe populares, qui man-
suetudinem ac beneficia experti erant, clancularìis sermo-
nibus testantur hunc esse virum quidem bonum, indignũ
cui per insidias vitam eripiant principes, & quod Cyril. ait.
Pene rectam de illo sententiam efferunt, non posse putan-
tes opera dei, quenquam facere, nisi aut deus ipse natura
sit, aut dei particeps, & gratia plenus, & idcirco bonus ac
innocens Cæterum hic vide qualia iudicia subit iudex vi-
uorum & mortuorũ. Vnusquisq; enim suæ prudentiæ spe

cimen exhibebat, nemo tamen palam audebat hunc probum & innocentem pronunciare, ne confessione Christi e Synagoga eiiceretur. Qui iam volet Christi discipulus haberi, aliorum de se iudicia etiamnum mala ac peruersa patienter ferat, non fremebunda ira resistat, non indignabundus in alios furiat, sed sinat mundum, vt velit, furere. Meminerit quod ait Paulus: Christi bonus odor sumus, aliis odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem. Et item. Vt seductores & veraces. Inter verba igitur laudantium & vituperantiũ, vt ait Grego. vir sanctus, ad animum recurrendum est, examinanda conscientia est, & vita anteacta dispicienda. Si falsa sunt quæ loquuntur te aliena mendacia non commaculant, vt surdus pertranseas, id quod alicubi se fecisse fatetur Dauid. Ego tanquam surdus nõ audieb ã, & sicut mutus non aperiens os suum, Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones, Sin vero opprobrant, doleas te ansam obtrectandi, hostibus tuis præbuisse, & patienter eo magis ferendum, quo maior culpa a te commissa est. Semperque caueto ne vel oculus, vel pes, vel manus tua, tibi, aliisq; ruinæ fiat occasio, id vbi feceris, sinas mundum iudicare, & dicito cum Paulo: mihi pro minimo est, vt a vobis iudicer aut ab humano die

Qui velit christi discipul' esse aliorũ de se iudicia spnet.

2.Cor.3.

Psal.37.

1.Cor.4.

Nemo tamen palam loquebatur de illo, propter metum Iudęorum: & cętera.

Colligit ex hoc verbo Cyril. argumentum, plæbem plus nimio subiectam fuisse pharisæis & principibus. Quia nec laudare quidem, quod laudandum putant, palam audiebant Eoq; & perditionis eorũ, rationes relaturi sunt, vt Hiere. indicat. c. 12. Pastores multi demoliti sunt vineam meam conculcauerunt partem meam, dederunt portionem meam meam desiderabilem, in desertum solitudinis, posuerunt eam in dissipationem. Dissipauerunt quidem principes vineam domini Sabaoth Israeliticum populum, quando studio, data opera, & animi peruersitate abalienauerunt subditorum mentes a Christo, quem tamen oportuit ad Christum mittere ceu legitimum & hæredem, & doctorem: metuo id vsu non semel & nostro sæculo euenire, quando multi suorum principum & magistratuum metu aut hæ-

Hier.12.

reſes amplectuntur, aut imitantur, aut etiam abuſus ambitione, & auaritia inuectos, probant. Qui eo grauiores dabunt pœnas, quo facilius ſua authoritate potuerunt coercere ab ouibus Chriſti lupos rapaces. Atqui hic in faciem obſiſtendum eſſet malis principibus, & dicendum cõſtanter cum Petro: Melius eſt obœdire deo, quam hominibus Nolo tamẽ, vt hac ratione rebellionem moliaris aduerſus magiſtratus, Male enim debes, ferre iniuriã æquo animo, quã tuapte temeritate tumultuari aduerſus eos q ĩ ſublimitate cõſtituti ſũt. Satis ſit tibi, nõ aſſẽtũ i malis dogmatis.

Feria quarta poſt dominicam de paſſione. Euang. Ioannis. 10.

Zach. 6. FActa ſunt encænia Hieroſolymis, & hyems erat. Zacharias chariſsimi ait. c. 6. Ecce vir oriẽs nomen eius, & ſubter eum orietur & ædificabit templum domino, & ipſe extruet templũ domino, & ipſe portabat gloriam, & ſedẽbit, & dominabitur ſuper ſolio ſuo, & erit ſacerdos ſuper ſolio ſuo, & cõſiliũ pacis erit inter illos duos. Quanquam hunc locum alio torqueant Iudæi, nempe ad Zorobabel, & Ieſum filium Ioſedech, tamen ſi Hierony. cæteriſque maioribus noſtris credimus, multo eſt accõmodacior in Chriſtũ quã in quemuis alium. Eſt enim Chriſtus vir oriens i germen. Eſa. 4. In die illa erit germen

Eſa. 4. domini in magnificentia. Et Hiere 23. Ecce dies venient dicit dominus, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtũ, & reg rex,

Hiere. 23. & ſapiens erit. Quæ omnia æquiſsimo iure & ordine in Chriſtum tendunt, qui e terra illa benedicta, virginali ſcilicet prodiit, quando veritas de terra orta eſt. Subter hunc Chriſtum virum vtiq; a deo & hominibus probatũ, ſemper orientem, extructa eſt eccleſia viuentium & credentiũ quãdo in cruce ex latere fluxit ſangu s & aqua, Is, templũ domino de viuis lapidibus extruxit, incipiẽs a Iudæorum templo ſuam doctrinã deriuare in oẽs homines, qui eum ſuſcæperunt. Qui ſubinde accæpit virtutem & decorem, & fortitudinem, vt in Apocalypſi habet Ioan. ſeditq; aliquot

Apoc. 5. diebus In ſolio eccleſiæ, & virga oris ſui hanc optime gubernatus eſt. Dominans etiamnum in medio inimicorum

Pſal. 106.

suorum. Fuit autem & sacerdos dextris eius, vt legunt septuaginta. Quo significatur Christum & regem & pontificem esse, qui omnia restituat ac renouet, nosq; cum patre vnum efficiat, vt sit ipse pax nostra, qui fecit vtraq; vnũ Proinde hæ omnes tam illustres, tamq; insignes conditiones etsi alias, in hac tamẽ euangelica lectiõe palam manifestantur, id quod in enarratione euadet perspiacius.

Facta sunt encęnia. Pluratiuo numero dicuntur encænia innouationes & restaurationes. Festa videlicet quibus celebrabatur templi innouatio seu dedicatio, quãdo videlicet templum sacratum erat & deo dicatum. Notandum vero id quod omnibus probatur authoribus, templum illud in Hierusalem ter sacratum, seu etiam instauratum. Principio a Salomone, cum magna gloria, & totius regni pace. id quod in. 3. Reg. 8 habes. Facta est autem hæc dædicatio autumni tempore, mense sextili videlicet. Secundo a Zorobabel Iesu sacerdote magno, & reliquis filiis transmigrationis Babylonycæ, verno tempore extructum & innouatũ est. 1. Esdræ. 6. Tertio, a Machabæis hyemis tempore, id quod habes. 1. Machabæ. 4. Et apud Ioseph. libr anti. 12 c. 14. Celebrauit, inquit, Iudas cum ciuibus suis pro renouatione templi, sacrificia per dies octo nullum deliciarum genus omittens, & legem posuerũt, vt posteri per octo dies hãc renouationem templi celebrarẽt in mẽse Casleu, qui est apud nos Nouẽbris, vnde & hoc loco dicitur quod hyems erat. Non grauatur autem Iesus hunc traditioni, etiamsi ex lege non prodierit sese summittere, indicans, & nos plæraq; multa obseruare debere, quæ scripta non sunt, & templa ea inuisere, vbi non iam sanguis vitulorum peccata expiat sed sacer ille sanguis agni immaculati Iesu Christi, quem sacerdos exhibet præsentem. Voluit & Christus nobis exemplo suo prælucere, ac docere, quod feriis sacris maxime diuinis rebus incumbendum est, tunc psalmi & hymni Deo decantandi sunt, & Christi populus de iis instruendus, quæ ad dei religionem, & ad proximi vtilitatẽ pertinent. Si vero hic allegoriam spectes, vera templi dedicatio in nobis est, quando per baptismum abluimur a sordibus peccati, & inserimur Christo per fidem, expul-

Tẽplum illud Hyerosolymitanũ ter cõsecratũ legitur.

3. Reg. 8

1. Es. 6

1. Mat. 4

Xp̃i exemplo feriis sacris maxime diuinis incũbẽdum.

Allegoria

ſis cunctis & expurgatis vitis omnibus ſpũalibus, quibus magis inquinatur animus, quam quaecunque re quamlibet immunda templum lapideum, poteſt inquinari, vt habet Paulus.1.Cor 6. An neſcitis, quod corpus veſtrum, alii habent membra veſtra, templum ſunt ſpiritus ſancti, qui in vobis eſt, quam habetis a Deo? Obambulat in huius templi porticu Deus multo libentius, quam olim in domo lapidea Nam porticus Salomonis, ambulacra illa & atria erant in quibus potentiſſimus rex ad orandum deum ſtabat, ita & in nobis diuerſari non grauabitur, ſi mundi, ſi ſancti ſimus, ſi in Chriſti nomine conueniamus, & non ſint in nobis ſciſmata, neque diſſentiones, neque reliquæ ſpurciſſimorrum affectuum alluuiones. Ita enim habet in

2.Cor.6. ſecunda epiſtola ad Corinth Pau Quæ ſocietas luci ad tenebras Quis autem conſenſus templo dei cum idolis? Vos enĩ eſtis tẽplum dei, ſicut dicit deus, quoniã inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum deus, & ipſi erunt mihi populus, ſequitur. Exite de medio eorum & immundum ne detigeritis & ego recipiam vos. Additur vero hyems erat, tempus videlicet Iudæorum animis & frigiditati conueniens. Nam vbi abundauit iniquitas, refrixit in eis Euangelicæ gratiæ charitas, & fere extincta fuit

Deu.28 torpore & inertia, id eſt quod dominus eis per Moſen intentatus erat. Percutet te dominus egeſtate febre, & frigore, frigidas ſequebantur cærimonias, hinc æſtum diuinæ miſericordiæ ſentire non poterant, id quod iis ſolet accidere, qui indurauerunt facies ſuas, ſuper glaciem & chryſtallum, quos ſolis calor emollire non poteſt.

Circundederunt eum Iudęi. Cur ita? Vt ſe Chriſtum confiteretur, & ita demum quaſi Auguſto repugnantem, & imperium vſurpantem, præſidis poteſtati traderent puniendum. Semper enim inſidias ſtruere, ſemper in ſermone capere contendunt, non enim circundant alia ratione Chriſtum, quam vt hunc accuſent apud tribunal præſidis. Quod per prophetam olim prædictum eſt. In eo dum conuenirent ſimul aduerſum me, accipere animam meam conſiliati ſunt. Et item· Aduerſum me lætati ſunt & cõuenerunt, tentauerunt me ſubſanauerunt me, inquiunt ergo:

Quousque animam nostram tollis? Id est suspensos relinquis, & detines? Si, inquiunt, es Christus dicito nobis, putabant Christum temporario regnaturum, eoque omnes scripturas torserunt, quas a mose & Prophetis didicerunt. Quarum e numero ista fuit. Et regnabit rex & faciet iudicium & iusticiam. Et ista: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Cæterum, Christus hunc apparatum fastidire sese satis declarauit, cum ante præsidem staret. Regnum, inquit, meum non est de hoc mundo. Et dauid: Pauper sum ego, & in laboribus a iuuentute mea. Rex enim fuit, sed mansuetus, sed iuxta mundi opinionem humilis, sedens, inquit Zacharias super asinam & pullum filium subiugalis, & ipse Pauper. Omnis igitur quæstio Iudæorum, partim subdola fuit, partim captiosa, plenaque insidiis, & sycophantiis, satis enim ex scripturis discere potuerunt, qualis, & quando futurus esset Christus, quia humilis & pauper iuxta & abiectus, porroque contemptus. Loquor vobis & non creditis. Verbum enim erat patri coæternum, cui maxime oportuit adhibere fidem, sed ipsi interim infidelitate obæcati, nec loquenti crediderunt, nec opera, quæ sermoni sigilla erant, attendere voluerunt, quæ si attendissent, facile coniectura hunc dei filium, mundique seruatorem intelligere potuissent. Verum illi, oculos suos in solum contemptibilem habitum, & abiectã conditionem coniecerunt, vt verum sit quod post Esa. Paulus obiicit Iudæis. Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, sed contradicentem mihi. Opera quę ego facio, ipsa sunt quæ testi. perhi. de me, & cęte. Mittit eos ad miracula fidei, ac verbi sigilla. ea enĩ sunt, quæ testimoniũ perhibẽt de ipso, sicut per Esa. 35. fuit prædictũ. Tũc aperiẽtur oculi cæcorum, & aures surdorũ parebũt, tunc saliet sicut ceruus claud⁹, & aperta erit lingua mutorũ. Vides quos ad suæ doctrinæ testimonium adhibet testes, nimirũ opera, id est, miracula & potẽta admodũ insolita, q̃ oĩa in patris gloriã retulit, nihil sibi imputãs, etiamsi iure possit. Iam si quem audis rara quædam & insolita, atq; communi intelli-

[Margin notes: Hier 23. — Psal. 2 — Io. 18 — Psal. 87. — Zach. 9. — Ro. 10 — Esa. 63 — Esa. 35 — Nouã doctrinã noua decent miracula tãq̃ veritatis sigill.]

gentiæ aduersantia prædicare, si quem audis noua aduersus Ecclesiæ sacrosanctas sanctiores inuehere dogmata, exige audacter sigillum, exige doctrinæ testem. Neque enim satis fuerit solem fidem adhibere, scripturam testem, quanquam ex hac potissimum argumenta petenda sint, adducere, nisi adsint insolita quædam opera, quasi sigilla dogmatum nouorum. Sic MOSES, AARON IOSVE, HIEREMIAS, CHRISTVS, PAVLVS, & quotquot tandem cœlestem tradiderunt Philosophiam, verbo suo portenta quædam ac signa addiderunt, id est, quod

Mar. vlti. ait Marcus. Illi autem profecti, prædicauerunt vbique domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Audiant hæc, qui tam propensis animis nuper exortis & natis de Eucharistia, de sanctorum culto, & reliquis id generis dogmatis adhærent, atque a communibus fidei regulis deflectunt. Quod enim nobis suæ doctrinæ signum ædunt, quo roborari quæat? Verum de iis alias.

Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Caussam cur non credant addit: quia non estis ex ouibus meis. Oues enim CHRISTI simplici ex animo pastoris vocem sequuntur, non tendunt insidias luporum more, sed amant, diligunt, & sequuntur, quorsum versus voluerit pastor. Cæterum, nulla est simi-

Cur X piani ouibus cōparētur litudo rerum corporalium sic fidelibus accommoda, vt illa, qua ouibus adsimiles dicuntur, quandoquidem vt inter omnia animantia, ouis innocentior est, ita decet & Christianum, non reluctari, non sequi alienum, non disquirere, cur pastores ita præcipiant sic dirigāt, sic gregē præcedant, satis illi fuerit, vt pastoris vocem sequatur, vt sit docilis, vt luporum insidias, id est hæreticorum, declinet. Talem ouiculam se Dauid agnoscit, sic audientem, sic sequentem pastorem.

Psal. 43. Nos autem populus tuus, & oues pascuæ

Ibidem. 6 tuæ. Et item Aestimati sumus sicut oues occisionis. Et item: Adiuuit pauperem de inopia, & posuit sicut oues familias. Posuit videlicet in corpore suo alias pastores, alios doctores, proinde alias oues, quæ obœdiant, sequanturque pastorum decreta variis dotibus ac donis adorna-

tas, perinde atque familiæ hominum, gubernantur ac distri buuntur ordine quodam pulcherrimo, sic Christus suam instituit Ecclesiam Sed proh dolor, sunt, qui Christi familiam misere lacerant ac per varios anfractus dogmatum dispergunt, vt verum sit quod per Ezech, queritur domin⁹. Dispersæ sunt oues meæ, eo quod non esset pastor, & factæ sunt in deuorationem omnium bestiarum agri, & dispersæ sunt. Errauerunt greges mei in cunctis montibus, & in vniuerso mōte excelso, & nō erat qui requireret, nō, inquā, erat qui requireret. Igitur subdit: Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas sicut visitat pastor gregem suum, & liberabo eas de omnibus locis. Pastores, secundū Hiero. episcopi, præsbyteri, diacones & Ecclesiarum angeli sunt, qui ad gregis dominici custodiam & directionem constituti sunt. Verum multi eorum magis deglubere gregem quam pascere videntur, negligunt oues dirigere negligunt. quod infirmum est roborare nolunt. Solam lanam, & lac quærunt, & suis commodis, non saluti ouiū, student, Quod & Dauid testatur: Qui deuorant plebem meā sicut escā panis Quales sunt, qui sacerdotia væno exponūt, qui tot reseruationes, vt vocant, reales & mentales ad suas crumenas farcinādas excogitant. Qui cum deberent dirigere oues vita & doctrina in salutis semitas, deuorāt, perdūt ac mactant. Quoq; multo deterius, bestias agri, id est, impēdentes hæreticos a caulis dominicis non arcent, quo fit, vt dispergatur misere grex domini, perque abrupta incedat. Væ illis pastoribus, væ Episcopis, & Ecclesiarum præfectis, vere aduersus hos alius quispiam sic exclamat. O pastor & idolum, id est, nomine & titulo pastor es re vere ipsa idolum quoddam mutum, & quouis saxo durius, omnibus videlicet spiritualibus membris orbatum. Ignoscite viri Ecclesiastici, quod sic libera oratione aduersus portenta illa exclamo. Nam si intus rem perpendamus, nos sumus in caussa, quod oues Christi tot vitiis, totque hæreticorum erroribus disperguntur. Atque vtinam tandem post tot strages ouium, post perditas infinitas animas, post tantas in Ecclesiam, in Deum, in diuos congestas impietates, ac blasphemias, redeamus ad cor, nostroque

Cōtra malos pasto res, Ezech. 34.

Psal. 13.

officio, probe defūgamur. Pascentes videlicet gregem domini, non deuorantes, neque luporū morsibus permittentes. Adsit Christus pastor ille bonus, & suas aliquando oues inuiset, refocillet, requirat, vt pollicitus est. Sequantur & vocem oues verorum pastorum, fugiantque alienos.

Oues meæ vocem meam audi, & cog. eas. & cę

Ex hoc loco licet manifeste colligere, non de quibuslibet fidelibus, & credentibus hic loqui Christum, sed de iis solum, qui gratuito dei munere ad æternam vitam prædestinati sunt, qui videlicet liuore non sunt corrupti, qui ambitione non sunt turgidi, qui huius mundi cupiditatibus nō sunt vitati, & omnino de iis qui de iussa exequuntur. Si enim vis ad vitam ingredi, serua mandata. Hæc enim vox

Matt.19. Christi est, quam non solum fide arripere, sed etiamnum operibus exequi oportet, Vox Christi est: Dimitte & dimittetur vobis. Date & dabitur vobis, & Date eleemosynā

Luc.6 & omnia munda erunt vobis, Qui ad has voces Christi

Ibidē 11. iisque adsimiles aduigilat, ad Christi oues pertinet, q̄ arli bet iuxta sæculi iudicium, abiectus videatur, Cognosco

De prouidētia de. eas, id est, qui mihi obsequūtur, qui ad pascua æternitatis boni pastoris imitando vestigia perueniūt. Ergo eos qui in se credere noluerunt, dixit, nō esse de ouibus suis. Quandoquidē vidit eos iam æternæ damnationi paratos, nec precio sui sanguinis ad perpetuam vitam comparandos. Agnoscit autē suos, vsitato scripturæ more, quo agnoscere pro eligere ponitur, gratuita beneuolentia. Vnde Paulus Nouit dominus qui sunt eius, & Dauid Nouit dominus

Psal.1. viam iustorum, id est, probat. & destinat æternæ vitæ. Vn-

Ephe.1. de & Paul. Ephe. 1. Elegit nos ante mundi constitutionem vt essemus sancti & immaculati in cōspectu eius, nō inquit coram mundo tantum in speciem, sed coram deo qui corda examinat, & renes. Nescire vero ea dicitur deus, quæ non probat, quæ abiicit, quæ æternæ vitæ indigna iudicat, & certo condamnandos prouidit, id quod non ex præscio

7. deo, sed ex nostro vitio fit, Matthæi. 7. Discedite omnes operarii iniquitatis, quia nescio vos Eodem modo repul-

25 sam passæ sunt & stultæ virgines. Amen, inquit, dico vobis, nescio vos, id est, vestra facta ac opera indignos vos

indicant æternæ fœlicitatis. Non enim exhibuistis vos incorruptos corã deo etiamsi coram mundo in speciẽ ostentaueritis opera vestra bona. **Nec peribunt in æternum, nec rapiet eas.** Id est, illi non interibunt, qui ad æternam vitã præ ordinati, hanc bonis & præclaris factis ambiunt, pietate scilicet, mãsuetudine, & vitæ innocentia. Neque enim possunt tales interire, qui seruatorem habent Christum, Sap. 3. Visi sunt oculis insipientiũ mori, illi aũt sunt in pace. Et spes illorum immortalitate plena est. Et Dauid Patientia pauperum non peribit in finem Cur autem non peribunt, addit. Quia nemo rapiet eas de manibus meis Iustorum enim animæ in manu dei sunt, & non tangit illos tormentum mortis. Manus dei, Christi augustissima & potestas, qua sternere hostes potuit, qua iacentes erigere, seruere pios aduersus omnes tyrannos potest Iob Nemo est qui de manu possit eripere. Et, Dauid: Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua, & mox. Manus enim mea auxiliabitur ei, & brach. meum con. Non possunt aduersus hanc Christi omnipotentissimam manum vllæ inferorum portæ, non tyrannorum tribunalia, carceres, gladii aculei, exilia, non etiam vlla potestas. Satanæ. qua fortes illos athletas Apostolos, martyres, virgines nõ semel aggressus est, modo minis, mõ terroribus, modo sæculi dignitatibus e manibus dei eripere moliens, sed frustra semper. firmiter enim stãt. Christi verba Nemo rapiet eas manibus meis, Habet & mundus suam manum, sed debilem sed imbellem, sed mancam, si ad Christi manum conferas. Habet opes, diuitias, delicias & quicquid animos quamlibet excelsos, solet corrumpere: multo vero fortior & dextera domini. Vnde Dauid Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me nõ moriar, sed viuam. Idẽ agnouit & sponsa, in Canticis dum ait Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplex. Ingens ex hoc loco pro afflictis est consolatio Quicquid enim procellarũ, quicquid tormentorum afflictio accidat, si sub manu domini viuit, tutus & seruatus est etiam si disperationis insultus vrgeat. 1. Io. 3. Etsi reprehenderit (alii legunt cõdemnet.) nos cor nostrum, maior est deus corde nostro, vtpote qui chirogra-

Prædestinatorũ securitas.

Sap. 3.

Iob, 10

Psal. 88

Psal. 117

Can. 2. 7

1 Ioan.

Psal 45. phum cruci adfixit, atq; deleuit, ne pereamus. Agnouit ac
1. Ioã. 4. interius hanc expertus est consolationem Dauid: deus noster refugiũ & virtus, adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis. Propterea non timebimus dum turbabitur terra & cæt. Et 1 Ioan. 4, Vos ex deo estis & vicistis eos, quoniam maior est qui in vobis est, quê qui in mũdo est. Cura igitur quanto maxime vales, vt vocem Christi audias, vt sequaris, vt teipsum ex manibus, in quibus te descripsit, non excutias, siquidem seruari velis. Inscripsit enim te manibus proprijs, seu papyraceis chartis, non atramento, aut carbone aut stylo ferreo, sed sanguine proprio ne vnquam delearis, si modo velis, si fide amoreque adhæreas. Ipse enim est vitæ nostræ & largitor & propugnator, si ipsi nos non expugnemus. **Quod dedit mihi pater maius omnibus est. de man. patris meis nemo ra. & cæt.** Quod illi pater dedit maius omnibus est, haud dubium. Dedit autem illi esse mediatorem Dei & hominum, & vt sit vnigenitus filius, nec natura dissimi-
Ioan. 1. lis, nec virtute inferior, nec tempore posterior, quia coæternus & coæqualis, id quod gignendo obtigit, & hoc est maius omnibus. Hoc dum exprimere vellet Io. ait: In principio erat verbum, & cæ. & Deus erat verbum, & hoc omnibus donis ac dotibus omnium creaturarũ præstantius est nempe vt sim verbum eius, quo se mundo declarauit, vt sim vnigenitus filius eius, in quo bene complacuit vt sim splendor lucis eius omnia illustrans, purgans, & inflammans. Ideo autem nemo rapiet de manibus meis, nam absolutum inter me & patrem potestatis consortium est & summus voluntatis consensus. Patris enim potestas mea est, gloria patris mea est, diuinitas patris mea est. Breuiter, ego & pater, communia possidemus bona, vna enim manus est vtriusque, vna diuinitas, vna maiestas, & ea omniũ augustissima, vna æternitas ac vita. Ideo subdit.

Ego & pater vnum sumus. Hoc verborum responso non solum Iudæorum quæstioni satis facit, sed omnes in vniuersum hæreticos qui perperam de Christi diuinitate scripserunt, damnat. Sabellicus vnam patris & filii perso-

nam affirmans confutatur, quando ait. Ego & pater, vbi apertissime duæ indicantur personæ, patris & filii. Est enim in diuinis distinctio personarum, addens vero, vnum sumus identitatem, vt vocant substantiæ ostendit, vna enī vtriusque est substantia & visa. vna & æqualis diuinitas, qua sententia corruit Arrii dogma qui filium patre facit inferiorem, alteriusque naturæ. Sed & Ioann. in sua Canonica, totum hūc soluit nōdum, dicens. Tres esse in cœlo, qui testimonium ferant, patrē & filium & spiritum sanctum, & ii tres, inquit vnum sunt, nō persona, sed substātia, id quod & neutrum genus insinuat. Possumus hoc loci triplicem vnitatem distinguere. Prima naturæ est, quæ coalescit, ex eo quod vna substantia tribus communicatus, estque in tribus vna essentia, vna diuinitas, vna & pars æqualitas. Secunda est vnitas dei formitatis, qua participatione diuinitatis creaturis communicata, in deum transeunt ac transferuntur, seruata suæ naturæ veritate, homines perinde atq; ignitum ferrum efficacia ignis, fit igni forme, estque hæc admirabilis & summa quædam vnitas, qua tunc erimus participes quando videbimus deum secuti est, de quo Ioā. 17. Pater sancte serua eos, in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnū, sicut & nos. Inseruntur enim rationales creaturæ atq; intime coniunguntur, ipsi creatori participatione deitatis. Quæ subinde propius accedit, ad ineffabilem patris & filii & spiritussancti vnionē, quæ omnium suprema est, omnium & verissima & perfectissima. Tertia est vnitas cōsensionis & volūtatis, quæ nō ex eo coalescit, quod sunt & existunt conspirantia, seu consentanea, sed ex eo quod volunt, hoc est, ea demum vera est animorum consensio, vbi est idem velle & idem nolle. Solet hæc in malis quoque inueniri, vt habet Dauid. Principes conuenerūt, in vnum, verum de hac nihil ad rem. Est enī infamis & omnibus modis execranda hæc vnitas. Cuius exordium est caro, & ea quæ ex hac oritur concupiscentia malorum omnium radix. Cæterum alia quædam est animorum consensio, quæ in bonum vergit, quæ ex virtutibus coalescit, cuius copula est amor, quamlibet separatas res copulans ac socians, cuiusmodi fuit in prophetis & patriarchis omnibus. Ecce, in-

1. Ioan. 5.

Triplex vnitas.

1. Ioan. 3.

Ioan. 17.

Cōsensio animorū duplex.

Psal.132. quid Dauid, quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnũ. Sic & Apostolis & CHRISTI fidelibus sub exordio nascentis Ecclesiæ fuit cor vnum & anima vna, de qua est illud PAVLI: Qui adhæret deo, vnus spiritus efficitur cum eo Hac oportet nos esse concordes, si modo vnã patris hæreditatem possidere volumus. Nã qui animis, qui voluntate ac studio dissident, etiam amplissimas possessiones dissipare & prodigere solent. Quibus vero consensione conuenit voluntatũ ii parua non tam possidere, quam modico sumptu augere possunt. Verũ de hac vnione, christi verba proprie non intelliguntur, sed de ea quæ est naturæ, qua pater & verbum, vnum natura sunt. Sustulerunt ergo lapides. Cur tollunt lapides Iudæi? Nimirum quia saxis duriores sunt, cordaq; lapidea gestant. Recte igitur ait Stephanus, Duræ ceruicis, semper restitistis spiritui sancto, quemadmodum & patres vestri, id quod hoc loco aduersus prophetarum dominum moliuntur. Verum, necdum aderat tempus morti destinatũ. CHRISTVS sua potentia ac nutu lapidantium brachia cohibuit. Pergit autem & hanc eorum malitiam placidis verbis corrigere, & emendare. Neq; enim manifesta dissimulandi sunt crimina, ne peccati reus & conscius arguaris alieni, neque enim solum facientes, sed etiam consentientes, digni sunt morte, vt habet Paulus. Et Esa. Clama ne cesses, & annuncia populo meo scelera eorum & do. Iacob peccata eorum. Et Ezech. Si non annunciaueris impio iniquitatem suam sanguinem eius de manu tua requiram. Igitur. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo. Hoc pharmaco implacabilem eorum animum, mitigare volebat CHRISTVS, reuocans eis in mentem, quæ illis præstitit beneficia, quæ non tumultuaria lapidatione, sed fide, sed officio compensanda erant. Non enim ad lapides sed ad dei laudem, ad gratiarum actionem conferre sese debuerant, id est quod ait, multa bona opera vobis impẽdi sanando infirmos, placendo famelicos, reuocando, ab errore deuios, & sanam doctrinam citra delectum omnibus impartiendo. Quin nihil aliud ab ea hora qua cæpi officium meum exequi, quam vobis vestrisque necessitatibus

Marginal notes: 1 Cor.6. — Act.7. — Rom.1. — Psa.58 — Exec 3. & Ibidem.33

iuuandis meditatus sum Omne enim meum studium, omnis solicitudo tota ipsa potestas, tota authoritas vobis, gratis desuadit Non igitur in me, qui nihil dignum morte ægi, sed in publicos, maleficos lapidibus sæuiendum est. Bis hoc facto delinquunt Iudæi. Semel quod sine iuris ordine Christum lapidare volunt etiam si fingant, se iustam caussam habere non pœna omnis, officio iudicis exequenda est, id quod Moses iussit obseruari, & iura quoq; humana occinunt, Sed & Christus ait, Omnis qui accipit gladium gladio peribit, significans nulli, nisi magistratui, gladii vsum & ministerium concessum. Eadem, & PAVLVS, Imitantur hos Iudæos sicariis latrones, & alii quicunque tandem innoxium sanguinem, seu etiam noxium, propria authoritate effundunt, Secundo eo etiam peccant quod contra leges & iura gratitudinis malefacta repēdunt, Retalianda enim sunt officia officiis, benefacta benefactis, etiam apud Ethnicos præceptores. Verum Iudæi. Retribuebant mala pro bonis sterilitatem animæ meæ, id quod in vehementem stuporem adduxit Hiero. vnde dicit: Nunquid redditur pro bono malum, quia foderunt &c. Sic Demetrius fædifragus factus est rescindens omnia pacta quæ cum Ionatha & Iudæis pepigit, & non retribuit ei (dicit textus) secundum beneficia, quæ sibi tribuerat, sed vexauit eum valde. Est autem hoc vitium naturæ aduersum, adeo vt animantia quæq; suos benefactores agnoscant, mutuo enim se muli scabunt, eoque magis arguendi Iudæi, quod. cum essent multis a Christo affecti beneficiis, nihil nisi maledicta rependunt, interim tamen suæ insaniæ legis zelum prætexerunt, dicentes. De bono opere non lapidamus te, &c. Scelus existimant Christum perpetrasse quod veritatem confessus erat cum ipsi interim grauiore soluere inuoluerentur, qui CHRISTI diuinitatem operibus metiri poterant, & per insaniā neglexerunt, ac contempserunt. Cæterum Christus intentatum cumen, sic abs se depulit, vt & illorum ferociam verbis atrocioribus amplius non irritaret, vt nihilo secus sibi vindicaret, quod negare non oportuit, nec debuit, nempe esse filium dei. Non enim debuit veritatem, cum opportunū esset dissimulare.

Mat 26.

Psal. 34

Hiere. 18.

1. Mac. 11.

Ingratitudinis vitiū etiam naturæ contrariū est.

ſe videretur in patrem cœleſtẽ, cuius naturalis filius erat, iniurius, Cæterum hæc Iudæorum vox etiam in eos competit principes & homines qui nolunt videri iniuſte & impie perſequi Chriſtum & Euangelium. Comminiſcuntur enim ſemper, aduerſus veritatem cauſſas pro ſua libidine morte exilio, ſpoliatione, & direptiõe templorum dignas quas in Chriſtum & veros dei miniſtros prætexunt vt ipſi interim ſimias ſuas intrudant, ſuas crumenas templorum & ſacerdotiorũ ſpoliis repleãt Hinc e monaſteriis monachos, e parochiis legitimos parochianos pellunt. Hypocritæ, inquiunt, ſunt, ſuis operibus fidunt, noſtram hæreſim, ſectamq; inſectantur minime igitur ferendi. Hinc confugiunt ad lapides, ad conuitia in monachos, vvolff vvolff Scilicet hoc eſt eſſe Euangelicum, hoc ſequi manſuetum chriſtum, hoc eſt tunicam porrigere ei, qui pallium auferre contendit. Sed videamus quam blande, quam prudenter pergit Chriſtus, declarare ſe haud iniuria filiũ dei dicit

Pſal 81. Pſal. eodẽ. **Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra.** Legis nomine intelligas & Pſalmos & Prophetas, nam in vtriſq; nonſemel viri ſancti dii appellantur, nõ quidem natura, ſed adoptione, vt ibi, Ego dixi dii eſtis, & filii excelſi oẽs. Et ibi: Deus deorum dominus loquutus eſt. Et deus ſtetit in Synagoga deorum, in medio autem deos diiudicat. Non negat igitur Chriſtus ſe deum natura patri æqualem ſed ſe ab auditoribus verbi diſcreuit, argumẽtatuſq; eſt ex minore. Si illud quod minus videtur ineſſe, ergo & quod magis, inerit. Si dei ſunt auditores verbi, quanto magis deus is eſt qui ſanctificatus eſt a patre vt ſaluet, qui patris verbũ ipſiſſimũ eſt, qui expreſſiſſima imago patris eſt, neq; filius dei adoptione ſolum, vt cæteri qui eius diuinitatis participes ſunt, ſed natura & ſubſtantiæ æqualitate & poteſtate & authoritate. Alii enim ſola gratia filii ſunt, ego naturæ proprietate. Quod vero dicit quẽ pater ſanctificauit, ita intelligas, vt ſanctificauit pro ſanctũ declarauit, accipias, nam nunquam non ſanctus fuit filius, ſi diuinitatẽ ſpectes, ſanctificatus tamen eſt perpetuo vt æternum genitus eſt, deinde & in ſalutem hominum miſſus eſt, & immunis ab omni peccato ſeruatus eſt. Eo tendit quod ait angelus. Quod na- Luc. 1.

fœtur ex te sanctum domino vocabitur, & vocabitur filius dei qui est sanctus sanctorum. Vel sanctificauit.i. segregauit & deo consecrauit, vt si sacrificium medullatum, & porro in ara crucis concrematũ. Hoc enim sanctũ dicitur quod deo offertur & consecratur. Exo .13. Sanctifica mihi omnem primogenitum. Primogenitus & patris & matris imo & vnigenitus fuit Christus, potuit igitur citra vllã diuinæ maiestatis læsionem se dei filium appellare, Nam & oraculis Prophetarum Messihas deus vocatur. Esa 9 Deus fortis, pater futuri sæculi princeps pacis. Et Hierem. 23. Hoc est nomen quod vocabunt eum. Deus iustus noster Sic igitur ex multis scripturæ locis potuere, Iudæi intelligere Christum minime iniurium patri, quod se dei filium testatus est, quum fuerit verbum & logos patris, non iam ab orbe condito, sed etiam ante omnem creaturam primogenitus. Ante omnem creaturam, inquit, ego parturiebar. Et Dauid: Ex vtero ante luciferum genui te: Filius meus es tu. Si non facio opera patris mei nolite credere mihi. Si autem facio. Solemus caussam ex effectibus dignoscere, artificem ex opere, arborem fructu vt habet CHRISTI sententia, deniq; quodlibet viuens, operibus ipsis, a non viuenti dignoscitur. Si igitur inquit CHRISTVS quæ facio non videntur dei exprimere potestatem in me, si non videntur homine esse maiora, si non habent diuinæ virtutis specimen, nolite credere me deum esse, verbum patris deiq; naturalem filium Verum cum ipsis operibus dignoscere potestis, me eum esse qui sua virtute pellat languores, viuificet mortuos seruet ægrotos vestra culpa in cæcitate permaneris. Alioqui si crederetis operibus, iam & mihi & patri facile crederetis. Ego enim in patre & pater in me operatur, vterq; alteri indiuidua societate coheret. Neque hic a me, neq; ab ipso separari possum, id fide non humana rõe discis. Nisi enim credideritis quo ego sum, non intelligetis, Initio igitur credẽdum est, vt ĩtelligas, quid sit dei filius, & quo modo sit ĩ patre filius & nihilominus hypostasi differat ab eo. Cæterum hoc loci habes, vbi voculam illam (solus) admittere potes. Id est, quomodo pater sit in filio, & filius in pa-

Exod.13

Esa.9.

Hiere.23

Prou.8

Psal.109.

Esa.7

ere ſine confuſione, ſola fide intelligitur, id quod in multis dogmatis in quibus idem eſt iudicium eademque cenſura intelligitur, non autem valet, neque admittitur, ſi addas eam
Iaco.2. vocem ad opera. Neque ſola fides, ſine operibus bonis etiā
Roma.2. num ab homine factis, ſufficit ad ſalutē, ſi Iacobo & Paulo, imo & Chriſto alicubi credimus. Vt cognoſcatis quod pater in me eſt, & ego in eo. Semper pater in filio eſt ſuſtantia, natura, gratia adoptione Nam nūquā nō eſt filius ille dilectus, ī quo complacuit patri. Sed vtinā & nos ſola adoptione, non natura aliquando reuera dicere poſſemus, pater in me eſt, filius quoq; & ſpiritus ſanctus in me eſt, & viciſſim ego in eo. Certum enim eſt diuinam quandam energiam in nobis eſſe, vt ſimus, vt operemur, vt dignos fructus vitæ æternæ proferamus Nos vero plærūq;
Pſal.118 q; procul abſumus a deo, Nam longe a peccatoribus ſalus
Hie:17 ait Dauid. Et recedentes a te in terra ſcribentur: Poſſumus quidem coniectura quadam dicere, dedit nobis arrabonem ſpiritum, Corda noſtra in habitantem, dedit pignus ſalutis æternæ. ſed tunc vere dicimus, ſi manſerimus in charitate, ſi rebus, factiſq; eius mandata exequamur. Qui enī d[illegible] me, Inquit Chriſtus, ſermones meos ſeruabit. & pa.m[illegible] quitur, Et manſionem faciemus apud illum. Is igitur iact[illegible] ſe in deo eſſe, qui exequitur quod deus iuſſit, alioqui ſi lo[illegible] ni credimus, ſi quis dixerit ſe in deo eſſe, & mandata eius non ſeruat, mendax eſt Verū filius ſemper in deo patre fuit qui perpetuo ea quæ illi, erant bene placita exequuturus eſt, ſemperque ab eo genitus eſt.

Feria quinta poſt dominicam de paſſione. Lucę. vii.

ROgabat Ieſum quidem phariſæus, vt manducaret cum illo. &c. Exemplar nobis chariſſimi vere pœnitentis animæ, ob oculos ponitur in peccatrice illa infami, & omnibus modis exhibilanda, ſi phariſæo credimus, Sin vero Chriſto, vt par eſt, nemo ea magis idonea ad euangelium Chriſti, nemo dignior. Videtur enī mihi in hoc factum congruere, quod in canticis. Spon-
Cant.6 ſus comprecatur ac hortatur ſponſam. Reuertere inquit, re-

uertere, sunamitis reuertere, vt intueamur te. Hoc verbo duo significantur. Alterum quod videtur in peccatore positum, id est vt se ad dominum omnibus, quibus potest, viribus contendat conferre. Exigit enim dominus animi propensionem quando dicit. Reuertere. i. desine ab ira, & derelinque furorem, id enim a nobis exigit deus, id requirit, vt veteris vitæ consuetudinem relinquamus. Quantum vere posthabemus, si & pœniteat & pudeat veteris vitæ in peccatis transactæ. Pœnitet vero, si quando omnẽ occasionem fugiamus, si tempus, locum, personas, causas denique omnes non secus atq; toxicum immedicabile vitemus. Nã quandiu versaris apud impios, nihil est quod te cõuersum ad deum iactare possis. Qui enim tetigerit picem, inquinabitur ab illa. Et Dauid. Cum peruerso peruerteris. Qui igitur volet cõsequi dei gratiã, qui superne illustrari desiderat, hoc vnum cogitet, vt reuertatur animo, reuertatur adnisu, & animi propensione, Id vbi fecerit, iam lux sentitur, quæ antea liberum arbitrium extimulauit, quæ ad cõuersionem præluxit, ideo subdit sponsus vt intueamur te. Intuetur deus omnia interiora nostra, seu iusti, seu impii simus. Nam in omni loco, oculi domini contemplãtur bonos & malos. Multo tamen aliter intuetur iustos, sese ab errore ad veritatem, ab impietate ad pietatem, a tenebris ad lucem conuertentes, aliter qui data opera auertunt se a diuino lumine. Hos videt & condemnat, illos probat & adiuuat, adeoq; ad se blandiuscule trahit. Vnde in Canti. Trahe me post te, in odorem vnguentorum tuorum currimus. Sic & traxit & suo tactu atq; illapsu intuitus est Petrum Sic latronem in cruce ad se traxit ita etiam hanc peccatricem. Cõuertit enim se ad mulierẽ, id est, suscepit infirmã conscientiã & radix gratiæ illustratã traxit, roborauit:

Psal. 35. vera pœnitentia. Cõtagio morum. Psal. 17. Pro. 15. Cant.

Rogabat Iesum quidam e Phariseis. & cætera.

Plenum est hoc spectaculum, in quo pharisæi ædibus exibit, spiritualiũ bonorum. in summa enim duo describuntur, quæ ex diametro pugnant. Nam vere pœnitentiæ modus in peccatrice adumbratus est, quæ metu, pudore, ac solitudine plena, ingerit se cõuiuio turgidi Pharisæi, nõ antea a lachrymis cessans, quam audiat absolutionem

a Christo Deinde describitur pharisæus fastu & dolo plenus inflatur iustitiæ propriæ amore, existimat se tāto hospite dignum, cui tamē interim hospitalitatis neglexit impendere officia, quem interim cōtemnit, cuius & facta seu impia diiudicat. Offenditur enim tum in IESV admittente meretricem, tum in meretriculæ impudentia, festucā in alieno cernens oculo, trabes vero arrogantiæ, tumoris, & spiritualis superbiæ minime animaduertit, eoque fit, vt nihil illi remittatur. Nam cordium scrutator est deus atq; summa Euangelii est Colligimus mox in initio Christi & humanitatem & clæmentiam, & rarum quandam erga omnes quam libet profanos & abominabiles ciuilitatem. Expositus enim erat ad omnem congressum, nihil præ se ferēt austeritatis. Subnotauit hoc vno verbo Paulus. Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, in qua omnibus se præbuit communem, omnibus euangelicæ gratiæ munus

Sap. 11. imperiit, qui simplicitate cordis, ac credulitate animi accedebant, vt vere dixit Sapiens. Misereris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Nemine [illegible] tur a se abiicit, nisi qui oblatū dei munus spernit, & a[illegible] natur, aut certe pe. socordidiam negligit, Pharisæus hic

Ro. 10. sanctitatis opinione turgidus, legis peritus, iustitia propria insignis, eorum typum gerit, de quibus Roma. 10. Volentes suam iusti. constituere, iustitiæ dei non subiecti Huius tamen tam ambitiosi ac superciliosi hominis domū Chri-

1. Ti. 1. stus non est dedignatus ingredi, nam omnium causa natus est. Hinc Paulus ait. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quoniam Iesus venit in mūdum pecatores saluos

Zac. 9. facere, quorum primus ego sum. Si vt peccatores seruaret mundum ingressus est, multo magis debuit se omnibus obuium exhibere. Ecce, inquit Zacha. rex tuus mansuetus & demissus. Sed hic obserua non sat esse externis operibus obsequi Christo, parare pauperibus conuiuium, hospitalē esse, vestire nudum, & alia id generis facere, quæ externæ Christi membris impendi possunt, nisi adsit animus syncerus & ab omni tumore, fastu, ac malitia purgatus Instruxit pharisæus conuiuium, vt opinari facile est, opiparum,

& plane splendidum, interim tamen, quum non ex animi synceritate idfecerit, nihil reportat meriti, nihil meretur gratiæ, nihil fructus cōsequitur. Similis nimirū illis, aduersus quos Esa. Ecce in die ieiunii vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Tūc enim voluntas nostra inuenitur in nobis, siquidem nostra commoda spectemus, si ex nostris operibus, ceu ex nobis, siue gratiæ adminicuo prodierint, gloriemur, & turgeamus, si quoq; aliorum errata acrius dispiciamus, quasi nos cæteris iustiores simus, omnia hæc sunt indicia voluntatis nostræ. i. indicia sunt carnis, quæ sibi arrogare audet, quod in dei benignitatem referre oportuit. Non igitur probat hunc turgidum animum deus, sed exeeratur, sed abiicit. Metuo plures esse, qui hoc morbo Pharisaico laborant, eoq; perdere omnem operam & impensa, & (quod dici solet) littus arare. Qñ nostra ĩ nobis volũtas inueniatur

Et ecce mulier quæ fuit in ciuitate peccatrix.

Nolo anxius inquirere quot Mariæ fuerint, quæ Christi pedes vnxerunt. Nam alias de hac re paucis sententiam meam testatus sum. Eadem autem repetere, & si non semel liceat, non tamen semper decorum est, neque citra auditorum nauseam fieri potest. Esto igitur hæc meretrix eadem sit quæ apud Ioannem idem opus circa caput, & totum corpus exibuit, non ita magni tamen momenti est, vt optimas horas in ea disputatione labi patiamur. Verbi siquidē minister sic instituere debet orationem, vt id, quod præcipit Paulus. Omnia cedant ad ædificationem, ad consolationē & exhortationem, quæ tria si præstiterimus, satis nostro officio videbimur fecisse. Magis autem nos ædificabit historiæ allegorias, energiamq; eruere, quam de incognita & inexplicabili genealogia incerta quædam & ambigua pronunciare, maxime autem posuerit proscriptum in peccatrice, pœnitentiæ veræ mundum imitari, id quo fiat commodius, introspiciamus, primo mulieris huius statum. Fatendum enim hanc mulierem infamem, quamlibet animam peccatricem significare, quæ se peccando a summo bono auertit ad res, ;porro putidas, caducas, & quibuslibet stercoribus spurciores. Nihil enim peccato fœdius, nihil abominabilius excogitari potest. Quādoqui- 1. Cor. 14

dem qui peccat, non tam a deo se ablegat, quã gratia priuat
Iohe.1. stercoribus inquinat. [illegible]. Computruerunt, vt iumenta, in
stercore suo. Et prouerb.14. Miseros facit populos peccatũ
id est vere contẽptibiles, & omnibus modis aspernandos,
ac porro infœlices efficit peccatum eos, qui resipiscere no
lunt, qui sic in fæces detrusi sunt, sic hærent in vitiorũ cœ
no, vt nulla re, nullaue ope erui, quam superna valeant. Ta-
Thre.1. les fuerunt, quos in Threnis illachrimat. Hiere. Virgines
eius squalidæ, & ipsa oppressa amaritudine. Et item. Egres-
Aiẽ decus sus est a filia Syon omnis decor eius. Omnis enim pulchri-
tudo animæ, abiintus est, quã amittimus vno peccato, adeo
vt nihil in nobis sit quod decorũ, quod honestũ sit. Animæ
Hier.3 nostræ decor gratia est, gratia vbi cesserit vitiis, turpius ni-
hil dici potest, hac peccatricæ anima, Hiere. Leua nunc in
circuitu oculos tuos, & vide nunc vbi prostrata sis, frons
mulieris meretricis facta est tibi, & noluisti erubescere.
Hic est ille miserrimus & plane desperatissimus status, in
quo nõ viuit, sed mortua prostrata iacet misera conscientia
priuata gratia, onusta peccatis, humi repẽs, nihil sublime,
nihil egregium cogitans, neq; agens, sed quasi in sterqui-
linio seipsam quaq; versum volitãs, donec sol iustitiæ il-
strauerit animæ latebras, quẽ vbi senserit, atq; agnouerit,
mox se erigit, mox pudesit, moxq; erratorũ pœnitet, hinc
subditur. **Vt cognouit quod Iesus accubuit in**
Ro.10 **domo Pharisæi** Sed quo pacto cognouit Iesum in do
mo Pharisæi accumbere? Per verbum, atq; famam Fides
enim ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Quod
Christi cle vero illud verbum fuerit, qua imbuta ac instructa concipit
mentia. de Iesu benignitate, fiduciam, sancta quadam impuden-
tia irrumpens ædes Pharisæi, neq; euangelista, neq; alias
indicatum legimus. Aestimo tamen fuisse hoc verbũ, quod
facilis ac blandus erat erga delinquentes, quod neminem
a se repellebat, quamlibet peccatis inquinatum, sed omni-
bus condonabat noxam, restituebat ablata, reddebat de-
perdita, ac omnibus in vniuersis prædicabat peccatorum
remissionem. Hæc enim fama vniuersam Iudæam peruasit,
qua multi publicani & meretrices tracti, adierũt Christũ.
Talis, tamq; salubris, & fausta fuit illa concio, quam apud

Matthæum legimus. Venite ad me omnes qui laboratis Mat.11
& onerati estis,& ego reficiam vos. Et illa qua suam clementiam ostensurus,mox in initio sui regni clamat. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Hoc enim est verbum salutificum quo medebatur omnium Mat.4
morbis. Audiuit subinde quod alicubi testatus est Publicani & meretrices præcedent vos in reg. Vicit igitur ardor a- Mat.21.
nimi omnem fœmineum pudorem,inquieta est vagatur, multoq; magis solicita est,vt Iesu animarum medico animum detegat mœrentē,quã hactenus fuit sæculi deliciis inhiãs,& procis placens. Nescit enim moras amor dei,nescit tarda molimina,spiritus sancti gratia,inquit Ambrosi. Maxime vero delicto trahitur, si ab eo adamatur, qui semper præsto est benefacere,qui omnis boni & voluptatis fõs & origo est. Itaq; si Christi delicias interius persentiscat aĩa quicquid hacten⁹ dilexit,in auseã vertitur, desipit eĩ mũd⁹ desipit & oĩs carnalis voluptas nec antea,quiescit,quã potitur cupitis amplexibus spõsæ. Id in Cãticis verborũ qbusdã inuolucris aperit spõsa, Oleũ effusum nomē tuum,id est Canti 1.
misericordiæ & clemētiæ fœlix quoddã nunctũ, nos traxit nos illexit vt te sequamur,te omnibus studiis & conatibus amplectamur. In odorem enim vnguētorũ tuorũ currimus. Vngentarius erat Christus,variaque pro criminum varietate pharmaca exibuit aliis seuera, aliis dulcia alii admodum lænia, singulis tamen salubria adhibens, vt erat medicus omnium,qui viuunt, peritissimus. Prædicauit auaris,date eleemosynam,prædicauit hypocritis, mũda prius Luc.11.
quod intus est, aliis item verbis traxit carnis ac libidinis Mat.13
inquinatos,aliis alios. Verum hæc peccatrix odore tracta est suauissimo ac lætissimo, qui per omnes ciuitates spargebantur. Nempe quod is esset,qui omnes in consortium suum admitteret, omnibus regnum cœlorum promitteret, modo crederent,fideque ambirent, & amore possiderent. Opinor eam dixisse,per noctem in lectulo meo quæsiui quem diligit anima mea,quæsiui & non inueni. Surgam & circuibo ciuitatem, sequitur, Paululum cum per- Cant 3.
transissem eos,inueni quē diligit anima mea. Si Christũ inuenire volumus,e cœno vitiorũ surgendũ est,pertranseũ-

di denique hi sunt, qui nobis in Dei itinere obsistūt, parentes, amici, & quotquot tendem nos a veritatis itinere auocare moliuntur, etiam dulcissima vxor, etiam literarum
Psal. 123. studium, etiam pecuniarū laquei, vt vere possimus, dicere, Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Iam que non despondeamus animum, ob vitam in vitiis transactā, sepæ huius peccatricis exemplum in mentem reuocemus. Reuocemus & verbum Prophetæ, Cōuertimini filii reuertētes dicit dominus, quia ego vir vester. Felix qui ī impietatis non est prolapsus, vt dicat, nolo agnoscere peccatum

Aduersū eos q suū ipsorū delictū agnoscere recusant.

meum, nolo intelligere errorem, Sunt enim nonnulli, qui suum errorem excusare audent, qui, cum cauteriatam habeant & adustam conscientiam, quamlibet manifesta flagitia pallio quodam, & perisomate tegunt. Aduersus quos Hieremias, Percusisti eos & non doluerunt, attriuisti eos
Hiere. 5. & renuerunt accipere disciplinam, noluerunt reuerti. Et
Ibidem item. Iniquitates nostræ declinauerunt hæc, & peccata nostra
Esa. 59. prohibuerunt bonum a nobis. Eadem Esai. obiicit populo Israelitico. Auersi sumus ne iremus post tergum Dei nostri. Laborant hac impietate omnes, qui errata nō solum non agnoscunt, sed excusant, sed quod omnium deploratissimum est defendunt, quales sunt omnes hæretici, & scismatici, qui sectas perditiōis ecclesiæ Christianæ uehunt. Tales enim sustinet & patitur ecclesia, ingemiscens & dolens ex sese prodiisse, qui secus docent, quam vniuersalis ecclesia credit. **Attulit alabastrum vnguenti.** Quod habuit in se oblectamenta carnis, tot de se inuenit

Quomodo instituēda pœnitētia.

holocausta: inquit Grego significans, hanc debere esse regulam animæ resipiscentis, vt videlicet, omnes delitias pristinæ vitæ frangat, atque ad Christi pedes effundat, tum etiam membra vniuersa quæ inhonestæ voluptatis instrumenta fuere, in eius obsequium conuertat, quam sic adamat,
Cant. 5. sic deperit, vt dicat, Nunciate dilecto, quia amore langueo.
Roma. 6. Si enim vere resipiscas, oportet Pauli iuxta canonem
Psal. 61. tuam penitentiam instituas, quam habes Roma. 6. Sicut exhibuistis membra vestra seruire iniustitiæ ad iniquitatem, &c. Qui itaque cum peccatrice peccatum suum agnouit, iam in conspectu domini effundat, Effundite coram

illo, inquit dauid, corda vestra. Et Iohel 2. Conuertimini in toto corde vestro, Scindite corda vestra, & nõ vestimẽta. Effunde & cordis tui fœtorem, non tantum in aures domini, qui omnia nouit, antequam illi aperias, sed etiamnum in illius aures, qui te rursus per viuum Dei verbum e mortis faucibus resuscitet, qui medicinam singulis morbis opportunam adhibere valeat Nam ita habes in Leuitico. Pronũciet peccatum suum, & orabit pro eo sacerdos Et in Euangelio. Ite ostendite vos sacerdotibus. Ostendite inquam vos, non aliena peccata opprobrãtes. seu etiam confitentes, sed ini uitates vestras retegite, vt pateant ei, qui legatione, condonandi delicta, Dei fungitur, Hoc enim indicauit hæc mulier Christum audiens, a quo primaria authoritas remittendi peccata, in posteros deriuata est. Quod vero mulier hæc a tergo stetit puderis ac verecundiæ iudicium est. Sic & publicanus Euangelicus stabat a longe veritus proprius accedere. Est enim sancta hæc verecundia & confusæ mentis imago, adeo pœnitentibus necessaria, vt nisi adsit nihil condonationis reportabit. Psalm 43. tota die verecundia mea contra me est, & confusio faciei meæ cooperauit me. A tergo igitur stetit corpore mulier, sed in mente erat seruatoris, stetit meticulosa & rea mortis, opprobriis repleta. Cæterum qu..mquam ea confusio, qua metuis & reuereris dominum, sancta sit, & ad veram resipiscentiam necessaria, non tamen sic confundi oportet, vt sileas, quæ dicẽda sunt eaq; occultesque, olim coram angelis publicitus recitenda. Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam, inquit Sapi. Eccl. 4. Ideo subdit confitenda esse delicta Non confundaris confiteri delicta tua, & ne subiicias te omni hoĩ, pro pctõ Id qđ ego intelligo, nõ esse ad quãlibet pro remedio salubri recurrẽdẽ medicũ. Sũt eñ plæriq; sacerdotes, cæci & duces cæcorum. Sunt alii, multo infirmiores spiritu, quã ii q sua vulnera detegũt. Est & quosdã offẽdere, qui plus nimio emungũt, non edificantes conscientiam, sed serupis inquietantes, ac turbãtes. Sunt & plæriq; quorũ infinitus est numerus, qu ad solos numos nõ ad animam manũ porrigunt, proq; bucello panis verita-

Iohel. 2.
Cõfessio
Leu. 17.
Verecundia.
Psal. 43.
Pudor inutilis.
Eccle. 4.
Haud citra delectũ cuilibet quid vis cõfitẽdũ

rem vendunt, dissimulant ad maxima principũ, negotiatorum, ciuium vita, vt interrim suis censibus nonnihil accrescat. Igitur inter tot mercenarios, qui solum sua commoda spectant, dispicicias quem potes diligentissime, qui verus pastor sit, quis nihil aliud quã salutẽ tuã quærat. N. igitur te propter peccatũ omni homini, id est, cuilibet cõfessionario subiicias, ne ambo in foueam præcipitemini.

Lachrymis cæpit rigare pedes eius. Oculos quos antea spectaculis & scæniciis ludis inquinauerat, quos p...
Lachrymæ. sæculi vanitatem obcæcauerat, quos ad turpitudinem s... ta erat stibio depingere, salubri lachrymarum imbre ex purgauit. Solet enim per hunc sensum, non semel mors intrare, vtriusq; plusquam letiferum interiora nostra ingredi. Quem salubriter licebit expiare lachrymis. Ita ...
Psal. 6. Dauid, Lauabo per singulas noctes lectum meũ, lachrymis meis stratum meũ rigabo. Et item: Exitus aquarum de-
Psal. 118 duxerunt oculi mei, adcedit, quod Iudiht ait: Indulgen-
Thren. 1 tiã eius fusis lachrymis postulemus. Noti sunt Threni Hieremiæ, Plorans plorauit, inquit, & lachrymæ eius in ma-
Ibidẽ. 2. xil. eius. Et item 2. Deduc quasi torrentẽ lachrymas per diem & noctem, nõ des requiẽ tibi, neq; taceat pupilla oculi tui. Notæ sunt & illæ lachrymæ, ad quas alibi idem inuitatur. Filia populi mei, accingere cilitio, & conspergere
Hiere. 6. cinere. Luctum vnigeniti fac tibi, planctum amarũ. Vtinam ad has voces & nobis lachrymæ si non corporis, saltẽ cor-
Hiere. 4. dis erumperent. Laua inquit Esai. a malitia cor tuum. Glossa quædam hoc loci habet. Maria soror Lazari bis eodem functa est officio, semel in Galilæa, secundo in Bethania, ibi pedes, hic caput. Sic fidelis anima prius ad pedes prouoluitur domini, misericordiæ operibus, pauperum inopiam subleuans, tum caput vngit, quando misericordia domini vicissim vngitur, vt semper secura esse possit.

Capillis tersit capitis sui. Id est, vt Gregorii imitemur, charitate externa erga proximum accensa in pauperes fuit misericors, superfluos cibos, & vestimenta, & reliqua distribuens, Quod inquit Christus, Superest, date
Lucæ 11. eleemosynam, & omnia munda erunt vobis. Nam sicut
Eccle. 3. aqua ignem, sic eleemosyna extinguit peccata, pauca...

bis sufficerent, si quisq; sibi ipsi sufficeret. Initium enim vitæ hominis aqua, panis vestimentum, & domus protegens turpitudinē. Iam quod reliquū est, largire pauperibus, frange esurienti panē tuū, & egenos vagosq; introduc in domum. His enim capillis tergitur caput nostrum Christus. Nam quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Hos capillos vt abiiciamus in Hiere. Tonde capillum tuum, & proiice, & sume planctum, id est, frange esurienti panem, da populum vel frigidæ aquæ sitienti, proiice ad inopes & misere afflictos viscera misericordiæ. Natura. paucis cōtenta. Esai 58. Matt 25 Hiere.7.

Et osculabatur pedes eius. Obserua amoris vehementiam, & improbitatē ardoris. Recte dicitur in Cantic. Fortis est, vt mors, dilectio. Et, En dilectus meus loquitur mihi. Loquebatur intus spōsus, traxit, excepit, arrisit, id vbi sensit peccatrix porro in oscula fuit. Osculo enim declarant amantes mutuum amorem, id quod imitatur hæc mulier. Omnia enim quæ gessit symbola amicitiæ fuere. Cantic.1. Osculetur me osculo oris sui, in gratiam redire anhelabat, quæ exosculari a sponso postulauit. Igitur præcipit Paulus Salutare inuicem in osculo sancto. Recte in osculo sancto se excipere debent fideles non turbi & Venereo vt mutuum amicitiæ & fidei officium ostendatur. Canti.8 Osculum Canti.1.

Vnguento vngebat. Erat vnguentum hoc eximium maximoq; precio paratū, quo significatur vt bene operando, bonæ opinionis odore ac famæ alios respergamus, & ad probe agēdū nostro alios excitemus exemplo. Nobis enim conscientia si quidē sufficit, sed aliis fama inculpata necessaria est, vt videlicet ita instituam⁹ vitā nostrā, ne cui simus offendiculo. Id siquidem prestiterimus, ingenue licebit cū Paulo dicere Christi bonus odor sumus, aliis quidē odor vitæ in vitā &c. Spargitur hoc vnguētū p oēs ecclesiæ angulos vt bñ aīaduertit sponsa. Oleū inquit, effusū nomē tuū quo nomine nō tā misericordiæ diuine liquorē quā præclara pietatis opera designata sūt. Si ,dē sctē, et religiose, iuste & pie vitā nostrā, sine querela trāsigimus, Hoc est qđ Eccle indicat.7. Melius est nomē bonū, quam vnguenta precio sa 1.Cor.2. Canti.1. Eccle.7

Vidēs aūt Phariseus. & c. Hic si esset Propheta.

Audiuimus charissimi pœnitētiæ regulas aliquot. quas nobis peccatrix graphice ob oculos effigiauit, improbitate quadā & sancta impudētia irrumpens in regnum cœlorum qualis sit nunc Pharisæus iustitiarius ille, & arrogantiæ mens, ex iis quæ Euangelista subdit, facile perpendere possumus. Sunt enim nōnulli hoies plus nimio superstitiosi aspernantes præ se oēs qui externis laruis operum nō sunt conspicui. Quorum si animum internoscas, nihil offendes quod verā pietatē sapiat, quod bona opera ex charitate ... [illegible]ta spiret, interim etiā morbo quodā incurabili liuoris ... odii hypocriseosq; laborant. Tales inquiunt, si quē re[illegible]
Numo.3 scentē viderint, Hic si esset Propheta, & cæt. In numer[illegible] gimus, Præcipe filiis Israel, vt eiiciant de castris omnem le-
Leuit.5 prosum, & qui semine fluit, pollutusq; est super mortuo [illegible] masculum quā fœminam. Idem fere Leuit. 5. Si tetigerit quicquā de imūditia hoīs, iuxta omnē impuritatē qua [illegible] lui solet, oblitaq; postea subiacebit delicto. Ex his atque ... locis colligebant Pharisæi falsæ iustitiæ fastu com[illegible] pollui, ac cōtaminari si cū Publicanis & peccatoribus [illegible] querētur. Non intelligētes quæ sancta sunt, coinquinari posse, nisi vitiorū contagionē sponte participent. [illegible] uit in Sodomis Loth, & nō est pollutus, & plerique alii
Gene.39 sancti, in medio nationis prauæ splēdide sese habuerunt. Quanquam non oībus id tutū sit. Sūt enim imbecilliores nōnulli, qui prauorum factis coinquinari facile possunt, ac illis dicitur, Sancti estote, quoniā & ego sanctus sum. Et
Lebi.19. item, Exite de medio eorum popule meus, & immundū ne tetigeritis. Verū talis non erat Christus. Nihil ergo illum immunditiæ, ex consortio & colloquio peccatricis mulieris accidere potuit, nemo hūc cōtaminari vel factis vel [illegible] bet turpibus operibus valebat, qui in hoc venit in mundum, in hoc mortuus est, vt suo sanguine inquinatos & san[illegible] ficaret & ab omni inquinamento abstergeret. Lauit eos nos a peccatis nostris, inquit Ioan. in sanguine suo. Et
Apoc 1. Hebr. Paulus. Quanto magis sanguinis Christi ma[illegible]
Hebr. 9. bit conscientias nostras, & cæt. Id sentiens mulier imp[illegible] tunam se ingessit conuiuio. Respondens Iesus dixit ad illum. Simon habeo tibi aliquid dicere.

Parabola vtitur Christus .propemodum rei ob oculos positæ accommoda Nam tria licebit in hoc cõuiuio obseruare. Primo iudicē, qui omni vitio caret, deū, qui corda scutatur & facta, operaque nostra quasi ex animo proficiscātur perpendit. Tucatur hic semper suos, defendit confugientes ad se, recipit, quoslibet in suum consortium, qui in illum credunt, qui amant, qui factis se & credere & amare declarant. Secundo adest peccatrix suum erratum agnoscens sibiipsi eo magis displicens quo grauius peccauit, quo longius a deo antea recessit, irrūpit hæc amore erga Christum accensa, ad conuiuiū, agnoscit culpā, factisq; declarat animi mœrorē, declarat & propensum in Christum studium, iamque incipit verū esse, quod ait Petrus Charitas operit multitudinē peccatorum. Debuit hæc multa Christo, sed tamen veniā ac cōdonationem vera confessio meretur. Tertio adest conuiuio Pharisæus, iustitia externa tumidus, & plus nimio fidens suis viriculis, calumnians etiamnum Christi oīm seruatoris benignitatē, fastidiens quoq; peccatricē seu immundā, cū ipse interim inuidus esset, obtrectator esset famæ ab alienæ arrogans quoq; & ambitioue corruptus. Debuit & hic Christo fidem, sed non præstitit, debuit pro peccatis pœnam, sed soluendo non erat, atque huc tota parabola adhibetur, quam tamen ad viuum expendere non possumus, neq; debemus, opinor. si Aug credimus Satis enī fuerit eā accōmodare præsenti caussæ, & rei propositæ. Agit igitur Christus hoc ænigmate, vt Simonis superbū animū retūdat. vt porro peccatorē esse & hūc commostret, eoq; gratia egere Omnes enim peccauerunt & egent gratia Dei igitur ait. Duo debitores erant cuidam fœneratori. Comparat Simonem & peccatricem CHRISTVS eo quod obstricti erant ære alieno, Ille quidem pauca videbatur debere iuxta hominū æstimationē, hæc vero multis erat obnoxia criminibus, non tam in oculos aliorum quam propriis. Fœnerator deus est, qui ad vsuram collocauit omnia dona sua, alii quidem quinque talenta, alii duo, alii vnum tribuens. Verum multis modis contingit nos domini pecuniam prodigere, inque profanos vsus expendere, eoque magis debitores constringimur, quo minus lucri

1. Pet 4.

Rom. 3.

Mat. 25

reportamus, minusq; fœnoris in thesauros domini reponimus. Credidit hic nobis multa, nos pauca rependimus. Imo beneficia magnifica ingratitudine repẽsamus. Quod ait alterum debuisse denarios quingentos, alterum quinquaginta significat quinq; sensibus nos hæc debita cõtraxisse. Omnes enim qui peccamus, sensoriis instrumentis abutimur, alius tamen alio magis. Sunt enim qui seipsos dedunt vitiis, prorsusq; prostituunt & corpus & animam. Sunt rursus qui in speciem sancti videntur, interius tamen pleni sunt stercore & putredine iræ, odii, liuoris Hi quinquaginta debere videntur, humano iudicio, alii vero quingenta, vtriq; tũ deo pctõres sunt, vtriq; gratia ac liberalitate creditoris indigent, quanquam vtriq; id ipsum non animaduertant quocirca alteri condonatur noxa, alteri, qui non agnoscit, qui seipsum non humiliat, qui non amat, non est officiosus, minime condonatur. Non habentibus

Nemo suis viribus pro peccato soluendo est.

illis vnde redderent, donauit vtriusq; Nemo enim suis viribus exclusa dei benignitate soluendo est, nemo potest ex se satisfacere pro peccatis, nisi illi gratia Dei suppeditet vires, & præsidium Non enim sumus sufficientes ex nobis tanquam ex nobis sed sufficientia nostra ex DEO est. Et item. Quid enim habes quod non accepisti? Iam si accæpimus, donum dei est, si donum dei est, non ex nobis perinde atque ex nobis, proficiscitur, sed ex præueniente & cooperante gratia, cui potissimum ferri acceptam oportuit & conuersionem nostram & satisffactoria opera Agit hoc multis argumentis PAVLVS, quando dicit Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundũ magnã misericordiam suam, saluos nos fecit Et item ad Ephe. Dei enim donum est, non ex operibus, ne quis glorietur, &cæ. Quibus liquido constat, & Christum & Paulum, loqui de eo statu, quo peccatores sumus, alienique a deo, non autem de eo, quo amici dei sumus, perque fidem Christo insititii facti. In eo siquidem statu, quo gratiam consequuti bene operamur, multis modis, satisffacimus reddimusque quod debemus. Reddimus enim deo, quod dei est, & quod Cæsaris Cæsari, deo animam & corpus, præces, vota & id genus alia ex charitate erumpentia opera, Redde inquit

2. Cor 3.

Titum. 3.

Ephe. 2.

satisffactio

Dauid, altissimo vota tua Et item. Quid retribuam domino Calicem salutaris accipiam, Vota mea domino reddam Psal. 49.
in conspectu omnis populi sui Et Osee. 14. Reddemus vitulos labiorum nostrorum Eccl 5. Si quid voueris deo ne moreris reddere Quo etiam colligimus longo interuallo eos aberrare a vero, qui nihil posse reddi a nobis deo, autumant. Reddimus enim deo vitam nostram, & præces, vitulos scilicet labiorum nostrorum. Cui enim iustius, cui dignius omnia nostra reddenda sunt, atq; offerenda, quam illi, a quo mutuum accæpimus. Reddimus etiamnum deo ieiunia, quibus subinde cooperante gratia abstergũtur peccata, nam dominus testatur. Date eleemosinam & oĩa munda erunt vobis. Atqui hic vides eleemosynas mũdare peccata sicuti & alibi eleemosynis redimi præcipiuntur. Reddimus secundo proximo honorem, vectigal, amorem, officium denique nostrum, quod illi lege amicitiæ debemus, Rom. 13. Reddite omnibus debita, cui vectigal, vectigal. cui tributũ, tributũ, Itẽ reddimus cũ Zacheo, si quẽ defraudauimus quadruplum, Sic & Deut. 24. præcipit Moses de reddendo pignore Si inquit, pauper est, non pernoctabit apud te pignus, sed statim reddes ei ante solis occasum, vt dormiens in vestimento suo benedicat tibi, & habeas iustitiam coram deo tuo Idem de mercede reddenda mercenario. Eadem, inquit, die reddes ei præcium laboris sui ante solis occasum. Ex iis constat, eos mendaces esse, falsosque scripturæ interpretes, qui nihil distinguunt inter statũ peccati & gratiæ. Si in peccatis degas, reddere quidem potes multa quæ proximo debes, reddere & nonnulla potes, quæ Deo debes, nempe visibilem cærimoniam, interim tamen nihil tibi ad æternam fœlicitatem proficis, nihil inde lucri nihil præmii neque fructus reportabis Igitur Christus. Nõ habentibus vnde redderent. Cur ita? Quia animam perperam æri obstrinxisti alieno, quia vænundatus es sub peccato. Iam quoniam sub peccato vænundatus es nihil deo dignum repensare nisi liberes seruatoris beneficio, potes Hoc est quod ait, cõdonauit vtrisq;, intellige per Christum qui est satisfactio nostra, & redemptio. Roman 8. Proprio filio suo non pepercit deus, sed pro nobis omnibus tradi-

Osee. 14. Eccle 5. Luc. 11. Danie. 4. Roma. 13. Luc. 19 Deut 24 Roma. 8.

Coloss. 2. dit illum, Et ad Col. 2. loquens de efficacia crucis, & condonatione erratorum, ita habet. Vos enim mortui essetis in delictis & præputio carnis vestræ cõuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta. Cura igitur in Christo, vt sis tũ reddere meritorie multa potes, quæ antea mortuus non valebas. Quis eum plus diligit? Respon. Aestimo quia is cui plus donauit Bene quidem & optime. Habet hic glossa ordi, secundum homines plus fortasse offendit, qui plus debuit, sed misericordia domini caussa mutatur, vt amplius diligat, qui amplius debuit, si tamẽ gratiam consequatur. Exigit enim gratitudo vt etiam vehementius ames, a quo tot beneficiis es affectus, qui minus peccasse videtur Proinde colligunt hoc loci, multi Christianũ hominem multis rationibus deo obstrictum, multoque magis quem gentilem & ethnicum, deo obnoxium. Idem forsan de eo qui potiora gratiæ & operationis dona recæpit Dũ enim augentur dona, rationes etiam donorum crescunt. inquit Greg. Recte iudicasti Probat Christus Symonis increduli adeoq; hypocritæ & arrogantissimi iudicium quasi rectum, & æquitati consentaneum, quo sequitur aduersus scismaticos huius sæculi, non omnia infidelium hominum opera esse peccata, imo esse quædam a peccati reatu immunia, porroque aliena, vtpote quæ a recta ratione vel elicita sunt, vel exequutioni demandata, neq; enim interiit recti & honesti iudicium in mortalibus omnibus, id quod cernere licet in philosophis plerisque & aliis item Reipub. moderatoribus sequitur secundo, hominem extra gratiam positum, multa & agere & dicere, quæ de genere morũ bona sunt, iusta ac naturali legi consona, id quod huius Simonis iudicium probat. & Christus in Euangelio. Si igitur vos cum sitis mali nostis bona data dare filiis vestris & cæte, Ita multos est inuenire ieiunatores, multos verbi ministros, plerosque sæculi iudices, complures ex philosophis qui pleraque multa obseruent, quorum nomine commendandi sunt, etiamsi nihil illis hinc mercedis sperandum sit a deo Damnatur autem hic pharisæus sua propria sententia secũ ferẽs quo intereat, suspendaturq; funẽ,

Non oĩa ĩfidelium hoĩm ope eẽ peccata.

Matth. 7.

Conuersus ad mulierem ait, &c Couertit se animi propensione, vt erigeret mœstam ac mœrore confectã totq; indiciis testantem pristinæ vitæ pœnitudinem Deinde numerat officium peccatricis fœminę, quod certe non erat vulgare, nec animi oscitantis indiciũ, Oĩa enim q̃ ægit argumẽta fuere immẽsi cuiusdã erga christũ amoris id quod ex superiotibus constat Hinc Christus Fœlix fauitũque pronũciat nuncium, quo simul declarat omnem noxã condonatã.

Propter quod dico tibi remittuntur ei peccata multa. &c. Cui autem minus re. mi. diligit,

Arguit tacite pharisæorum frigidam erga deum dilectionẽ Quicquid enim faciunt non ex animi profiscitur synceritate, sed ambitione & arroganti quadã ostentatione sui Videbantur enim sibiipsis iusti, & tales omnino, qui nullis peccaeis essent obnoxii, eoq; frigidus deum proximũq; amabant Neq; enim putabant se multum habere, quod ignosceret Deus, qui sibi munditiam animi, & condonationem peccatorum ex propriis operibus pollicebantur, id est ex crassis & externis solum operibus legis Mosi. At qui in hoc fallebãt maxime seipsos, eoque iu re optimo a Deo repudiati sunt. **Remittuntur tibi peccata tua,** Fœlix absolutio, remittuntur tibi peccata tua, sed non sine præcibus, non sine lachrymis, non sine multis etiamnum externis operibus impetrata, quenquam interim gratia gratis sit impartita, & non ex operibus legis distributa. Quandoquidem si rem altius perpendas, habes primo verbum salutis quod in aures increbuit peccatricis, nempe illud, venite ad me oẽs qui laboratis & onerati estis. Secundo, habes liberi arbitrii conatum, oblatæ gratiæ sese accommodantem & medicum adeuntem, qui præsto erat singulis morbis salubria pharmaca exhibere. Venit igitur ad domum pharisæi, irrupit imprudẽter quidem sed fœliciter cõuiuio Tertio amat vehementius medicum, id quod signis nutibusq; declarat Tota enim ardet ac amore Xpi flagrat. Hinc lachrymæ hinc oscula, hinc alia humanitatis & dilectionis prodiere officia Atque hoc est quod ait. Remittuntur ei peccata multa. quoniam dilexit multum. Dili-

Quibus rationib⁹ Madalena a Xpo absolutionẽ meruit.

Matth 11

Rom.8. gentibus enim deum omnia cooperantur in bonũ. Proinde hic vides quam fœliciter huic cesserit peccatorum magnitudo. Quarto, indignationem perpende hypocritarum & eorum dominum qui sibi iusti videntur, qui præ se cæteros aspernantur, cæteris dei dona, & clementiam inuident, quales etiam hoc tempore multos licet cernere, qui veros hypocritas agunt, dum ad aliorum fœlicitatem torquentur. Cæterum vno Christi verbo damnantur, Væ vobis pharisæi & scribæ, qui iustificatis vos coram hominibus. Ex hoc numero fuere & conuiuatores illi, qui tacitus Christi verba arguebant. Quis est hic qui peccata dimittit? Ignorabant enim miseri latentem in Christo diuinitatis vim & potentiam, qua vere dicere potuit. Ego de', qui deleo iniquitates. Quinto obserua iudicis clemẽtiam in peccatores & resipiscentes Nihil enim moratur pharisæorum temeritatem. non authoritatem extimescit eorum qui omnibus erant admirationi, sed constanter pro peccatrice pronunciat. Remittunrur ei peccata. Recenset & beneficia, demumque lætam domum remittit. **Fides tua te saluam fecit, vade in pace.** Cur saluam fecit? Quia quem dilexit anima sua, quia dilectionem operibus declarauit, quia illachrymauit propriam infœlicitatem, quia rigat, extergit, osculatur, vngit, quæ omnia charitatis sunt argumenta Proinde hic vides, quanto interuallo dissideant a vero, qui omnem salutem id solam fidem reiiciunt. Neq; enim dicit Christus, sola fides te fecit saluã, sed antea fatetur illi cõ donata multa, quoniã dilexit multũ. Charitas igitur est quæ omnia credit, quæ omnia sperat, oĩa operatur, non sola fides, cui non summam, sed imam salutis portionem tribuimus. Nam summa salutis est dilectio, vt enim plenitudo legis est dilectio, sic & plenitudo fœlicitatis & vinculum perfectionis existit. Idem enim munus, idem officium vtrobiq; exercet, & legem perficiens, & fœlicitatẽ consumans, id quod nusquam fidei tributũ legimus. Cur igitur inquit quispiam, toties salutem fidei tribuit Christus? Dixit alibi, & idem repetere non pigebit. Quia rebelles Iudæos a Mose, ad se reuocare voleb it. Ipse enim erat propheta ille magnus. quem fore prædixit Moses. Ipse semen

Margin notes: Esa.43 — Inter fidẽ ac charitatẽ differẽtia. — 3.Cor.13 — Cur xp̃s salutẽ toties fidei tribuerit.

illud benedictum, in quo omnes consequuturi benedictionem erãt. Id quum ratione deprahendi non, posit, humana, fide arripi oportuit, eoq; factum est, vt toties in fidem reiiciat salutem, toties replicet fides tua te seruauit. Oportet accedentem Iudæum & gentilem credere, quod Christus sit mundi seruator, quod mediator sit dei & hominum, quod totius legis sit finis & summa. Secundo, in fidem reiicit salutis nostræ arcanã energiam, ne quis se suis viribus solum indepisci existimet, quod ex dei munere pendet. Hoc est quod Paulus testatur. Non ego, sed gratia dei mecum. Et item. Sufficientia nostra ex deo est Et in Ioanne Christus. Sine me nihil, potestis facere. Ideo toties Dauid replicat Fortitudo mea & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem. Et nisi quia dominus adiuuisset me, paulominus habitasset in inferno anima mea. Et factus est dominus firmamentum meum, & refugium meum Similier & illud. In te inimicos nostros ventilabimus cornu. Non dixit nostra virtute, aut industria inimicos ventilabimus cornu, sed in te, atque tua dextera, tuaque potentia expugnabimus omnes aduersarios nostros. Vides omnia hic in deum reiici tanquam in authoré victoriæ, & saluris. Quod vero addit hoc loci Christus: Vade in pace, idem est cum illo: quod alibi testatur: In me habebitis requiem. Et item. Inuenietis requiem animabus vestris, qui videlicet ante cõscientiæ stimulis excarnificati fuistis. Largiatur nobis hãc pacem omnium bonorum largitor Christus, qui est pax nostra, & totius salutis basis. Amen.

Hebr. 10.

Nostra victoria ex dei munere pendet

1. Cor. 15.

Ioan. 15

Psal. 17.

Ibidé. 17

Io. 16.

Mat. 11.

Feria sexta post dominicam de passione Euang. Ioan. xi.

Congregauerunt pontifices & pharisæi consilium, & dicebant. Nemo est charissimi magis ab omnibus damnandus, quam is, qui pro benefactis mala repensat. Ideo in Prou. 17. Sapiens. Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius Ingrati enim spes, inquit alius, tanquam hybernalis glacies tabescet, & disperiet tãquã aqua supuacua, id quod vsu ingratisimis Eccle.

Prou. 17

Iudæis venit. Illi siquidem cum memores beneficiorum dei debuerāt esse quibus omnifariam erant a deo op. max. affecti malum Christo machinātur, eoque impietatis sunt prolapsi, vt illi mortem meditentur, qui mortuos reuoca uit ad vitam, verum noluit deus tantum scelus sinere mul- tum, quando id quod effugere tentabant periculi, omnes in vniuersum comprehendit, adeoq; inuoluit, vt & regnum & sacerdotium amiserint. Recte igitur alicubi, inquit La- ctantius: non constare homini ratio pietatis potest, si cœle stibus beneficiis extiterit ingratus, quod nō est vtiq; sapiē tis. Obligatio enim est ad præstita beneficia talis, quali- bus sumus affecti beneficiis, id cum animaduertere po- tuissent scribæ & pharisæi, maiori odio prægrauantur, id quod tota hac lectione euangelica probatur. Ergo.

Colligerunt pontifices & pharisæi concilium.

Consultandi gratia ac cōspirandi in mortē Christi coeunt in vnum pharisæi & scribæ, ceu primores populi inuidiæ stimulis acti, quanquā hanc suam sanguinariam consulta- Psal. 2 tionem publicæ salutis prætexant incolumitate. Quæ ra- bies sic eos tenuit, sicq; persuasit, vt non nisi occiso serua tore omnium Iesu se Iudaicam gentem seruare posse au- tumarent. Prædixit hoc fore olim Dauid: Quare, inquit, fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. Astite- Psal. 32. runt reges terræ. Recte ait meditati sunt inania. Nihil enim inanius quam aduersus Iesum meditari, aduersus salutem consultare, ac in concionem coire. Dominus enim dissipat Gen. 49, consilia gen. reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat con. principum, Cur ita? quia inania sunt, quia fragilia sunt, & insipientia. Idcirco olim vaticinatus est sanctus patriarcha Iacob, Symeon & Leui vasa iniquita- tis bellantia, In Hebræo dicit Hiero. haberi vasa iniquita- tis arma eorum, in arcanum eorum ne intret anima mea. & in conuentu eorum ne desoletur gloria mea, quia in fu- rore suo interfecerunt virum, & in libidine sua suffode- runt murum. Quæ omnia in Christum, si allegoriam spe- ctes, recta tendūt. Is enim vir ille est, de quo Esa. Nouum Hiere. 31. faciet dominus super terram, fœmina circundabit virum. Qui itidem & murus est, & antemurale nostrum, adeoque

totius salutis nostræ tutissimum asylum. Is itaque estquem occidere impii cõsultãt, quã cõsultationẽ, vt impiã, vt scelestissimã, vir sanctus execratur, ac damnat subdens. Maledictus furor eorũ, quia pertinax, & indignatio illorum, quia dura. Dauidem eos in Iacob & dispergã eos in Israel Nemo Iudæis pertinacior, nemo magis rebellis si Stephano credimus. Duri corde vos semper restitistis spiritui sancto, quẽadmodum & patres vestri At vero, qua animaduertendi sint pœna, audi Dauidẽ eos. Separati enĩ sunt in diẽ furoris dñi, atq; a testamento Dei, adeoq; adulcissimis promissionibus diuisi & ab alienati, perq; totum orbem dispersi, vagi, & errabũdi Imitentur hos Iudæorum scribas, quot quot tandem improborum cõspirãt mortẽ, infamiã, ac cõfusionem, quales multos habet mũdus. Gene. 37. Ecce somniator veni, venite occidamus eum, & mittamus in cisternam veterem. Idem habes in Iudæis, qui in necem Pauli conspirauerunt. Act. 23. Deuotione deuouimus nos nihil gustaturos donec occidamus eum. Idem nõ semel inueni Dauidi regi omnium, qui fuerunt optimo. Quoties enim in huius necem Saul, quoties achitofel, aliiq; complures cõiurarũt? Verum dñs hũc eripuit de ore leonis in quod fere ĩciderat. Habet & nostrũ sæculum eiuscemodi cõspiratores, quorum alter alteri mortem intentat, aliis aliud euenire solet. Videmus manifestam infamiam non semel probis hominibus irrogari atq; inuri, vel hinc suam turpitudinem vel purgẽt, vel tergãt. Recte notauit hoc vitium propheta. Omnis frater fraudulenter incedit. Et alius item: Inimici hominis domestici eius. Id vsu venit multis monachis, qui aduersus suos præpositos mira machinãtur. Eodem morbo & plærique sacerdotum & principum multi laborant, alii enim a pontifice, a quo sacris initiati sunt, deficiunt, alii aduersus Cæsarem multa impudentia sese erigunt, sunt etiam inter infamem plebem, qui aduersus dominos suos legitimos insurgunt, id quod suo malo didicerunt rustici superioribus annis interfecti. Non igitur iniuria damnantur, qui pharatreas vel fractiones adinueniunt. Quandoquidem hoc criminis non tam CHRISTIANIS, quam Ethnicis damnabile est, nec modo iure pontificio, sed etiam exteris legibus prohibitum. Cæterum & cõsentientes alicu-

Act. 7

De cõspiratoribus sanguisugis.

Gene. 37

Act. 23

Hier. 9

Mat. 10.

bis notantur,& qui eo corrupti sunt,vt infames in nullius accusationem admittẽdi sunt, Capitalis est,si aduersus Imperatoriam coniures maiestatem , sin vero aduersus eos conspires , qui verbum tibi salutis administrant,qui te in salutis viam dirigunt , multo maiore supplicio dignus eris. Inuasit hoc immedicabile crimen multorum principum consiliarios,multosque sic sibi mancipauit, vt cui hodie bene cras pessime velint, pessime & insidientur, vitamque eripiant. Quid facimus?Quia hic homo multa signa facit. Semper solet inuidia aliorum marcescere fœlicitate , id quod hoc loco licet cernere. Inuidebant enim gloriæ Christi, quam multis modis apud vulgum obscurare conati sunt. Quærunt quid faciemus,id antea non semel ex Christo discere potuerunt. Docuit enim quid facto

Ioan. 6. opus esset,siquidem salutem indipisci vellent. Hoc, inquit, est opus Dei vt credatis. Multa,inquiunt,signa hic homo facit q.d. hec est,quod nos angit,hoc torquet animos nostros,quod magnificis factis celebrior quotidie euadit atque illustrior redditur. Si dimittimus eum sic,oẽs credent in eum,&c. Per inuidiam caussantur regnum affectare,& prætexunt publicam vtilitatem , eam videlicet. Si enim Christus regnum inuaserit, famaque rei innotuerit, suspicabuntur rebellionem nos molliri,adeoque ab Romanorum Imperio & obœdientia velle deficere, hinc collecto exercitu nos adorentur,inuadent vrbem , vastabunt locum,& gentem tollent omnem . Proinde iis icommodis maturius occurrendum est. Sic solet semper in rebus pub. fieri,vbi odio,& malis auspicii administratur res metu enim delinquitur, quæruntur præsidia humana,coniuratur aduersus innocentes, tolluntur e medio probi ac cordati viri, quorum consilio & responsis, adiutari solent & multo fœlicius gubernari,quam tyrannide. quam potentia. Testis est Salomon, Ecclesi. 7. Ciuitas parua & pauci vi-

Eccl. 9 ri in ea,venit contra eam rex magnus,& vallauit eam extruxitque munitiones per gyrum. & perfecta est obsidio, inuentusq; est in ea vir pauper & sapiẽs,& liberauit vrbẽ per sapiẽtiam suam,nam melior est sapiẽtia quã arma bellica.

Neque igitur si boni viri si vates celeberrimi, si philoso-
phi Reipub. præsint, in caussa esse potest exterminii immi-
nentis, nam & Plato optabat aut philosophos præesse, aut
eos qui Rebuspub. præsunt philosophari, sed si in ciuitate
tyranni habenas ac gubernacula teneāt, si impii & iniquis-
simi siccarii, prædones, ac adulatores principibus a consi-
liis sint, iam actum erit de regno, actum de imperio toto.
Quo modo facta est meretrix ciuitas fidelis, inquit Esai. Esa 1.
1. plena iudicii, Iustitia habitauit in ea, nunc autem homi-
cidæ. Principes tui socii furum infideles, Omnes diligunt
munera, sequuntur retributiones. Hacque ratione testatur
dominus ciuitatem solo adæquatam, quod mali præsint,
quod sacra profanant, quod sacerdotia veno exponant,
quod viduam pupillumque opprimant. Ego inquit conte- Esa. 1
ram sceleratos & peccatores simul, & qui dereliquærunt
dominum consumentur. Eandem & Ezech. 7. rationem as- Ezec. 7
signat demolitionis regni. Fac conclusionē, quoniam terra
plena est iudicio sanguinum & ciuitas plena iniquitate. Et
adducam pessimos de gentibus, & possidebunt domos
eorum, sequitur. Rex lugebit, & principes induentur mœ-
rore, & manus populi terræ conturbabuntur. Secundum
viam eorum faciam eis. Non igitur quod Christus fidem
docuit, quod arguit criminosos, quod sanitatem præstitit
infirmis, quod mortuos resuscitauit, destructioni ansā præ
buit, sed quia docentem repudiarunt Iudæi, eieceruntque
verum hæredem extra vineam, igitur mali male perditi
sunt. Sic & olim factum esse, testantur captiuitates Ba-
bylonicæ. 4. Reg. 25. & Antiochæ. 1. Mach. 1. Astipulan-
tur iis omnes prophetæ, & prophetarum dominus Chri- 4 reg. 25
stus. Idcirco, inquit, relinquetur vobis domus vestra deser- 1. Marc. 5
ta. Et in Luca. Circundabunt te inimici tui valo, & cæ. se- Lu. 19
quitur, eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ. Trib⁹ rō-
Vnus autem ex ipsis, Caiphas nomine, cum esset nis oñdit
pontifex annimi illius. Recte dixit olim Esai. Iniqui iīquū fuis
sunt cœtus vestri. Coactum enim erat consilium sed iniu se pharise
stis, sed inquissimis auspiciis, iam, & qui præerant comi- orū aduer
tiis, mali erant, ac scelerati, ambitione tumidi, auaritia cor s⁹ Christū
ruptissimi, liuore ac odio adusti, id ex trib⁹ licet colligere. cōsilium.

Primo Caiphas, Pontificia sibi munia, pecunia coemerat, quo manifestario in legem MOSI deliquit, quæ præcipit vnum summum pontificem toto æuo suo præficiendum, quo mortuo, in locum patris succedere debuit filius, sacerdotiumque administrare, vt habes Exo. 28. sicque erat Pontificium sub id temporis perpetuum. Verum Iudæi ambitione ducti, illud annum fecerunt, pecuniaque sibi singuli venditabant a Romanis. Hanc morum corruptelam Synagogæ irrepsisse plerique multi historici enarrant, sed & in 2. Macha. 4. nonnulli, data pecunia prægrandi ad sacerdotia contendisse leguntur. Quod malum auaritiæ & ambitionis vtinam cum Synagoga interisset: nec nostros Episcopos & sacerdotes, qui tot numis sibi sacerdotia parant, occupasset. Numis enim & pecuniæ parant omnia Romæ ac patent, id qui nolet credere, interroget eos, qui annata, vt vocant, colligunt, qui condonationibus omnem expiscantur thesaurum, qui denique omnia sacerdotia væno exponunt, atqui hic vnus abusus tolendus esset in Conciliis sacrosanctis. Secundo deliquit Caiphas, quod iustitiam subuertit, pronuncians innocentem morte plectendum sine caussæ conitione, id quod non vno loco vetitum erat. Præcæpit enim Moses Deutero. 16. Quod iustum est iuste exequere. Non igitur erat tolendus CHRISTVS, etiamsi regnum temporarium, id quod falsum, occupasset, multo igitur hoc Caipha iustior fuit Nicodemus, qui ait: Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso. & cognouerit quid faciat? Verum hic Caiphas neque examinato Iesu, neque adhibitis testibus neque deductis caussarum meritis, mortis reum pronunciat Christum. Non est hic ordo iuris quamquam & hunc Caipham multi tyrannorum imittentur, & principes magistratus, id quod nos multis in concionibus testati sumus. Verum, nemo est, qui suum errorem agnoscat, multo pauciores, qui corrigant, paucissimi, qui patienter monentem ferant. Tertio, eo etiam offendit in iustitiam & æquitatem, quod pessimi concilii author fuit. Is videlicet, qui potuit ex authoritate alios a temerariis ausibus & conatibus cohibere Ipse enim cæteris sceleratior fuit, imma-

Marginal notes: Exo 20. (beside "rat Pontificium…"); 2. Mac. 4 (beside "sed & in 2. Macha. 4"); Deu. 16. (beside "titum erat"); Io. 7 (beside "mus, qui ait").

nior, ac præcipitatior ad scelus nefandum & facinus inexpiabile, eoque maiore reatu obnoxius, frigidam eñi suffūdebat, verumq; est quod ait Propheta Princeps postulat, & iudex in reddendo est. Verū, miser hic pontifex incidit in scylā cupiens vitare charybdim. Metuebat Roma. Iudæam incursuros, si Christum fineret viuere, hinc consulitque pessima, vt tollant e medio Christum, ne in deuastationem tota gens abeat. Sed infœlix bis atque tertio in deterius exitium incidit, id quod paulo āte prædictum erat. Cadent in ore gladii, inquit Christus, & captiui ducentur in omnes gentes. Ex iis, facile est intelligere, hanc Caiphæ consulationem, multis modis fuisse impiem, fuisse iniquā, & omnino explodendam, quamquam huic omnes subscriberent. vt verum sit quod ait propheta: Facienti nequissimum consilium reuoluetur in ipsum. **Hoc autem a semetipso non dixit, sed cum esset Pontifex anni illius. Quia Iesus moriturus erat, &c.** Verba sunt Euāgelistæ, quibus interpretatur & ac cōmodat Caiphæ cōsultationem, ad Christi mortem, quam nostri ob salutē sustinuit, non quod vere Propheta esset Caiphas, sed ita vaticinatur, vt asina Balaā, ipse nescius futurorū, ignarusque earū rerum quæ spiritus sanctus, vocibus significari voluit. Animus enim Pontificis impius fuit, & porro sanguinarius, ac incredulus, nihil aliud quā Christi mortem intendens, ne qua inde foret materies belli Romani. Veruntamen ae voce tanquam organo salutis Deus visus est. Talis fuit & illa prophetia. Sāguis eius super nos & super filios nostros. Abutitur enim Deus vasis iræ ad ostensionem gloriæ suæ, id quod patet in Pharaone, vt habet Rom. 9. Paulus. Quod vero Euangelista ait Cum esset pontifex anni illius, hoc significari potest mea quidem sententia, quod ex pontifice olim oportuit expectare sententiæ sensuram. Id enim dignitatis deferebatur sacerdotibus, vt censerent atque decernerēt, in rebus ambiguis quid facto opus esset Legem inquit Propheta, ex ore eius requirent Obserua hoc loco, non esse gloriandum de donis Dei quātūlibet eximiis nisi ex fide & charitate obtineā

Miche. 7.
Eccle. 27.
Matt. 27.
Rom. 9.
Malac. 2.

tur & ad Dei gloriam exigantur. Eximium enim donum est prophetiæ spiritus, nihil tamen hic profuerit ad saluté, nisi adsit gratia ad dilectionis gratuitæ spiritus, quo omnia viuificantur, nam & Baal nefarius, inter prophetas adnumeratur, & tamen extra Dei fauorem, vaticinatus est, idem de illis dicendum, aduersus quos horrendo illa vox intonabit. Multi dicent mihi in illa die. Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & dæmonia eiecimus? sequitur, tunc confitebor illis, quia nescio vos, Discedite a me omnes operarii iniquitatis: Neque igitur magni pendendum, si multis a Deo dotibus insignitus sis, nisi adsit charitas 1. Cor 13. Etsi habuero omnem prophetiam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Destitutus erat iniquus & ambitiosus pontifex charitate, destitutus & fide in Christum, nihil igitur illi profuit vaticiniũ Quanquam vti diximus propheta non fuerit, sed spiritus sanctus plectro linguæ in suum commodum vsus est. Erat enĩ Christus oppetiturus mortem non tam pro Iudæis, quam pro omnibus in vniuersum ouibus suis. Has enim in vnum ouile congregare voluit, vt subinde esset vnum ouile & vnus pastor, Secundo, obseruandum ne pessimis consiliis aliis imponamus. Facienti enim pessimum consilium reuoluetur in ipsum, id quod in Aman licet videre, in proprio enim patibulo, quod Iudæo Mardochæo extruxerat, interiit, de quo Esa. etiam habes. 19. Sapientes consiliarii dederunt insipiens consilium. Tales sunt nostrorum principum consiliarii, quales fuerunt Pharaonis, & aliorum tyrannorum, qui fidelem populum misere afflixerunt. Incidit hoc malum & in nostra sæcula, quibus inuersa sunt omnia, id quod malis consultoribus debemus. Sed quid aduersus hos Iob ait? Consilium, inquit, impiorum dissipat dominus. Et Dauid, reprobat consilia principum

De gratuitis dei donis quãtũlibet eximiis non esse gloriandum.

Mat. 7.

1. Cor. 13.

Eccle. 27.

Esa, 19.

Iesus autem iam non palam ambulabat apud Iudæos, & cæte. Non formidinis, sed prudentiæ fuit diuersari alibi Christũ. Noluit enim irritatiores eos reddere, qui iam plus satis irritati fuerunt, & exacerbati. Quo simul & nobis exemplum præbuit, vt si quando nos auditores, vna ciuitate pellũt, ad aliam confugiamus, Matt. 10.

Quando licitum sit fugere.

Matt. 10,

Si vos persequuti fuerint in vna ciuitate, fugite ad aliam nam vbi non est auditus, ne effundas sermonem. Id vero Eccle,32
agendum, si quando Reipub. non impendet ex luporũ crudelitate, periculum. Si enim gregi dominico lupi, si hæretici Ioan.10
immineant. tunc anima ponenda est pro ouibus Bonus enĩ pastor animam suam dat pro ouibus suis Declarat etiam Act.13
Christus hoc exemplo, relinquendam olim Iudæorum gentem, & gratia ac dei peculiari præsidio destituendam. En, inquit. Paulus, quia indignos vos iudicatis æternæ vitæ, conuertimur ad gentes Idem infœlicitatis contingit multis, qui desunt gratiæ Dei, qui oblatam gratiam, aut negligunt, aut contemnunt. Quales sunt monachorum compusculi, qui . Dei immemores, sese vitiis dedunt, fugit ab iis Christus, seq; aliis offert, qui sese gratiæ accommodant: Igitur monet Paulus, ne quis desit gratiæ Dei. Sunt & alii pleriq; sæculi negotiatores.

Sabbato ante dominicam Palmarum

Euang. Io. 12.

NVnc anima mea turbata est. Lectio huius Euangelii incidit in Sabbatum quod diem palmarum præcedit, idque non iniuria. Nanque tota hebdomada, acturi sumus anniuersarium dominicæ passionis diem Esa 26
memoriale; videlicet perpetuum, quo seruati sumus, & in libertatem filiorum Dei asserti. De qua re, ita habes. 26 Psal 101
Esa. Nomen tuum & memoriale tuum in desiderio animæ. Anima mea desiderauit te in nocte, sed & in spiritu meo, in præcordiis meis, de mane vigilabo ad te. Et Dauid idem fore intelligit. Memoriale tuum in generatione & generationem Quale vero illud sit futurum, mox subaperit. Tu exurgens ;domine misereberis Sion, quia tempus miserendi eius, quia venit tempus Memoriale itaque Dei in nobis perpetuum erit, siquidem in animum reuocemus, quæ nostri ob causam egregia facinora exanclatus est Christus, id & si semper faciendum, eo tamen potissimum præstemus oportet tempore, quo ipse passus quo æs alienum soluit, quo reddidit quæ non debebat Hoc vero

fœliciſſimum eſt tempus, quod iamiam inſtat, in quo omnibus poſt poſitis morti Chriſti vacãdum eſt. quę eſt memoriale illud fœliciſſimum, in quo anima noſtra, cor noſtrum, & omnia deniq; interiora noſtra ferias ſacras, adeo q; ſabbatiſmum quandam celebrabunt Eſt autem quædã mortis Chriſti & paſſionis horrendæ prælibatio in hac lectione deſcripta. **Nunc inquit anima mea turbata eſt.** Intellige volentem turbatam eſſe animam Chriſti. Nam oblatus eſt, quia voluit. Quanquam enim CHRISTVS, ab ipſis in cunabulis, imo ex vtero, perfrueretur diuina viſione & perennitatis delicijs, ſi eã partem ſpectes, quæ primas in eo obtinuit, quam Theologi portionem ſuperiorem vocant, ſinebantur tamen inferiores animæ vires, ſeſe erga ſua obiecta naturali quodam modo exercere ita vt ſitiret, vt frigeret, vt etiam horreret ad corporis pulcherrimi refugeret incommoda Ea enim ratione declarauit ſe verum hominem, quod indoluit, ac exhorruit mortem, Ideo. Paulus Heb. 2 Debuit per omnia fratribus aſſimilari, vt miſericors fieret & fidelis pontifex ad Deum, & vt propitiaret delicta populi In eo enim in quo paſſus eſt ipſe & tentatus, potens eſt & eis qui tentantur auxiliari. Itaque quod paulo ante dicebat mortem ac crucem eſſe viam ad glorificationem, id modo exemplo ſuo approbat. Tentatur enim neq; id ſolum, ſed & a patre iuuatur ac conſolatur, vt ſciamus, ſi quando animam propter Chriſtum perdamus, ſi afficiamur morte, ſiti, æſtu, infamia, fore vt conſolemur a patre, non aliter atq; filiũ conſolatus eſt. Eſt enim pater appellatus Deus totius conſolationis qui conſolatur nos in omni tribulatione & Anguſt. noſtra quantumlibet igitur ſæuiat, vel mundus, vel caro, certo apud nos decernamus fore, vt olim ſimus conſolandi, ſi durauerimus animos noſtros fiducia in dei promiſſa, ſi non deſpondeamus inter anguſtias animum. Sic Suſanna in media infamia, adeo q; morti adiudicata, fiduciam non reiecit in alium quã in deum. Ita & aliorum diuorum compluſculi Ideo Paul. Heb. 12. Per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in authorem fidei, & conſummatorẽ Ieſum qui propoſito ſibi gaudio, ſuſtinuit crucem, confuſione contempta. Et ad

Hebr. 2

Conſtãtes diuía tẽdẽ cõſolatur miſeratio.

Daniel. 13.
Heb. 12

Corin. Persequutionem patimur & sustinemus. Ideo Christus vbi hortatus est ad crucis tolerationem, subindicat se quoque hac via ad patris gloriam peruenisse. Ne quis æmulus aut Momus obstrepat, multa nobis de cruce, deque perdenda vita ingeminas multaque inculcas, re vero ipsa, eadem non præstas, quæ doces, dicititaq;: Nunc anima mea turbata est, ad imminentis passionis cruciatus spectans, eoque horrescens. Verum, ne quis existimet hanc turbationē & affectuum in Christo perturbationem, a suo statu rationem prostrauisse, id quod nobis accidere plerunque solet ait. Et quid dicam? Pater saluifica me ex hac hora, sed propterea veni in horam hanc.

Idem est, acsi diceret, siquidem tibi patri placet, libera me ab hora mortis instantis, & iam propediem subeunde. Verum, sin aliter a te decretum est mihi parendum quidē, tibi imperandum, propterea enim in hanc horam veni, vt mortem subeam, hostia futurus pro totius mundi salute. Sic & in horto precatus est. Pater, si possibile est, transeat a me calix iste. Veruntamen, non sicut ego volo, sed sicut tu, &cæ Ad eum modum omnes preces nostras instituamus, oportet, id est, vt diuinæ voluntati simus conformes, quæ si nos perpetuo velit esse cæcos, perpetuo miseros perpetuo variis afflictionibus affectos, obuiis a nobis brachiis atque manibus excipienda Semper enim dicendum est. Propterea veni in hanc horam, vt patiar, vt humilier, vt porro in nihilū redigar, id enim peccata mea commeruere Ita exosculatur diuinæ voluntatis beneplacitum Dauid, quando dicit: In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam. Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. Totis enim scripturis sanctis aliud nihil reuelatur, quam vt nostram voluntatem ad diuinæ voluntatis, quæ omnium est rectissima, canonem dirigamus. Eo enim huc venimus, eoque hic agimus, vt ad huius regulam, & opera, & actus, & motus omnes instituamus. Deus meus, inquit DAVID, volui, atque hanc legem, in medio cordis mei, non modo in ore, vt hypocritæ, circūfero Sed Proh dolor, secus multo nos agimus, secus & viuimus, nemoque minus diuinæ Psal, 39.

Psal. 118. obsequitur voluntati, quam homo, siue cœlum, siue terrã, siue etiamnum in iis degentia spectemus. Ordinatione, inquit Dauid, tua perseuerat dies, sic tempora omnia, sic quæ suis temporibus mouentur, & nascuntur Solus homo aduersatur diuinis decretis. **Pater clarifica nomen tuum.** Simpliciter ego hunc locum intelligo ad eum modum, vt petat patris nomen clarificari filius. i. seipsum declarari mundo non quidem ad sui ostentationem, sed ad patris gloriam. Etenim patris nomen & character atque ipsissima, vt ita dicam idea est filius, quo se paterna mens mundo insinuauit, & veluti in speculo expressit. Est enim filius verum illud ac mirificum nomen quo omnia creata
Prou.30. & recreata sunt, nomen videlicet a sæculis abscõditum, terribile, & omnibus suspiciendum, de quo in Prou. Sapiens: Quod nomen est eius, & quod nomen filii eius, si nosti? Omnis sermo dei ignitus clypeus est omnibus sperantibus in se. Audis hic per nomen idem significari, quod sermo significat, seu logos, quam vocem & in Ioannis Euan
Ioan.1. legimus, In principio erat verbum, & verbum erat apud
Malac.1. deum. Illustratur hoc nomen per totum orbem terrarum Iuxta illud Mala 1. In omni loco sacrificatur & offertur
Roma.1. nomini meo oblatio munda. Flagitat autem filius paterni nomini. i. paternæ bonitatis, potentiæ declarationem per resurrectionem ex mortuis, id quod & factum est, vt Ro.
Trifariam declaratus est filius a patre. testatur Paul. Ideo subditur hic. **Venit ergo vox de cœlo, dicens, Et clarificaui, & iterum clarificabo.** Scire oportet trifariam filium clarificatum a patre. Primũ dũ prædicaret, miraculis multis testificans atq; obsignans
Luc.24. verbũ salutis nostræ. Lucæ vicesimoquarto. qui erat vir potẽs in opere & sermone, & signis multis. Secundo morte stupendis signis declarans hunc esse dei filium, & totius
Osee.13. creaturæ dominum. Igitur cẽturio, viso terræmotu, audita etiam voce ingente qua efflauit animam, ait Vere filius dei erat iste, maxime vero ostensus est esse filius dei, quod suapte virtute resurrexit a mortuis, Ero, inquit Oseas, mors tua o mors Et iterum Viuificabit nos post tres dies, & cætera. Tertio quod omnibus creaturis, etiamnum cœlestiu-

bus & infernis pater filium suum atq; verbum præfert, ad Philip.2.
Phili. 2. Dedit illi nomen quod est super omne nomen, vt
in nomine Iesu flectatur omne genu. Est enim Christi nomen totum per orbem celeberrimum, tantæq; potentiæ vt
ad huius inuocationem pellantur dæmones, sanctificentur Act.4
sacramenta omnia, salutemq; consequantur quotquot tandem credunt Act.4. Non est aliud nomen in quo oporteat nos saluos fieri. De hoc nomine omnes Prophetæ vaticinati sunt Dauid ait. Sanctum & terribile nomen eius, Psal. 110
Et Salomon huius filius, Turris fortissima nomen domini, Fortissimum enim ac tutissimũ asylum est nomen domini, si aduersariis obiicias, si tecum, pugnaturus in aciem adhibeas si te hoc nomine consignes, velit nolit, fugere aduersarius cogitur. Declaratur hoc nomen non modo in Iudæa, vt olim, quando iactabant ita Iudæi, Notus in Iudæa deus, in Israel magnum nomen eius sed ab ortu solis vsque ad occasum magnum est nomen eius in gentibus. Id quod Apostolorum opera factum est. Quando in omnem terram exiuit sonus eorum, Quando in nomine Christi prædicata est remissio peccatorum non solum in vna gente Iudaica, sed inter eas quoq; nationes, quę Paulo ante dei nomen ludibrio, & ostentui habuerunt. Illustratur hoc idem primum nomen in hunc vsque diem miris signis & portentis quando ad huius inuocationem sancti viri mortuos exuscitant, leprosos mundant, morbos omnigenos curant, multaque id generis alia beneficia credentibus præstant In nomine, inquit, meo dæmonia eiicient Et item, Quicquid petieritis in nomine meo, fieret vobis. Clarificauit igitur pater nomen suum in ortu clarificauit in doctrina, in sermone, in obitu, deniq; vsq; nunc illustrius reddit vt vere petimus in quotidiana præcatione. Sanctificetur nomen tuum, in nobis videlicet, & omnibus creaturis. Pro.18. Psal.75 Malac.1. Psal.18 Mac.vlt.

Turba autem quæ stabat, &c. Semper varia iudicia vulgus de diuinis rebus concipit, Alii enim tonitruum factum esse, alii angulum loquutum ei opinabantur, Qui imperitiores erant, & crassiores, obliti verborum, quanquã articulata essent, putabant tonitruum factum, quo alludere ad legis dationem videbantur. Verum Paulus Heb.12. Matth 6 Hebr 12.

ait. Nō accessistis ad tractabilem, & accessibilem ignem & turbinem, & caliginem, & procellam, & tubæ sonum, & vocem verborum, sed paulo post ait, accessistis ad sion mō tem & ad ciuitatem dei viuentis, Hierusalem cœleste. Alii vero verborum quidem pronunciationem tenebant. quorsum vero tenderent. quidue iis significaretur, non ita intellexerunt vt habet Theophy. Cæterum arbitrabantur angelum quempiam Christo, perinde atq; patribus loquutum, & ii necdum satis intellexerunt. Erat enim hæc vox a tota Trinitate effecta & euulgata, etiamsi patri tribuatur seu propria. Pergit vero Christus nubilum conscientiæ, veritatis fulgore depellens. **Non propter me hęc vox venit, sed propter vos.** Id est, vt credatis facta est, ad vos quoq; consolandos, si quando tētatio imminet, modo excelso animo ac confidenti omnia tolleretis. Sic Dauid, Expecta dominum viriliter age, & confortetur cor tuum,
Psal 26. In mediis enim fluctibus adesse solet diuina consolatio, piis & iustis adeoq; afflictis ob Dei amorem hominibus, facietenim cum tentatione prouentum, vt possitis sustine-
1.Cor. 10. re, inquit Paulus Exemplo Abrahæ ad constantiam animi adduci possumus Is enim, dum iam iugulum teneret, gladiumq; vibraret, audiuit angelum cœlitus consolantē. Ne extendas manum in filium. Nunc cognoui quodquod ti-
Gene.22. meas dominum. Idem cernere licet in Dauide, in martyribus, adeoq; in hoc tempore, quod certe multis est molestissimum, sanctis hominibus, non tamen ob id desperant
Heb.10 Nolite inquit Paul. amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationē. **Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras.**
Duplex indicium Iudicium duplex legimus. Vnum extremum, quod in fine celebrabitur mundi, ad quod omnes sistendi sumus, vt re-
2. Cor. 5. ferat vnusquisque prout gessit in corpore proprio. siue bonum siue malum. Alterum iudicium reuelatum est in cruce, quando Christus sustulit chirographum damnationis nostræ affixitque cruci damnans in proprio suo corpore, & peccatum & authorem mortis. Habuit enim antea quam Christi illuxit virtus & gratia hominibus, peccatum sui perisomata, habuit suffugia multa, adeo vt etiam manifesta

flagitia, in multorum cordibus delitescerent. At vbi venit Christus retecta est malicia peccati damnatus est mundus qui deum cognoscere noluit damnatus est erroris, adeo vt in foribus iã mox deprehẽdatur. Ipsis Retexit enim Christus suo verbo, ac spiritu (quem credentibus impertitus est) malitiam, ac peccati Tyrannidem. Ioan. 16. Spiritus sanctus arguet mundum de iudicio, iustitia, & de peccato. Hoc loco, peccati nomine non solum intelligas ea, quæ Magistratus quoq; damnat, vt sunt sectæ, cædes, furta, adulteria sed & ea quæ multis visa sunt eximia facinora, qualia sunt pleraq; multa externa opera Pharisæorum & hypocritarũ, quę mundus ob cæcitatem damnare non potuit. Aduersus quæ longius disputat Christus Matthæi sexto. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, &c. Foris apparetis hominibus ieiunantes &c. Quæ eo damnantur quod ex corrupto affectu proficiscantur. Quod vero addidit, Prĩcipem mundi huius eiiciendum, non intelligas diabolũ esse vel authorem, vel moderatorem mundi huius cæmentarii, id quod impie Manichæis visum est. Sed hoc loco, nota, a Satana teneri captiua, & impelli ad omnia vitiorũ genera, corda omnium hominum, in quibus non est spiritus dei. Dominatur enim Mammon diuitiis dominatur Belial discordibus, Beelzebub liuore percitis, alii aliis principibus vitiorũ obsequuntur. Habent enim singula vitia suos duces, qui miseros homines vel incendunt, vel impellunt ad præcipitium. nisi initia mox resistant, fideq; ad fultus excipiantur: Itaq; singuli principes damnantur impietatis, & eiiciuntur foras per Xp̃m verbum quo portæ inferorũ destructæ sunt. Id vt intelligamus de vno atq; altero exemplum sumito, Hoc verbo, Nemo potest duobus dominis seruire. Et item, Vendite quæ possidetis, iudicatur ac condẽnatur Mãmon. Quod vero dicit, Sũt eunuchi qui se castrauerũt propter regnũ cœlorũ, dãnatur asmodeus Et itẽ de aliis, nẽpe superbia ambitione, odio, dicere possumus vitiis Cedunt enim oĩa vitia potentissimo verbo dei, si recte tractetur, si intus suscipiatur, si seruetur & opere exequamur, frangitur huius verbi potentia, diaboli Tyrannis ac porro destruitur, id quod non tam hoc loci, quam alibi indicat, dicens:

Ioan. 16

Multa dãnatur᷑ est. Xp̃s, quæ iudicibus hui⁹ seculi videtur valde bõa

Matth. 6

Quõ cuiq; vitio su⁹ itygi⁹ prĩceps præfectꝰ sit atq; dei verbo ꝓcul expellatur.

Matth. 6.
Luc. 12.
Matt. 19.

Mat.12. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet. Si autem fortior superne. oīa arma, in quibus cõfidebat, auferet, & spolia illius distribuet. Superauit enim Christus & mortem, & peccatũ mortis aculeũ, & dæmoné quoq; authoré, & oīm malorũ incentorem, qui in secũda epistola ad Corint. Deus huius sæculi nominatur, qui captiua tenet corda malorũ, ne illucescat eis euangelii lux. Vbi vero illuxerit verbũ dei, tenebræ ignorationis & impietatis pellũtur, & ita demũ subacto satana, eiectoq; foras regnare incipit Christus, fidei cognitione, amore, metu dei odioq; desideriorum carnis in anima nostra. Sic in exordio ecclesiæ nascentis ex infidelium cordibus pulsu est, sic quoque indies ex nostris animis pellitur, atq; per Christi gratiam eiiciuntur, siquidem id præstemus quod iubet Iacobus, Resistite diabolo, & fugiet a vobis. & Paul State succincti lumbos vestros. Et item Sumite armaturam dei, &c.

2.Cor.4

Iaco.1.

Ephe.6.

Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum, &c Exaltationē crucis, in qua sublatus est vocauit. Quamuis enim stultitia hæc visa est mundo, maximaque demissio, & filii dei exinanitio exaltatio tamen æquissimo iure dici potest Primo, quia ea sibi commeruit nomen quod est super omne nomen, vt in nomine IESV omne genu flectatur, cælest. terr. &c. Cessit enim exaltatio Christi. in maximã gloriã & perpetuam laudem Secundo, ea exaltatus est, quod ærem expiaret, aduersariasq; potestates, quorũ habitatio in ære fertur esse, expugnaret. Tertio, vt animos nostros ĩ altũ, ab imis corriperet nosq; futuræ beatitudinis commonefaceret, qui hactenus oculos nostros mentesq; humi defiximus, qui insuper humi repimus nõ secus quã muta pecora Ad idẽ est illud Io.3 Sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filiũ hominis vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitã æternam. Quod vero addit omnia trahã ad meipsum, simpliciter intelligo. i. eos traham, qui sese gratiæ accõmodãt, qui vocẽ vocãtis sequũtur, qui hoc agũt quod in canticis sponsa, Trahe me post te, notat gratiã præuenientem adeoq; extimulantem, addens vero, curremus in odoré vnguentorum tuorum, assentionem ac liberi arbitrii conatum

Cor .1.

Quibus rõib⁹ crux xp̃i exaltatio dici meruit.

Phil 2.

Ioan.3.

De diuino tractu

ostendit. Trahit enim vnũquemq; sua voluptas. Voluptas vero nostra praecipua in Christo reposita est omnis, nam in eo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae dei repositi Ipse enim est cella vinaria, & officina pigmẽtaria, ad quã aegroti confugiamus oportet, si sanitatem cõsequi volum⁹, igitur trahit ad se omnes volentes videlicet trahi, & dicto obsequentes. Quem enim non alliceret dulcissima illa, ac foelicissima vox, Venite adme omnes qui laboratis. Et illa. Remittuntur tibi peccata tua. O iucundissimae voces diuini tractus. Talis est & illa. Omnes sitientes venite ad aquas Et illa quoque. Gustate & videte quoniam suauis est dominus. Sensit hanc vocem, ac sequutus est, qui ait: Quam magna multitudo dulcedinis tuae domine, &caet. Imitatus est hanc vocem Zachaeus, sequutus est Matthae⁹, & plerique omnes imitati sunt, qui in Christum crediderunt, hoc enim est sustolli in altum, exaltari a terra, conscẽdere in crucem Sic in Canticis sponsa Dixi, Conscendam in palmam, & apprehendam fructus eius. Palma arbor est triumphi & victoriae (si Plinio credimus) crucem designans, qua Christus triumphauit & explanauit aereas potestates, hanc nos conscendamus degustantes eius saluberrimos & suauissimos fructus Fructus enim eius dulcis gutturi meo. Nemo est qui noscat, nisi qui sentit, qui percipit, qui interius pascitur quanta est in cruce suauitas, quanta dulcedo, ac spiritualis voluptas. Declarauit Christus hac exaltatione suam mortem pro omnium salute designatam quidem etiamsi pauci sint qui hanc assequentur. Non enim omnes credunt Euangelio, nec omnes inuitantis vocem sequuntur, sed magis ad fabulas gerris seculis inaniores sese conuertunt.

Matt.11. Ibidẽ.9. Esa.55. Psal 33. Can.7. Can.2. Rom.10.

Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege, quoniam Christus manet in aeternum

Nomine legis hoc ioco nõ modo quinque Mosi libri, sed totum vetus testamentum intelligitur, etiamnum psalmi, prophetae, & historiae. In prophetis autem non vno loco, Christi regnum praedicatur aeternum, Esa.9. dicitur inter reliqua quae Christo attribuuntur. Multiplicabitur eius imperium & pacis eius non erit finis. Et daniel. 9. Potestas

Esa.9.

eius, potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum quod non corrumpetur. Et Dauid. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchi. Constringere nituntur Iudæi Christum syllogismo quodam cornuto, quasi contradictorio, eo videlicet aut eum non esse Messiam, aut nõ exaltandum e terra & moriturum. Quandoquidem de Christi regno scriptum sit, quod sit mãsurum æternum, & perpetuo duraturum. Sed his videamus, qui capiantur miseri suis propriis technis, quas tetẽderũt christo. Sentiũt enim Christi regnum esse ciuile ac mundanum, eoque minime duraturũ, & tamen velint nolint, cogũtur fateri, dñm æternum mansurum. Regni enim eius non erit finis. Falluntur aũt miseri ac impingunt ex eo quod existimant, restituendã pristinã dignitatem regalis sceptri, Christo authore, id qđ falsissimũ. Regnũ meũ, ĩquit Christus, nõ est de hoc mũdo. Testatur hoc tota scriptura, docens Christi regnũ administrationẽ esse internã, hoc est, in spũ, spiritualẽ nõ externã, quæ in potẽtia carnis cõsistit. Interna vero ĩ iustificatione impii pficitur, ĩ pace & trãqllitate cõscientiæ quõ Xpi regnũ incorruptibile ac perpetuum est, Sedebũt eñ electi in pulchritudine pacis & opulẽta requie. De hoc regno Pau. Regnũ dei nõ est esca & pot⁹. i. nõ cõstitit in externa põpa sed est pax, iustitia, gaudium in spiritu sancto. Atqui hæc perpetuo durãt in electis, nunquam enim non erunt iusti nunquam non afficientur spirituali & pace & gaudio.

Christi regnũ spirituale & æternũ nõ aũt mũdi hui⁹ & caducum.

Luc. 1.

Io 18.

Esa. 32.

Rom. 14.

Dixit ergo ei Iesus, Adhuc modicũ lumẽ, &c. Potest hic loc⁹ bifariã ĩtelligi. Primo vt ĩtelligam⁹ adhuc breui tempore pdicandũ verbũ, quo animas seruare ac sanare potest fidelium. Lucerna, inquit Dauid, pedibus meis verbum tuum, & lumẽ semitis meis. Dirigit enim Christus nos suo verbo, atq; collustrat, ne erremus, ne vnquã obdormiamus. Psal. Illumina oculos meos ne vnquã obdormiam in morte. Hoc paululum mansit apud Iudæos, nam breui extinguendum per mortem erat. Voluit igitur Christus vt Iudæi occasione vterentur dũ se se opportunam offerebat, nam posterior occasio calua vnde est illud Esa. Quærite dñm dũ inueniri potest, inuocate eum dum prope est. Et illud hoc loco Dũ lucẽ habetis credite in lu. vt fil. Et Pau.

Psal. 118.

Psal.

Præsenti occasione & oblata ocyus vtẽdum.

Esa. 55.

Dum tempus habemus.operemur bonum ad omnes, maxi- Gal.6.
me autem ad domest. Secundo sensus est, adhuc modicum
lumen in vobis est.i.habetis quidam aliquantam scriptura-
rum cognitionem, qua intelligitis Christum ęternum man
surum regnumq; eius durabile semper. Verum non discer-
nitis īter eã, quæ morti obnoxia est naturam, & eam, q̃ om
nis corruptionis est expers, humana enim natura obnoxia
est morti, deitas minime, vtriusq; tamen naturæ conditionē
animaduertere ex scripturis licebit. Aeternam ex superiori-
bus collige, mortalem ex aliis locis. Foderunt inquit Da-
uid manus meas & pedes meos, & di. omnia ossa. Et, Infi-
xus sum in limo profũdi, & virtus mea infirmata est. Et Esa: Psal.21.
53. Tanquam ouis ad occisionem ducetur, & reliqua quæ se Esa.53
quuntur, quibus manifeste carnis infirmitas colligitur. igi-
tur pusillum lumen in eis est, quod accendi iubet, & in iu-
stam flammam exuscitari præcipit. Dum lucem habetis, id
est, aliquãtam scripturæ notionem, accedite ad eam.i. Chri
stum, & illuminamini, &c. Christus enim declarat, ac myste
ria scripturæ aperit, & sensum, vt intelligamus ea, quæ in le Luc 24.
ge, Psalmis, & prophetis de eo scripta sunt.

Hæc locutus est Iesus, & abijt & absc. se. & cæte.

Rursus se prudenter erga fidei hostes gerit, abscondit enim
se ab iis, qui verbis illius irritatiores fiebant, qui insidias ac
mortem intentabant. Quo simul & nostræ consuluit imbe-
cillitati, & Iudęorum cessit improbitati, & nihilo secus suę
potestati nihil detraxit. Quod enim cessit malitiæ, non mi-
nus potestatis fuit spontaneæ, quam quod seipsum dedit in
manus hostium.

Dominica Palmarum.
Matthæi. 21.

CVm appropiquasset Hierosolymis & ve-
nisset Bethphage. xp̃s Math 5. ait Nõ veni sol- Mat.5.
uere legē, sed adimplere, ea & de prophetarũ oracu
lis dicere possumus, quod ea suo aduẽtu adīpleuit,
Erant autem quædam in prophetis prædicta, quæ ministe-
rium cõcernebãt verbi atq; prædicationis mun⁹, quod illi

concreditum a patre erat, quædam corporis dignitatem, ac naturæ humanæ conditionem, nonnulla prædicta erant Ecclesiæ statum futurum spirantia, plæraq; multa in nostri ædificationem ac imitationem, & consolationem. Hoc est
Ro.15 quod Roma.15.dicitur. Quæcunq; scripta sunt ad nostram doctrinā scripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Ita quod hodie gestum, quod ecclesia orthodoxa quotannis renouat, non tā nostri institutio, quā cōsolatio fuit & doctrina salutifera, quā si imitemur, præclarius nihil a nobis præstari potest, Christo teste qui ait. non est discipulus supra magistrum, sufficit discipulo si sit sicut magister eius. Sat enim fuerit si vel minimū Christi exemplum sequamur, hoc autem est, humilitatis exemplū, quod quemq; alias, tamen hoc die potissimum exhibuit, id quod lectione hac facile perspiciemus. Habet aūt ita, Cū appropinquasset. Tractandū est primum res hystorica, hoc est, ipsa litera, deinde allegoria petenda. Quod igitur Christus a Hierico veniens, se in Hierusalem cōtulit, declarauit se volētē ire in mortē, quod vero aliquoties se periculo subduxit, quod vt hesterno sermone audiuimus, se abscōdit, non formidantis propriam mortem fuit indicium, sed seruantis a patre definitum tempus, ac no-
Esa.53 stræ imbecillitati cōsulentis. Oblatus enim est, quia voluit.
ps.67. Venisset Bethphage. Viculus erat sacerdotum situs
Hiere.31 in monte Olиueti, de quo monte Psal. Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Et Hiere 31. Benedicat tibi dominus pulchritudo iustitiæ, mons sanctus. Fluxit ex hoc domini monte dulcissimum iustitiæ, ac misericordiæ oleum, quod mox seipso erat effusurus ipsissima misericordia Christus, vt vere prædixit propheta Iohel.3. In die illa
Iohel.3. stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte, id est dulcedine gratiæ fluent, quam indipiscimur a Christo.

Misit duos discipulos dicens eis, Ite in cast. Iuxta literam collige, neminem esse vere Apostolum neq; prophetam, neque verbi ministrum, nisi ab alio missum. Rom.10. Quomodo prædicabunt nisi mittantur. Et Ioan. 20. Sicut misit me pater & ego mitto vos. Quotquot igitur seipsos mittūt, quotquot a prophanis principibus, mo-

neminē ēe vere verbi ministrū nisi a deo mittatur

Ro.10

Io.20.

derandis plebibus intruduntur, venientes dicũtur & fures ac latrones. Currebant inquit, Hie. & non mittebant eos. Et Hie 23.
Paulus. Nemo sibi assumat honoré, nisi qui vocatur a deo, Heb 5
vt Aaron, Fugiat quisque munus ac verbi ministeriũ, nisi a legitima potestate in hoc designatus sit. Exemplo sint Apostoli, & Paulus in omnibus epistolis testatur, se non suapte potestate venisse, sed a deo accitum, adeoque vocatum. Sic & Apostoli quosdam miserunt, eisque verbi ministeriũ crediderunt, non principes profani, non magistratus sæculi.

Statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea, Soluite & adducite mihi, & cætera.

Hæc omnia declarant diuinæ naturæ in CHRISTO energiam. Quippe quod futura certo prædixit, quod solus iussit animalia, quasi ex suapte imperio, omnia agens quæ voluit. Hac tamen pompa eximiam humilitatem ostendit, vtpote qui asello, non equo auro (quo Reges adornare solent, suos caballos) adornato vectus est, eoque non proprio, sed multorum vsibus addicto. Hinc DAVID: Pauper sum ego & egenus. Est autem hoc facto Prophetia in Psal.39.
Gene.49. Impleta, secundum interpretationem. 70. Ligans Gene 49.
ad vitem pullum suum, & ad vineam asinam suam. Vitis CHRISTVS est. Ioan.15 Ego sum vitis vera huic viti pul- Ioan.15.
lus asinæ subiugali alligatus est, & subiectus non equus aliquis adornatus auro, vt regiam decebat magnificentiam. Quod vero vtrunque animal ad Christum adducunt, non intelligas ob id, quod vtrunque vsus sit id enim Hieronym. turpissimum autumauit sed, quod altero nimirum pullo indomito, propter allegoriam quam paulopost audiemus. Itaque sua tam humili pompa fastum mundi derisit Christus secundum illud. Ascensor equi non saluabit animam suam. Amos.2. Nec enim in fortitudine equi volũtatem habebit neque in tibiis viri, beneplacitum est illi, sed in hu- Amos.2.
miliato & contricto spiritu. Id quod sequens prophetia declarat. Hoc totum factum est. Zacha. verba secundũ Hierony sunt ab Euangelista non nihil variata. Ita enim Zach.9.
habent 9. Exulta filia Sion, iubila filia Hierusalem, Ecce rex tuus veniet tibi, iustus & saluator ipse pauper, & ascendet super asinam, & super pullum suũ asinæ. Septuaginta

habent, ipse mensuetus & ascendens supur subiugalem, & pullum nouum, & paucis interpositis, loquetur pacem gentibus & potestas eius a mari vsque ad mare. Et item. Tu quoque in sanguine testamenti tui, emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est equa. Quæ omnia mira emphasi Christi regnum propriissimæ desinant. Emphasis est in eo, quod ait, exulta vehementer, iubila. Itemq; & in eo, quod signanter dicit, rex tuus, tibi & iustus ipse sedens ipse mansuetus, humilis, pauper, omnia afflitam consolentur cõscientiam, significanturque nobis adblandiri Deum per filium suum, qui sic se demittit, & nostræ imbecillitati accommodat, ipse enim est rex regum & dominus dominantium, vnde & Hiere. Regnabit rex & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra, discreuit suo verbo inter pecus & pecus, & impium Iudæum & gentilem. Viuus enim sermo Dei & efficax, discretorque cogitationum, diuidens etiam medullas spiritus nostri a carne, addit, venit tibi. Nobis enim datus est, nobis natus est. Prouerb. 8. Delitiæ meæ esse cum filiis hominum. Igitur Esai. 66. Ecce ego declinabo in vos sicut flumen pacem, & tanquam torrentem inundantem gloriam gentium. Est & saluator. IESVS vocatus est, quod interpretatur angelus dicens: Ipse enim saluum faciet populum a peccatis eorum. Mansuetus, id enim est, quod ad se omnes traxit homines, quod erat comis, omnibus blandus, omnibus quamlibet profanis iuxta sæculi æstimationem expositus, Discite, inquit, a me, quia mitis sum & humilis corde. Eoque factum est, vt omnes ad hunc confugerint, huius præsidia requisierint, efflagitauerint opem.

Hiere. 23 · Heb. 4 · Prou. 8. · Esa. 66. · Mat. 11.

Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Iesus, & adduxerunt asinam, & cętera.

Hic obedientia probatur discipulorum, nihil enim cunctati sunt neque CHRISTI diffisi præcepto sed plena fiducia sperabant fore id, quod prædixit eis IESVS. Sic oportet nos exequi Dei iussa, non despicere, qualia præcipiat, aut cur. Neque enim nos Deus cõstituit suorum præceptorum examinatores, inquit Chrysosto. sed exequutores, alioqui si curiosius disquirere volumus, audiemus quod Petro

Quanta aĩ prõptitudine oporteat Dei mandata exequi. Ioan. viti.

obiectum est. Quid ad te? Tu me sequere. Age igitur, respõdeamus oportet, siquidem discipuli CHRISTI & dici & haberi volumus, quod filii israel Mosi Exodi.24. Omnia quæ loquutus est dominus, faciemus. Et item quod paul⁹ respondit CHRISTO Domine quid me vis facere? Proinde non modo simplici ex animo, CHRISTI obsequuti sunt iussis, sed etiam pro maiori gloria proque abundentiori pompa pullum palliis propris sternunt, adornantq; cæteraque omnia quæ agunt ad pompam quanquam pertinent, vt videlicet hac nouitate CHRISTVS totius vrbis animos in se concitaret. Turbæ vero quæ præcedebant & quæ sequebantur clamabant dicentes, Osanna. Triumphalis hæc acclamantis populi vox eaque ingeminata ad CHRISTI gloriam pertinet Cupiunt autem turbæ augeri CHRISTI regnum, ac confirmari Regis venientis tanta cum pompa imperium. Osãna inquiunt, id est, saluifica, vel oblecto domine salutem imperti, beneque prosperare, quod captum est regnum, filio Dauid. Fortuna videtur autem aggratulari vt homini, & clamare vt assertori Israel. Proinde hæc verba ex Psalmo.117. sunt petita, vbi ita habes. O domine saluum me fac, o domine bene prosperare, benedictus qui venit in nomine domini, vel vt Symmachus habet, Obsecro domine, salutem imperti nobis, vel filio Dauid. Quemadmodum solemus victori occinere encomium laudis victoria parta, hostibusque fusis & prostratis, ita & hic populus videtur bene ominari CHRISTO, sic & id libro Samuelis dicitur, quod Saul dederunt mille, & Dauid decem milia Proinde diuus Hieronimus in epistola ad Damasum testatur hunc psalmum decantatum quotidie in Synagogis Iudaicis, eoque fuisse notiorem populo addit etiam Iudæos, inter proprietatis linguæ suæ, & interiectionem habere, quam dum Deum præcaturi sunt, interponunt, ad vehementiorem affectus expressionem, perinde atque nos, vah. heu, pape, & id genus alii interiectionibus variis vtimur. Sic itaque Iudæi precaturi Deum, Ana. domine, quod.70. o domine, Symmachus apertius Obsecro domine, dixere, Hosiah vero saluifica aut salu

Exo,24. Act 9. Psal.117 1.Reg.18

tem imperti. Iam claret Ana interiectionem deprecantis esse, cui si addamus Hosia ex duobus vnum coalescit nomen, quod Euangelistæ non sunt interpretati, non aliter quam pleraque alia. Hactenus summatim perstrinximus, quæ fusius tractat Hierony. Populus igitur quanquam nescius diuinæ energiæ, hoc tamen encœmio excipit Christi significans omnem salutem in ipsum, ceu sacram anchoram reuciendam. Porro quantus fuit populi plausus, tanta

Psal.117. fuit & prophetæ gratulatio clamantis, Hæc dies quã fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. Benedictus inquit

Mar 11, qui venit in nomine dñi. Marcus addit Benedictũ regnum

Luc.19. quod venit, patris nostri Dauid Lucas, Benedictus qui venit rex in nomine domini, pax in cœlo, & gloria in excel-

Ioan.12 sis. Ioannes, Rex Israel. Quibus omnibus intus pensiculaſis noui regni auspicia describi facile animaduertere possumus. & nouus quidam rex, noua subinde lex, nouus cultus, & cærimonia, Quæ vniuersa augeri exoptabant populi, perinde atq; dicerent, Inclytum sit regnum eius, qui tot nobis portenta, tot beneficia exhibuit, sitq; gloriosum ac stabile, & omnino tale, quod æternum perseueret, atq; det, quo iter diaboli Tyrannis quouis Phalaride truculentior, porro corruat, porro deuastetur, ac destruatur, Cæterum qđ tum crassus ille populus ac nescius impendit Christo, nos certis quibusdam symbolis hodie gestum declaramus, id quod statione, palmis consecratis. cantu, aliisq; pijs ritibus significamus Omnia enim quæ hoc die aguntur in Christũ propriissime transferũtur, seu literam, seu spiritum spectemus. Verum de historia satis superq;, iam si [illegible]

Allego. tiorẽ allegoriã indagauerimus, non minus fructus & vtilitatis sub verborũ cortice latet, quã sub rudi litera. Est igitur primo obseruandum, quod dñs e Bethphage (qui vicus erat sacerdotũ, & secundũ Hieron. domus maxillarũ vel buccæ interpretatur) discipulos misit, significat, fidẽ esse [illegible]

Rom.10. ciratis basim Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem cõfessio fit ad salutẽ Est enim ipsi fides qua introducimur in domum ecclesiæ, qua confitemur domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius. Secundo haud procul dissitus erat ab oliueti monte. Diximus hunc

montem typum gerere Christi, ac gratiæ, quæ e viuo laticescatere dignoscitur, lapis vero, Christi latus est, ex quo Iob.29
fluxit oleum misericordiæ, sanguis videlicet & aqua, qua Psal 22
abluimur, adeoque a peccatis nostris expiamur, Hoc est quod iob 29 testatur. Petra fundebat mihi riuos olei. Et Psalm 22. Dominus regit me & nihil mihi deerit, sequitur, Impinguasti in oleo caput meum Impinguatur anima nostra oleo gratiæ, quę e CHRISTI latere, qui petra est abunde satis effusa est igitur Osee.14 Erit quasi oliua gloria eius. Tertio quod mittit discipulos Euangelii vox est, qua soluimur, adeoq; ad CHRISTVM ducimur Misit enim verbum suum. & sanauit eos. Et item in Canticis, Vox dilecti mei pulsantis. Quod duo destinauit huic operi exequendo geminā charitatem, quam verbo dei discimus, significat. Quarto, inueniunt asinam multorum vsibus deputatam loris assuetam, & oneribus ferendis exercitatam & pullum subiugalis, lasciuientem, nec lo is rectum (vt habet Lucas) sed præforibus in voraginibus ac pręcepitiis obambulantem. Asina populum significat. Iudaicum, qui multis legis oneribus confractus, & extinuatus erat. Actuum 15. Nec nos nec patres nostri potuerunt portare onus. Et Matthæi. Nos portauimus pondus diei & æstus. Hoc onus excussit CHRISTVS, adeo vt Paul⁹ dicat. State & nolite iterū iugo seruitutis contineri Igitur enim factus est sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, Intellererxit illud fore Esa quando ait caput.9. Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, & apertius ca.10. Erit die illa, auferetur onus eius de humero tuo & iugum eius de collo tuo. & computrescit iugum a facie olei. Id est, legis maledictum, quo teneb intur. Iudæi obnoxiis, auferetur per Christum, qui aliud nobis multo iucundius atque leuius onus imposuit. Matthæi vndecimo, Iugum enim meum suaue est. & onus meum leue Lex indicat gratiam, terret conscientias, decretis infinitis interminatur tot pœnas, totque maledicta. Contra Christus, adblanditur resipiscentibus, largitur gratiam, suppeditat semetipsum nobis, imo absoluit a legis cærimoniis, condonat si quid peccatum est, atque in seipsum nostra

Osee.14. Psal.106. Canti 5 Act.15 Matth.20 Gala 5 Esa.9 Euangelii ac legis discrimen. Matt.11

peccata transfert, deniq; oĩbus omnino modis clæmens est misericos & indulgens, hancque suam beneuolentiam non solum Iudæis, sed & Græcis & Scytis, & Barbaris, atq; a Deo alienis gentibus vniuersis impartitur. Huic insidet pullo indomito & loris insue to, id est, gentili populo, qui hactenus præ foribus ecclesiæ obambulauit, hactenus inter vepreta, & dumeta idololatrie diuersatus est.

Iob.11. Iob. 11. Vir vanus in superbiam erigitur, & quasi pullum onagri se natum liberum putat. Onos Græce asinus est petulans & agrestis, animal pigrum ac iners, quo noĩe gentiles porro, & oẽs qui a deo abalienati sunt, significantur, Verum vbi per dei verbũ soluti sumus, iã Christus nos dirigere, iã in viam veritatis reducere incipit, iam pabulum celeberrimum administrare, id est. verbũ salutis æternæ, quo

Mat.4 pascimur ac reficimus. Mathæ. 4 Fœlix qui iumentum efficitur Christi, fœlix & omnino perbeatus, qui rectorem ac possessorem habet Iesum. Tale iumentũ fuit Dauid. Vt iumentũ factus sum apud te, & ego semper tecũ. Et item.

Psal.35 Homĩes & iumẽta saluabis domine. Quieto, palliis sternũt pullum. cui incidere debet Christus, quo nomine, authore Hiero. vel virtutũ doctrina, vel edissertio scripturarum, & dogmatum, cœlestiũ varietas intelligetur. Paratur enim ac adornatur aĩa fidelis populi salutari doctrina, et sessorem Christum ferat Proinde antea quam is nobis suam sedem collocauerit, multi sibi dominatũ in nos vendicãt, Venus, luxus odium, & id genus alii Tyranni, qui nos porro expoliant, & omni virtutũ & conscientiarum ornatu nudãt, eoq; fit vt frigeamus miseri, & algeamus Vbi vero induti sumus Christum, per batismi lauacrum, turpido nostra tegitur pellitur frigu, & æstus propulsatur. Apocal 3 Sua-

Apoca.3 deo tibi emere a me aurum ignitum, probatũ, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, vt non adpareat confusio nuditatis tuæ: Aurum ignitum, eloquia domini sunt igne spiritu sancti probata, quibus ditatur animus, quibus &

Verbum D.i. vestitur, ne nuditas eius appareat. Esa. 52. Induere vestimento gloriæ tuæ. Sexto non caret mysterio, quod vulgus

Eze.52 expoliauit se vestibus propriis, easque Christo substrauit, certe hoc facto declarans veterem Adamum esse expoliam

dum cum actibus suis. Collo. 3. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum, eum qui renouatur in agnitionem dei. Et ad Ephes. 4. Deponite vos secundum pristinam conuersationem, veterem hominem secundum desideria carnis. Quid vero veteris hominis nomine intelligat mox subiudicat, deponentes mendacium, & reliqua quæ sequuntur, quæ carnis sunt reliquiæ, & authoramenta. Hæc in quam sunt exuenda nobis, suntque Christi pedibus calcanda, neque alius est qui hæc resarcire, qui expurgare possit, quam IESVS Id quod in Zacharia. Tertio denotatur, quod Iesus indutus erat vestibus sordidis. Vestes sordidæ pctã nostra sũt Psal. Omnes sicut vestimentum veterascent. Esai. nono. Vestimẽtum mixtum sanguine erit in conbustione. Siue igitur præcedamus Christum, seu sequamur, abiicienda hæc peregrina vestimenta. Neque enim agnoscit nos Christus in peregrina, sed in propria ac nuptiali veste, hinc dicit. Quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem. Septimo in hac celebri pompa, etiamnum mystice impletur pphetæ oraculum. Ecce rex tuus venit tibi. Nempe credenti & obuiam sponso eunti. Vxor enim eius, inquit Ioannes, præparauit se. Quid vero aliud est præparare se, nisi gratiæ accommodare? CHRISTVM vero venire, nihil aliud est quem spiritum conferre, quo rapiuntur & transfermantur animi nostri ad complectenda cœlestia, & quo sedãtur & pacãtur afflictæ conscientiæ. Ideoq; exultant & lætantur ad Christi ingressum, eriguntur q; ad regis promissa Parit enim hic rex vbi semel nostros animos possederit, pacem parit iustitiam. efficit & humilitatem, & oẽs in vniuersũ virtutes, quibus excolitur aĩa largiter, Octauo, acclamatio sequitur populi & faustum illud, Io triumphe, Osãna, filio Dauid, Obsecro saluifica domĩe, succurre domine, tibi eñ ferimus filio Dauid accæptum nostrum salutem, tibi dicam' oẽm operam, omne studium nostrum. Inclytus ergo fies ac gloriosus in nobis, & solus potens, solus laudatus, & quod ait Propheta. Benedictus qui venit in nomine domini, rex israel, qui asserturus nos & in libertatem reuocatur' es Euangelicæ veritatis. Tertium eñ est hoc loci noui cuius-

Col. 3.

Qui per veterẽ hominẽ ĩtelligatur.

Ephe. 4.

Zach. 3.

Psal. 129.

Esa. 9.

dam regni auspicia describi, nouum quendam regem festis acclamationibus excipi, qui diaboli regnum in nobis (quod & Tyrannide & inuasit & occupauit) excindat. Est hæc gratulatio frequens in illorum animis, qui excipiunt Christum, Gratulantur enim se ereptos esse a captiuitate Babylonica Ideoq; Dauid: Hæc dies quam fecit dominus exultemus & lætemur in ea. Bene enim ominantur CHRISTO, augustissimum eius regnum cupiunt esse illi deputat ac omnia ferunt accepta, a quo in libertatem asserti sunt. Tale regnum mox subdit Christus. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem tuam Et Dauid Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in eas confitebor domino, hæc porta domini iusti intrabunt in eam. Proinde hæc est omnium, qui se a peccatis liberatos sentiunt, acclamatio. Atqui hoc est, quod per typum hodie agimus, occinentes omnes. Benedictus qui venit, &c.

Psal. 117

Psal. 8.

Ibidem 117.

Feria secunda post dominicam. Palmarum. Ioan. 12

Vehemẽs Christi ad passionem desiderium.

IEsus ergo ãte sex dies Pasche venit Bethaniã. &c. Essent quidem nobis multa mysteria charissimi auditores in hec dieb⁹ declarãda, si nõ obstaret negotiorum turba & tẽporis breuitas. Quanquam autem hac ratione, paucis cogamur nos absoluere, volo tamen id præstare quod possum pro temporis ratione. Instante igitur die paschatis, maior cœpit Christum seruatorem nostrum vrgere charitas. Desiderio, inquit, desideraui hoc pascha manducare vobiscum. Hæc vox ingentis est ac vehementis affectus, quo in nos accensus est Christus Auget enim, quod ait, desiderium se habuisse, quod & vetus finiret & nouum institueret ac sanciret testamentum. Quis vnquã tam desideranter accessit ad epulas, aut certe expetiit exquisitos & opiparos cibos, quam Christus nostram salutem? Quam proinde sine sanguinis effusione efficere non potuit. Heb. 9 Omnia pene in sanguine secundũ legem mundantur, & sine sanguinis effusione non fit remissio. Itaque quo magis hora initabat patre destinata morti, eo maior exarsit in Christi corde charitas ad hũc

Hebr 9.

ipsam obeundam, adeo vt nescio quid in eo magis mirandum, desideriũ quod vrgebat, an mors ipsa, qua dilectissima illa anima a corpore obcessit. Vtrũq; enim comparat in Canticis spiritus sanctus. Fortis, inquit, est vt mors dilectio Morte vero vt nihil est fortius, nihil vehementius, ita & dilectioni, qua mortem oppetiit. Maiorem, inquit, Christus dilectionem nemo habet, quam vt animam suam po, &c Igitur ante sex dies paschæ, quo agnus immolandus separabatur, venit Bethaniam Exod.12 Ita habes. Decima die mensis huius, tollet vnusquisque agnum per familias & domos suas, sequitur paucis interpositis, iuxta quẽ ritum tolletis & hœdum, & seruabitis eum vsque ad quartamdecimã diem mensis huius. Hoc igitur die, quo Christus Simonis hospes erat & conuiua, paschalis solemnitatis prælibabant auspicia, epulariq; splendide consueuerunt Quadrat autem perbelle hic dies præparationi futuræ mortis, qua expiaturus nostra crimina erat IESVS. Nam quemadmodũ sex diebus deus creationis opus instituit, ita quoq; sex sese parat diebus Christus, vt nos restauret in opus redemptionis. Ad allegoriam etiam pertinet, quod Marcus ait: hanc cœnam in domo leprosi cuiusdam Simonis mi[illegible] quanquam sint qui alteram existiment, quorum e numero videtur Chrysost. esse, ego tamen malo cum multis has in re eadem credere quam diuersam, Quod vero Matthæus & Marcus huic nonnulla præmittunt, quæ posterius gesta sunt neminem permoueat. Moris est scripturæ per recapitulationẽ multa dicere, neq; etiã ordinem rei gestæ, & temporis perpetuo, sit enim fuerit, si facta fideliter narrent, id quod & præstiterant abunde satis. Adde, Euangelistas mortis Christi occasionem multiplice describere instituisse. Vna autem & ea quidem præcipua occasio, fuit auaritia, quæ Iudæ oculos porro exęcauerat, erat igitur hæc ipsa & Matthæo & Marco inserenda. quanquam igitur antea dicat Matthæus post biduum pascha fiet, tũq; mox inserat hanc historiam, quasi posterius post biduumque tempore gestam, non tamen temporis ordinem obseruare sed veritatem rei gestæ digerere voluit. Postremo & illud annotandum hanc Simonem non esse eundem, de quo

Cantic.8.

Ioan.15.

Exod.12

Lucæ. 7. in Luca legimus qui dixerat, Hic si esset propheta, sciret vtiq; quæ & qualis, esset hæc mulier, nã is pharisæus erat, hostis Christi, & calumnior. Hic vero Christi amicus fuit liberalissimus Bethaniæ (vbi & Marthæ & lazari, atq; Mariæ domus erat) habitans Iam vt allegoriam explicemus. Venit Iesus Bethaniam, secundum Hiero in domum obœdientiæ. Filius enim patri vsq; ad mortem obœdiens fuit Io. 4. Meus cibus est, vt faciam voluntatẽ eius, qui misit me, quo nos instructos reddit, ne qua ratione obedire Ecclesiæ (quæ mater nostra est, domusq; eorum, qui catalogo cœlestium inscripti sunt) detrectemus. Si enim Ecclesiæ non obœdierimus sumus quibuslibet ethnicis deteriores. Secũdo, Simon leprosus catholicũ populũ significat, nã hic Simon antea lepra fuit infectus, qua per Christum mundatus est nomine tamen pristino permanente, quemadmodum & Matthæus a pristino vitio & officio publicanus designatur, quum tamen publicanus esse desierit, itaq; leprosus solũ cognomento dicitur, non reipsa, sic & credentes in Christũ, adeoq; peccata sua cum. Simone qui confitentes dicetur, agnoscentes, id merentur a Christo vt eis peccata non imputentur, vt porro remittentur, & nihilo secus peccatores dicuntur 1. Io. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est Agnoscit enĩ vere credens se perpetuo esse peccatorem i. esse æternæ mortis filium, esse reum planeq; indignũ pane, quo vescitur ac agnoscit confitetur sese quauis lepra abominabiliorem, si modo gratiam in se agnoscat ac sentia operantẽ. Proinde non grauatim fert, si peccator appelletur, si leprosus, si publicanus, si meretrix, si quouis latrone indignior habeatur. Talem se existimat Paulus, quando ait. Ego sum minimus apostolorum. Et ad Timotheum. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quoniam Iesus Christus venit in hunc mundũ peccatores saluos facere quorum primus ego sum. Imo & innocentissimus Iesus seipsum talem vice nostra vocat. Ego, inquit sum vermis & non homo, abiectio plebis. Qui tale quid de se iudicat q sic se ab iicit, sic abominatur. CHRISTVM hospitio meretur suscipere, meretur habere conuiuatorem

Allegoria

Ioannis. 4

Vere pœnitẽs se se perpetuo agnoscit & confitetur peccatorẽ quãuis iãdiu per Christum abluta sint peccata eius.

Matthæ. 9

1. Ioann. 1.

1. Timo. 1.

Psalm. 21.

Fecerunt autem ei ibi cœnam, & Martha, ministrabat, Lazarus vero. Oĩa hæc declarant resurrectionis veritatem & Marthæ sedulitatem, ac hospitalitatis gratiam commendant. Aderat siquidem Lazarus ne discipuli, qui non semel audiuerant hinc Christum per mortem abiturum, animum prorsus desponderent, sed spem futuræ resurrectionis, Lazari exemplo, conciperent. Quod vero Martha ministrabat, mulieris declarat propẽsissimum in CHRISTVM studium vbiq; enim legitur ministrasse legitur officiosa fuisse. Sic quic volueris christi esse discipulus, Christo in pauperibus ministret. Quod enim inquit, vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis Id si p̃stiterit, audiat Christum promittentem. Vbi ego sum illic & minister meus erit. Maria ergo accæpit libram vnguẽti, nãrdi pistici preciosi. Marcus addit spicati Matthæus alabastrum ponit. Quod genus marmoris est perlucidi, & coloribus distincti, ex quo fiebant vasa vngẽtaria, pistis autem græce, latinæ fidem significat, vt intelligamus non vile fuisse, neq; adulterium vnguentum, quale in myrotheciis plerunque conficere solent pigmentarii nostri sed optimum, sed præciosum & ex nardo confectum, Est autem nardus frutex graui & crassa radice, sed breui & nigra quamuis pingui, folio paruo & denso Nardum spicatum opinor ob id dici, quod ex spisis factum est, nam aliud ex foliis confici solet. Adhibetur non tam refrigerandis corporibus, quam pugnando pectori & coleræ, significat vero, fidem charitatis & operum feracem. Nam hæc est, quæ restringit calorem concupiscentiæ, purgatq; peccatorum reliquias. Actuum decimoquinto. Fide purificans corda, & Cantico 1. Dum esset rex in acubitu suo, nardus mea dedit odorem suũ. Quam prophetiam ad hanc cœnam si expenderis, nihi accommodari melius potest Nam CHRISTO, in accubitu suo, id est, Ecclesia militante, recumbente, nardus nostra ac fides arridit, quod offertur gratiæ munus, qua accepta & intus adeoque in penetralibus nostris diffusa, simul diffunditur & spiri-

Ioan. 12

Alabastrũ quid.

Nardi descriptio.

Act. 15

Cantico. 1

tus Christi, quo purgantur peccata, condonatur noxa, & accenduntur corda. Proinde vt hæc fides sit deo grata, ferax operum existat oportet, nam nardus præciosa fuit, qua Christus vnctus est fides enim sine operibus mortua est, oportet & selectam esse, adeoq; purissimam, non adulterinam, fidem nostram, qualem habent hæretici & scismatici, qui modo hoc, modo illud dogma suscipiunt, proq; suo arbitratu accæptant vel reiiciunt quidlibet, vt habet Hiero

Heb.13 sed audiant ii quod Paulus præcipit. Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci Variæ doctrinæ & peregrinæ sunt, quæ aduersus Eucharistiam inuehūtur, imo quæ vniuersalis ecclesiæ & ritus & consuetudines eneruant, & inuertunt, quales sunt omnium Lutheranorum & Zuinglianorum dogmata. Qui quāquā deum venerari se iactent, quanquam Christi gratia hærere videantur, cum tamen ecclesiasticos ritus ecclesiæq; decreta sua propria temeritate immutent, adulterinæ sunt nationes & semen Chanaan.

Peregrinæ doctrinæ q̄, dicā-tur.

Jaco:2 Nihil enim profuerit vno dogmate fateri Christum, si in altero claudices. Nam offendens in vno, factus est omnium reus inquit Iacobus. Vnxit pedes eius. & extersit capillis suis. Vngere pedes, est operibus misericordiæ inopiam miserorū subleuare vbi scias (id quod alias quoque testati sumus) hanc mulierem bis vnxisse Iesum, semel caput, vt intelligas caput nostrum, id est, principalem in nobis portionem, in deum dirigendam, siquidem ab eo mercedem expectamus. Matth. 6. Tu autem cum ieiunas vnge

Mat 6 caput tuum, Secundo, pedes vnxit, ne existimes tibi animum paratum sufficere, si adsit exequendi facultas. Neque enim satis est, te esse pistieum, nisi & opere exequaris quæ iubentur, id quod hoc loco constat, vbi pedes vnguntur id est, opera misericordiæ in pauperes & miseros exhibentur, igitur etiam capillis extersit, id est, eleemosynis peccata redemit.

Danie 4 Danie .4. Peccata tua eleemosynis redime. Et Luc. Quod
Luc.11 superest, Date elemosynam, & omnia munda erunt vobis Addunt alii duo euangelistæ.

Et fracto alabastro, effudit super caput ipsius recūbētis & dom⁹ repleta ē ex odore vnguēti.

Hic tria habes, Primum, quod fregit vas vnguentarium super caput Christi, vt intelligas omnem animi propensionem, studium, fidem denique & externa opera in Christi honorem effundenda, eique deputanda, a quo mutuo recipimus. Regerenda enim sunt oĩa opera nostra in Christum authorem, & omnis boni largitorem, vt vere in nobis impleatur, quod Petrus ait. In omnibus honorificetur deus, per Iesum Christum dominum nostrum. Et Dauid Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriã. Nomẽ dei Christus est, qui dei verbum & sermo est, quo toti mundo diuina innotescit largitas. Secũdo, quod Christo recũbẽte seu accũbente hæc effusio facta est, insinuatio est humilitatis. Christus enim passus est, ante se a peccatrice targi, modo ab expurgata idem ipsum sustinet. Sola enim humilitas est, quæ non patitur repulsam, quæ libere adit, libereque accedit, nihil trepidans, nihil formidans, neq; abdubitans: Et tu quanto maiores, humilia te in omnibus, inquit Ecclesiasticus. Igitur in Mat. 19 Sinite paruulos venire ad me, talium est enim regnum cœlorum. Paruuli, humiles spiritu sunt, qui non adflantur, neque aduersus proximum suum eriguntur. Noli, inquit Paulus, altum sapere, sed time. Ad eum modũ mulier sanguinaria tetigit Christum, & salua facta est. Tertio testatur Ioannes domum ex vnguenti effusione repletam totam, quo nomine bonam intelligas famam, quæ consequitur vnctionem. Christi enim bonus odor sumus, aliis enim odor vitæ in vitam, aliis mortis in mortem, nihil enim melius, nihil ꝑciosius honesto nomine viris euãgelicis. Nescitur autem hoc ipsum ex vitæ integritate & doctrinæ veritate, quasi ex duobus viuis & mundissimis fontibus. Qui enim apud oẽs bene audire voluerit, id agat sedulo oportet, vt non tã a malo, sed ab oĩ, qđ speciẽ habet mali, abstineat. Deinde sic sermões suos instituat, vt omnes ædificet fideles, & credentes in Christũ. Oportet enim episcopum, & verbi quemlibet ministrum, esse irrepræhensibilem. Oportet scire, qđ doceat, & qualiter, vt ædificet, & consoletur auditores.

Oĩa opera nostra in Christi honorem esse regerenda. 1. Pet 4. Psal. 113. humilitas Eccle. 3. Mat. 19, 2. Cor. 2. nomen bonum vnde nascatur. 1. Thes. 5

Dicit ergo vnus ex discipulis eius Iudas Scariothes. Quare hoc vnguentum & cætera.

Ioannes in vnum Iudam omne flagitium & nefas vitiūq; murmurationis reiicit. Matthæus vero in plures: Videntes autem discipuli indignati sunt. Et Marcus: Erant autem quidem, indignati ferentes, intra semeipsos dicentes. Hanc verborum diuersitatem. Hieronymus ita diluit, vt dicat vel Sylepsim esse, tropum quo pro vno omnes, & pro multis vnus appellari soleat vel certe Synecdochen, vbi vnus pro multis, &c. Quasi vnus ex eorum albo, qui ad minimum duodecim vel plures erant, Iudas nomine, penes quem loculi, erant deposite, Addit etiam Hieronymus Apostolos vere indignatos, sed animo commiseranti. Iudam vero ob id mussitasse, vt suo lucro consuleret, furtimque nonnulla subriperet, prætexuit enim inopiam pauperum, & aliud multo diuersius animo ferebat, nimirum lucrum & commodum proprium. Cæterum quod vltimo dictum est, mihi maxime probatur, id est, multos ex discipulis indignatos & offensos, quanquam animo non omnino impio & sacrilego, vt Iudas. Potuit enim hic affectus in horum animarum incurrere, non secus quam affectus ambitionis. de quo Lucas. Facta est contentio inter discipulos, quis eorum videretur maior, & infidelitatis quoque. Nam discipuli omnes relicto IESV fugerunt, id quod negotio Petri declarat. Idem hoc loci accidere (cum homines essent, necdum spiritus sancti virtute roborati) potuit. Atqui hic obserua quantis malis obnoxius sit animus hominis cupidi Primo quidem, metuit semper sibi ne deficiat Auaro enim tam deest quod habet, quam quod non habet. Ecclesiast. 10 Auaro nihil scelestius. Et alibi: Auarus nunquam implebitur pecunia, nec vnquam dicit Sufficit. Et quod omnium pessimum est, sanguisuga est, de quo Prouerb, 30. Sanguisugæ duæ filiæ sunt, dicentes: Affer, affer. Duas enim habet auarus omnis manus, altera ad se rapit omnia, omnes thesauros pecuniæ, frumenti, vini & olei reponens, perque nefas domum domo, agrum agro coniungens aduersus quod vitium, Esa. 5. Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis, vsq; ad terminum loci. Altera manus est tenacissima, qua omnia quæ iniuste vel acquisierunt, vel possiderunt, sibi reseruāt, suisq;

[Margin: Quod humanis affectibus Apostoli nō caruerint maxime aūt susceptū spiritum sanctum.]

[Margin: Quantis malis obnoxius sit animus hominis auari.]

[Margin: Eccle 10. Eccle. 5 Prou. 30.]

[Margin: Esa. 5.]

hæredibus relinquunt auari. Aduersus quos Ezechiel .18. Ezechi.
Si vir fuerit iustus,& fecerit iudicium & iustitiam,sequitur Pignus debitori reddiderit,per vim rapuerit,panem esurienti dederit,nudum aperuit vestimento ,& ad vsuram non commodauerit ,amplius non accæperit,sequitur. Hic iust⁹ est, vita viuet dicit dominus deus. Est hæc manus aperienda pauperibus & debitoribus, cum Zachæo Domine,inquit, ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Vtraque vero amputanda est,si vel nobis, vel aliis occasionem ruinæ prestat. & cætera. Habuit vtranq; manum auaritia & sacrilegio infectam Iudas,rapuit enĩ aliena,& ea quæ pauperibus erant deputata, & retinuit quoque quæ furtim sustulit,atque ita nec restituit, etiamnum quæ male parta erant, nec largitus est propria.Hinc euangelista.Fur erat, & loculos habuit. Secundo,quibus cura rei domesticæ concredita est. Hoc exemplum ob oculos ponant, ne creditoribus sua auferant,resque dominorum male prodigant, maleque dispensent. Audiant enim, Redde rationem villicationis tuæ. Neque minimum est vitium, infideliter æs concreditum dispensare quanquam multos est offendere, qui multis modis delinquant, pecunia excæcante eos. Igitur paulus auaritiam testatur esse radicem omnium malorum Ideo que stirpitu euellendam, si bonorũ omniũ largitori adhærere volumus. Laborauit hoc vitio Ananias, cum Saphyra, Actuum.5.de prætio agri diuenditi nonnihil surripiens, & in sua lucra conuertens, hinc obiurgatus a Petro audit, Anania,cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te spiritui sancto,& fraudare de præcio agri? Multi inueniuntur, qui hoc crimen in aulis principum imitantur,ex iis qui publicis muniis,publicisque ærariis præfecti sunt. Auferunt enim ac compilant non tam principes ipsos, quam miserum popellam, cumque sic eneruant, vt vix ossa cuti cohæreant. Væ,inquit Amos,vaccæ pingues, qui calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes. Et paulopost. Separati estis in diem malum: Qui enim se pauperum substantia suffarcinant,in diem reseruantur vltionis domini,audientque quod Achab obprobratum est, Inuasisti & occidisti,

Luce.19.
Luce.16. cõtra eos qui dominorũ suorum bona male dispensant.
Actuum.5
Amos .4.
3.Regũ 31

insuper & addes. Deteſtantur hi Iudæi ſcelus, rebus tamen ipſis, multo ſunt Iuda ſceleratiores. Tertio, habes, hoc loco CHISTVM marſupia ad pauperum vſus, habuiſſe ac ea que ad ſubleuanda & neceſſitatem diſcipulorum & miserorum inopiam. Quomodo in exordio naſcentis Eccleſiæ collectæ leguntur factæ, & in communem theſaurum pecuniæ multæ repoſitæ. Sed ad quam vſum? Audi Ambroſi. Aurum habet Eccleſia, non vt ſeruet, ſed vt eroget, & ſubueniat in neceſſitatibus. Ad idem quod Hieronymus: gloria Epiſcopi eſt pauperũ opibus prouidere, ignominia ſacerdotis, eſt propriis ſtudere diuitiis. Quarto, obſeruandũ, quod quanquam Iudas traditurus eſſet CHRISTVM, non tamen idipſũ palam traduxit IESVS, quin etiam furta, & pecuniarum peculatum non opprobrauit, ſed tacitus coarguit, ſignis atque multis indiciis ac officiis, quibus corruptum auaritia animum reuocare ſtuduit. Quo nos inſtruxit, tolerandos aliquandiu eſſe malos. & interim omnia tentenda, vt eos ab errore citra famæ traductionem reuocemus. Tu bonus es, inquit Auguſt. tolera malum. Nam & Chriſtus Iudam, cum ſciret furem eſſe tolerauit, & ad prædicandum miſit eique cum aliis Euchariſtiam dedit. Proinde hæc ſententia tunc obtinet, quando mali alios ſuo contagio non inquinant. Alioqui reſecandæ ſunt putridæ carnes, & ouis morbida e dominicis cauſis abiicienda eſt vt inquit Hierony. Et Paulus? Auferte malum ex vobis ipſis. Quod vero Iudas trecentis denariis diuendere maluit, quam ſic ſine vllo fructu prodegere, arguit auaros homines, nihil curare futura, nullamque ſpem habere mercedis promiſſæ. Teſtatur enim Chriſtus: Si quis recipit prophetam in nomine prophetæ mercedem prophetæ accipiet. Et, qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet. Iam ſi quis iuſtum ac prophetam recipit in nomine prophetæ non perdit mercedem multo maxime, merces maxima, repoſita eſt iis, qui Chriſtum ſuſcipiunt, qui in hunc ſunt liberales. Id miſer præ cupiditatis mero animaduertere non valuit. Simili inſania dicuntur multi, qui hoc ſæculo, quod omnium eſt auariſſimum, Euangelicis concionatoribus dignam ſtipem ſurripiunt, quaſi on-

Ad qd xp̃s Apoſtoli, eccleſia, loculos habeat.

Qñ mali reſecandi ſint.

1. Cor. 5.

Mat. 10.

Dixit eis Iesus. Sinite illam, vt in diem sepulturę meæ seruet illud. Sensus est non prohibendam mulieré, sed sinendam, id impendere honoris vino, quod morituro non licebit. Igitur præuenit vngere corpus Christi, significans, sepulturam gloriosam quidem futuram, iuxta vaticinium, Esa. Et sepulchrum eius gloriosum. Igitur Matthæus & Marcus, ita habent. Quod habuit hæc fecit, præuenit vngere corpus meum in sepulturam. Item, vbicunque prædicatum fuerit Euangelium in toto mundo, & quod fecerit hæc narrabitur in memoriam eius, id est, vbicunque tendam terrarum increbuerit huius mulieris factum, dicetur quod eo ipso declarauit sepulturam meam honorificam futuram, eius igitur, ad sepulturam referendum, non ad mulierem. Pauperes enim semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis. Id intelligas, quod & corporis p̄sentiam, qua abiit in cœlum, quo vero ad inuisibilem energiam, adeoque ad Eucharistiæ sacramentum, perpetuo nobiscum erit. Matthæi vlti. Ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Abiturus enim erat mox a nobis per crucem, Ioann. 12 Modicum & non videbitis me, mensurus tamen in spiritu, quam accæpturi erant in arabonem credentes in ipsum, mensurus & in carnis & sanguinis mysteriis. Notabis hoc loci aduersus bonorum operum osores, qui pro sano ore omnia externa opera damnare audent, pulcherrimum locum quando Christus dicit: Opus bonum operata est in me. Quod vero illud fuerit ipse expressit, præuenit vngere corpus meum. Non igitur fidem hoc loco, sed externam vnctionem, opus bonum vocat quanquam hoc ipsum ex fide profectum fuerit, Ad idem hortatur Paulus, Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, & cætera. Et item: Bonum facientes non deficiamus. Et in Prouerb. 10. Sapiens: Opus iusti ad vitam Cæterum quod vulgarium pauperum copiam semper nos habituros asserit, significare voluit, misericordiæ viscera iis maxime esse impertienda qui maxime egent. Pulchræ hoc Sydrah Ecclesiæ. 12 declarat dicens: Si benefeceris, scito cui fece-

Esa 11
Mat. 26.
Mar. 14.
Mat. vl.
Io. 16.
Taxantur bonorum operum osores
Gal 6
Pro. 10.
Quibus potissimũ sint m̄iæ viscera exhibenda

ris,& erit gratia in bonis tuis multa.Benefac iusto, & inuenies retributionem magnam, & si non ab ipso, certe a domino.Da misericordi,& ne suscipias peccatorem. Da bono & non receperis peccatorem. Benefac humili & ne dederis impio Quo notantur validi & bene robusti mendici, qualescunque tandem sint, si non sunt boni,si non sunt digni pane quo vescuntur,id est, si sint impii, si auari, si liuore,ira,odioque,ac fœdis vitiis inquinati,illis tum tribuas, qui indigentiam suam prodere non audent, interim tamen se Deo deuotos produnt. Habes & hoc loco, pietatis opus prædicandum,& multis laudibus extollendum,nã sicut MARIA toto orbi,quo est Ecclesia diffusa, laudem commeruit de obsequio Christo impenso,ita Iudas (si Bedæ credimus) vituperio dignus habetur. Proinde ita intelligas Christi verbum, Dicetur quod fecerit in memoriam eius,erit tibi Pronomen eius ad MARIAM,non ad sepulturam referendum. Sic & in Eccle. 31. Ideo stabilita sunt bona illius in domino,& eleemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia sanctorum. Ad idem. 44. Corpora eorum in pace sepulta sunt & nomen eorum viuet in generatione & generationẽ,Sapientiam ipsorum narrent populi, & laudem eorum nunciet Ecclesia.Accedit & illud Dauid,Dispersit dedit pauperibus,iustitia eius manet in sæculum sæculi. Iustitia videlicet non modo fidei,sed etiam operum,de qua agit,ea quidem manet apud posteros,quando illustria illa facta laudentur,quando laudibus attolluntur condignis, id quod in Mariæ præclaro opere licet videre.Opus,inquit Christus,bonum operata est in me, non malum,non peccato vlli obnoxium, vt fingunt hæretici. Vbi scias tria esse id quod sæpe diximus) genera operum. Primũ est eorũ quod a Deo separat,de quo habes in sapiẽtia,opera eorum inutilia.Et in Prouer.11.Impius facit opus instabile. Instabile est omne opus,quod non ex fide,quæ basis operũ est proficiscitur.Esa.Opus vestrum ex eo quod non est, id est, ex nihilo, seu hypocrisi quæ non est firma neq; duratura Spes enim hypocritæ peribit.Ad hoc genus oĩm peccatorũ opera redigũtur,seu interna sint, qualia sunt incredulitas,liuor,maleuolẽtia,arrogãtia,seu externa qua-

Eccle.31.

Eccl.44.

Tria sunt operũ genera.

Prou.11

Esa.41

Iob 8

lia sunt luxus, Venus iniustitia, tyrannis, adulterium, scortatio, & id genus alia Secundum genus est operum illorum quæ suapte natura bona sunt, vt est Deum diligere, orare in spiritu & veritate, semper sursum contendere, semper perpetuoque peccata detestari, deinde & fiducia & spe bona Deo adhærere, quale erat illius opus, qui ait. Mihi adhærere Deo bonum est. De quo Esa. Opus illius pax, id est conscientiæ tranquillitas hoc nobiscum Deus operatur nosque plerunque ad se trahit. 44 Opus meum coram Deo meo. Tertium operum genus ad medium, quod alii indifferens vocant, eo quod & a malis & a bonis fieri non semel potest Medium opus est ieiunare, eleemosynas largiri, vngere CHRISTI pedes, & id genus alia facere, si accedat fides per charitatem operans, iam bonum est meritorium est, laude ac corona dignum est, tale fuit hoc loci MARIAE opus. Igitur opus bonum operata est. Talia sunt eorum opera, qui ex charitate ducti, psallunt in choro, pauperem suscipiunt hospitio, nudū vestiunt, & cætera.

Psal. 72
Esa 49.
Esa. 32.

Feria tertia post dominicam palmarum.

Hiere. 11.

TV domine demonstrasti mihi & cognoui, & cętera. Incidit hæc lectio maiorum nostrorum authoritate, in hanc feriam quæ phase Iudæorum biduo præcessit, nam vt concors habet omnium orthodoxorum sententia, hoc die CHRISTVS (ne sui pl ine deiicerentur, animumque desponderent, si subito & inopinato viderēt dominum rapi ad supplicium, quum toties prædixerit se vltro venisse in mundum, vltroque hinc abiturum) seorsum apud suos & Apostolos & discipulos ac deuotas mulieres aduersus est, solatusque & verbo & con suetudine, corporalique præsentia. Igitur inquiunt, dum ita interessent familiari colloquio Christi Euangelistæ, Erat Pascha & azyma, hoc est, dies festus azymorum, qui dicitur Pascha, quam magna obseruatione celebrabant Iudæi, quotannisq; ritibus renouabant, id quod nos

ſuo dicemus loco. Hunc itaque diem ſic prædicit Ieſus, vt habet Matthæus: Scitis quia poſt biduum paſcha fiet, & filius hominis tradetur, vt crucifigatur. Perinde atque diceret: Satis vobis compertum eſt, quo tempore phaſe veſtrum. quo olim agnus immaculatus, & anniculus, comeſtus eſt, quo inſuper ab angelo interfectore, eiuſdem agni ſanguine, poſtibus illito ſeruati eſtis, marique tranſmiſſo, hoſtes veſtros, aquis præfocari vidiſtis, hoc inquam tempus vos minime latere in confeſſo eſt. Quandoquidem ſitis in eo agnum illum typicum comeſturi. Verum, ego, qui agnus ſum porro innoncens ac innoxius, veſtri ac omnium cauſſa offerendus ſum, crucique ignominioſe adfigendus, vt vetus phaſe in nouum quoddam tranſeat, ſitque vere phaſe domini, id eſt, tranſitus quidam de vita ad mortem, rurſuſque de morte ad incorruptiſsimum viuendi modum, quem mea morte inſtituam & veluti ob oculos delineabo. Itaque hoc eſt quod & Hieremias in hac ſacra lectiõe graphice depingit, ad eum qui ſequitur modũ.

Tu autem domine demonſtraſti. Vbi ſcias oportet, quoſdam omnia quæ hoc capite continentur, in Hierem. torquere. Qui populo interminatus eſt, ob ſcelera & idololatriæ crimen, pœnam mox futuram, ac defuturam in impios & ſceleratos homines, eoque vaticinio ſibi & odium & inuidiam conciliauit. Hinc illi mortem,

Amos. 5. hinc carcerem intentabant, nam qui arguit criminoſos, odium incurrit, ait Chriſoſt. & Amos. 5. Odio habuerunt arguentem in porta. Verum, hæc expoſitio etiamſi non videatur coacta, ſed germana, poſſunt tamen huius lectionis verba propriiſsime in Chriſtũ referri, qui Iudæos non vno loco arguit hypocriſeos, impietatis, & cæcitatis, hinc ſibi mortem intentabant, hinc inſidias moliti ſunt, multiſque vicibus conſpirabant modos varios excogitantes, qui e medio raperent IESVM. Hoc eſt quod Propheta

Hiere. 11. paulo ante præmittens ait. Inuenta eſt coniuratio in viris Iuda, & in habitatoribus Hieru. ita tranſtulit poſt Symmachum Hieron Septuaginta vero & aquila habent, caligatio, quod in idem recidit. Eſt autem coniuratio (authore Hiero.) quando non ſubito, neque fortuito, ſed paratis inſi-

Coniurationis deſcriptio.

dis & coniuratione quadam tenditur ad delictum, & pari-
mente, parique studio id agitur, vt deo neglecto ac com-
tempto, quisq; viam suam incedat sibi idolum quoddam
erigat, & a se veritatem repellat. Id quod CHRISTO do
cente vsu venit Iudæis. Conspirarunt enim nō semel in ei⁹
mortem, vt manifeste testatur Ioannes. Et David: Supra
dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt Psal. 128
iniquitatem sibi. Et item Funes peccatorum circomplexi
sunt me, Pharisæos & Scribas intelligit, qui CHRISTO
imposuerunt multa crimina, quanquam innocentissimo, vt
si qua possent arte, hunc mortis reum agerent, ciuitate pel-
lerent, & regno. Notat scelus, & Ezech. 22. Viri detractores Ezec 22.
fuerunt in te ad effundendum sanguinem & super montes
comederunt in te, scelus operati sunt in medio tui. Quale
vero illud scelus sit, PAVLO post subdit. Coniuratio
prophetarum in medio eius. Sicut leo rugiens, rapiensque
prædam, animas deuorauerunt, opes & precia acceperunt,
sacerdotes eius contempserunt legem meam, & polluerunt
sanctuaria mea. Quæ omnia fere obprobrauit CHRI-
STVS, Matth. 23. Pharisæis. Væ, inquit, vobis scribæ & Matt. 23.
pharesæi, quia pleni estis rapine, & iniquitate, sepulchris
adsimiles dealbatis, qui comeditis domo viduarum, ac pau
perem in abscondito deuoratis. Idem chrimē, si adesset xp̄s
exprobraturus multis & sacerdotibus & monachis esset, ii
maxime, qui incestis manibus sacris orgia tractant, qui fœ
da libidine conspurcati dei legem a tergo relinquunt, seque
omnibus vitiis dedunt, eoq; fit, vt animas suo malo exem-
plo occidāt, pro quibus mortuus est Christus opes sibi ac
diuitias multas coaceruant, vt nihil interesse dixeris, inter
sacros & prefanos, imo inuenies sceleratiores multos qui
oleata sunt, iis qui i sæculo degere vidētur, atq; ob id notā
ter dixit Propheta inter Prophetas repertē coniurationē
Suspiciunt vulgares ac pendent ex ore Christi, secus Pha-
risæi & Scribæ. Hi enim ad occidendū cū primoribus ma-
gis ac magis coniurant, qui credere, alioq; ad credendum
incitare debuerant. Proinde seu in Iudæorum primores,
seu nostri sæculi impios homines, verba Prophetæ referas,
non possunt Christum malorū insidiæ latitare, hinc addit.

Tu domine demonstrasti mihi, &c. Id est, reuelasti eorum aduersus me molimina, insidias & malos conatus est enim in Christo duplex sciétia, qua occulta quælibet perspicere potest. Altera diuina, quam communem habet cum patre, omnia perlustrans & illuminans, eoque ars patris, & idea dictus est, ac sapientia æterna. Cui omnia obuia & cognita sunt, antequam vel nata, vel gesta essent. Ego, inquit deus, scrutans corda & probans renes. Et in libr. Regum Homo videt ea, quæ patent, deus autem intuetur cor. Hæc scientia ac cognitione, sæpius Christus Iudæorum impiis ac sceleratis respondet cogitatis. Vt quid, inquit, cogitatis malum in cordibus vestris? Et item Iesus autem videns cogitationes eorum dixit, &c Alia est cognitio Christi, qua illum, quatenus homo est, pater illustrauit quæ certe omnium creaturarum cognitionem superat, nemo enim Prophetarum illo clarius nemo luculentius abscondita, & quælibet cuiuslibet temporis arcana introspexit, seu præsentia, seu futura contemplatus fueris. Est enim lux vera, quæ illuminat omnem hominem. Si lux est, omnia perspicit, omnia discernit, Nam viuus est sermo DEI & efficax, penetrantior omni gladio ancipiti, sequitur. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Demonstrauit igitur pater filio omnia, que illum manebant tormenta, & quasi ob oculos illi expressit, insidias, calumnias conuitia flagra diraque vulnera, deinde & crucem, & ignominiosam mortem. Igitur cognoui atque intellexi addit Hiere. Idem habet Ezechiel. 11. Filii hominis hi sunt viri, qui cogitant iniquitates, & tractant consilium pessimum in vrbe, sequitur. Sic locuti estis domus Israel, & cogitationes cordis vestri ego cognoui, paucisque interpositis pœnam intentat. Gladium metuistis, & gladium inducam super vos; & eiiciam vos de medio eius. Omnia hæc Iudæis conspiratoribus in CHRISTI mortem euenerunt, euentura & his, qui simili malitia improborum ac innocentum necem coniuratis copiis machinantur.

Est in xp̃o sciétia gemina.

1. Rex 16

Matt 9

Io 1

Heb. 4.

[E]zech. 11

Et ego quasi agnus qui portatur ad victimam.

Prophetia est de triumpho crucis. Solebant enim veteres Parta victoria victimas offerre, hostiasque libare Diis. Vn-

de & victima a vinco diducitur, seu vincio, quod victricibus manibus vincerentur hostiæ mactandæ. Christus vero seipsum & venciens & offerens hostiam (non quamlibet, sed agni immaculati & sacratissimi corporis sui, & sangui- Io.12.
nis preciosissimi, qua triumphauit hostes suos, mundique huius principem) nunc, inquit iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Sensit hanc CHRI- Apoc 5.
STI potentiam, ac energiam Ioannes in Apocalyp. Vicit Leo de tribu Iuda, radix DAVID. Igitur addunt angeli Dignus est agnus qui occisus est accipere deuinitatem & Io.1.
virtutem, & sapientiam, & fortitudinem. Et Ioan.1. Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi. Cur igitur immolatus est cur ad victimam ductus? Quia tollit peccata, aufert iniquitates nostras, condonat delicta, & quod aduersum nos erat chirographum damnationis, suo sanguine delet porroque abstergit. Vicit in suo sanguine CHRITVS sæuientem Leuiathan, omnesque aereas potestates fudit & prostrauit. Merito igitur illi deputamus virtutem, merito illi occinimus encomiũ laudis, & Io. triumphe. Idem agnoscit
Esa. Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vest. de Bosra. Esa.63.
Iste gloriosus in stola sua? Et item. Quasi agnus coram tondente se obmutuit. Proinde tam Esa. quam Hiere. typicum in lege agnum paschalem respiciunt, cuius sanguis signum erat angelo, ne filios Israelitas occideret, sed domos omnes pertransiret, quarum postes agni sanguine illiti essent, ita huius agni innocentissimi sanguis, pignus est salutis æternæ, ne, qui sunt eo aspersi, ab exterminatore angelo occidantur, neve pereant. Habemus etiam hic Christi regnum esse humile, esse spirituale, aliis, non sibi prodesse. Nam delatus est ad victimam, non vt sui gratia, sed aliorum triumpharet, aliosque sua victima eriperet ac in perfectam libertatem assereret. Qui autem Christus hoc die dixit. Scitis quia post biduum pascha fiet. Pauca adnotemus de agni paschalis immolatione Primo, agnum hunc, De agni
certum est significare Christum. 1. Cor 5. Pascha nostrum paschalis
immolatus est Christus, deinde quia corporale pascha e- immola-
rat, id est transitus. necessum est typum esse paschatos æter- tione.
ni Educebantur enim filii Israel ex Aegypto, vt benedictio 1.Cor.5.

nem assequerentur, que olim patribus facta erat, quanquã ea benedictione nemo a peccatis absoluebatur, erat igitur futuræ, id est spiritualis benedictionis imago. Eph 1. Qui be-
1. Cor. 10. nedixit nos in omni benedictione spirituali, &c. idest, quod 1. Corinth 10 testatur Paulus Patres nostros omnes sub nube fuisse, omnes in Mose baptisatos in mari, sequitur bibebant autem de spiritali consequente eos petra, petra, autem erat Christus. Secũdo ex Aegypto per mare profectio baptismum significat, quo nos tingimur & abluimur adeoque CHRISTO inauthoramur Est enim mare rubrum Christi morte sanctificatum baptisma sacrum perinde atque Iordanis suo beneficio seruauit filios Israel, & quasi sanctificauit. Rom. 6. Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in monte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in montem i vt peccato mortui iustitiæ viuamus, Transitus enim ille de Aegypto per rubri maris vadunt, nihil certius potuit, quam nostrum de vitiis ad vitam incorruptibilem, statum significare.
Ephe. 2. re. Quo transferimur de diaboli potestate in regnum adoptionis filiorum dei. Ephe. 2. Cum essemus peccati mortui,
Coloss. 1. conuiuificauit nos in CHRISTO, & apertius de nostatu, ad Coloss. 1. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum & transtulit in regnum filii dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum. Equidem id sua profectione & eductione Moses efficere non potuit, quamuis potenti manu eduxerit populum, vt peccata condonaret, vt plenam donaret libertatem suo populo, præstitit ad CHRISTVS semel sua morte, præstat quotidie in regenerationis sacramento. Terrio quod moses iubet vicinos Israelitas accersiri, si vna domus non sit edendo agno satis, quodque addit, vniuersa multitudo Paulo inferius significat Iudæos & gentes in authoratos per mor-
Act, 10 tem CHRISTI fidei vnius sacramenti. In veritate, inquit PETRVS, comperi, quia apud DEVM non est acceptio personarum Et PAVLVS: Quotquot in CHRISTO, baptizati estis, CHRISTVM inductis intellige
1. Cor. 10 siue Græcus, siue Schyta, siue Iudæus sit. Omnes enim vnum sumus, qui de vno pane & de vno calice particip-

mus. Nam omnes peccauerunt, & egēt gratia dei. Gratia au Roma.3.
tem & veritas per CHRISTVM facta est Ioan.1. Commu Ioan.1.
nis igitur omnibus factus est principatus CHRISTI
communis panis, & potus omnibus sufficiens, Quarto,
agnus erat sine macula, masculus, anniculus, quæ omnia
Christi important innocentiam, & masculinum animum
id est, constantem ac virilem, adeoque aduersus Tyrannum
nostrum infractum, erga nos autem anniculus erat, beni-
gnus erat, misericors Esa.53. Virum scientem infirmita- Esa 53
tem. Ob id alicubi nobis ingerit sui clæmentiam, & fidu-
ciam Confidite, inquit, ego vici mundum. Quod immacula Ioan.16
tus fuerit, non vno loco scripturæ testantur. Qui peccatum, 1.Pet.2
inquit PETRVS. non fecit, nec inuentus est dolus in ore Psa.44
eius. Et Psalm Speciosus forma præ filiis hominum. Est
nobis anniculus, id est, blandus, & quasi imbecilis factus,
quanndo exinaniuit semetipsum formam serui accipiens,
& infantis mors, ad omnia paratus, omnibus expositus.
Idem fere significat quod subdit, iuxta quem ritum tolle-
tis & hœdum, id est, de grege accipietis. Siquidem. Chri-
stus ex numero fratrum accæptus est, & datus nobis. Esa.
9 Paruulus natus est nobis & filius datus est nobis. Om-
nia nobis profuerunt non propriæ angelis. Heb 1. Nus- Esa.9
quam angelos apprehendit, sed semen Abrahæ. Vnde de-
buit fratribus per omnia assimilari intellige citra peccati Heb.1.
labeculas, quibus non decuit eum contaminari, qui alio-
rum crimina abstergere venit. Quinto ait, immolabit.
quid audio, num per nos. Christus immolandus est, num
rursus mactandus, & membratim dilaniandus. Neutiquam
Semel enim mortuus est, iam non moritur, semel quoque
seipsum visibiliter in cruce obtulit, ad multorum exhau-
rienda peccata, inquit PAVLVS. Proinde per nos quoti-
die inuisibiliter offertur, in eucharistia, dum potentia ver-
bi, seipsum præsentissimum exhibet cooperante ministro,
& mysteriorum dispensatore verba consecrationis pronun
ciante. tum offertur, ac rursus miro quodam & inaudito
modo litatur, ac immolatur, id est, quod præcipit Dauid,
Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in domino. Et Psal.4.
Malac. In omni loco offertur nomini meo oblatio mun- Malac 1.

da. Sexto hæc oblatio agni paschalis ad vesperum facta est & christ⁹ ad vesperã emisit spiritũ nobisq; sui corporis sacramẽta reliquit operãda qui sumus in nouissima hora, q̃ per vesperã intelligitur. Hinc Euang. Vespere autẽ facto,
1. Ioan 2 venit cũ duodecim, atqui hoc est nouissimũ tempus reuelatæ gratiæ & immolati agni, de quo Ioan. Filioli nouissi-
Galat. 4 ma hora est. Et Paulus. At vbi venit plenitudo tẽporis. Ob
Heb. 10. id Paulus ad Heb. testatur, iam non relinqui vobis aliã hostiam, quam eam, quæ in cruce oblata est, cuius nos memoriam præsentissimam celebramus, dum carnem & sanguinem in altari consecramus, & benedicimus. Est enim vnus vtrobique Christus, quamuis alio & alio modo oblatus est In cruce corporali specie, per mortem seipsum obtulit deo patri immaculatum, in Sacramento mystico modo & inuisibili offertur per Sacrificiorum ministeriũ, Dei enim coo-
1. Cor. 3. peratores sumus. Septimo sument de sanguine eius, & ponent super vtrumque postem, Alibi iubet hysopum imbui sanguine, quo deinde aspergantur, postes & limen. Hysopo Christi gratiam significari Psal. 5. testatur. Asperges me domine hysopo, lauabis me & super niuem dealbabor. Sanguis enim Christi purgat & emundat conscientias nostras ab operibus mortuis, hic interne & superne illinendus est, vt peccata quælibet, quibus & deum & proximum offendimus, auferat. Transit porroque declinat hoc sanguine insigni tam conscientiam exterminator angelus. Nihil enim eos lædere potest, quorum in frontibus sanguinis Christi
Ezech. 9. character est ingressus. Signum Thau. ait Ezech. in frontibus virorum gemen, Septimo edent carnes assas, agni, sub noctem, id est sub tempore huius calamitosi sæculi, in quo sub noctem viuimus, si futurum diem & sæculum æterni-
Lucæ, 12. tatis in mentẽ reuocemus. Porro gratia Christi neq; cruda est, neque aqua decocta, sed assa igni. i. spũs sancti vigore
Thren. 1. roborata. Hic est ille ignis, de quo Christus, Luc. 12. Ignem veni mittere in terram. Purificantur & decoquuntur hoc igne corda nostra vt fructificare queant. Ignem inquit Hie. misit in ossibus meis, & erudiuit me. Et Psal. Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Significatur autem proprie per carnes igne assas crux, & mortificatio

omnium vitiorum per Christum, ad cuius crucem, & nos mortificare & cruditatem nostram dequoquere debemus, id abunde satis docet Paulus. Accedit quod qui edendis carnibus illis idoneus esse debet intestina omnia caput & pedes vorabit, id est, interioris hominis curam agere, id que præstare suis adfectibus coercendis debet. quod ait Paulus: Qui Christi sunt carnem suam crucifixa.cum vitiis & concupiscentiis. Et item, Mortificate membra vestra quæ sunt supra ter. Id si præstiterimus iam idonei sumus, vt de carnibus agni edamus Caro, inquit CHRISTVS mea vere est cibus, & sang. meus vere est potus. Et. i. Cor. 11. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat & de calice bibat, &c. Probet, adeoque seipsum, quanta maxime potest cura, examinet homo, si crudus sit si aqua vitiorum carnalium fœdatus, deinde si omnia intestina igne spiritu' sancti, consumpserit, ita vt nihil sit reliqui quod carnem spiret, quod voluptatem ac libidinem redoleat. Omnia enim nostra igne voranda & incendenda sunt. Octauo præcipitur vt edãta zymos panes, cum lactucis agrestibus, vel acidis herbis. Hoc PAVLVS interpretatur. Ita que epulemur non infermento veteri neque in ferméto nequitiæ & malitiæ, sed in azymis synceritatis & veritatis Panes igitur azymi vita est in corrupta. Nam de corruptione vitæ eo loci certum est Paulum disputare. Corrumpere enim potuit vnius scortatio (quæ fermenti noïe intelligitur) multorũ synceritaté. Igitur separauit, hunc ne cæteros inquinaret a cõsortio fideliũ. Alibi etiã Christus fermẽtũ hypocrisim vocat notans eos qui sub titulo sanctimoniæ aliis imponunt, falsaque doctrina corrumpunt. Nostrum erit, si digne carnem agat esse volumus, vetus fermentum nequitiæ expurgare, misceteque nostræ conuersationi acidas herbas, id est, castigationem carnis nostræ, vt in spiritus seruitutem redigatur. Id quanquam sit, acidum, quanquam carni subacerbum videatur, est tamen saluberrimum aduersus libidinem pharmacum. Nono, renes, inquit, vestros accingetis, Id CHRISTVS quoque præcipit Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in ma. vestris Et Petrus. Popter quod succincti lumbos mentis vestræ,

Galat. 5
Coloss. 3
Ioan. 6.
1. Cor. 11
1. Cor. 5
Vitæ austeritas.
Lucæ. 12
1. Petr. 1.

sobrie & perfecte sperate in eam, quæ vobis offertur gratia Lumbos (ait Gregori.) restringimus, quando carnis luxuriam per continentiam cohibemus, frænaq; carni, ne lasciuiatim mittimus & lora. Omnia hæc declarant austeritatem vitæ, quæ Christianis per crucem iniūcta est, adeoq; imposita, vt nō iā nobis sed Christo sed iustitiæ, sed innocētiæ viuam', decimo, tenētes baculos in manib' vestris, calciati pedibus, hoc est quod præcipit Ephe. 6. Paul. State succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam

Ephe. 6. iustitiæ, & calceati pedes in præparationem euangelii pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, &cet. Vniuersa hæc declarant, quid nobis in militia Christiana agendum est. Standum enim est, excipiēda sunt scuta, & aduersariorum ignita tela, obseruandæ excubiæ, nec vnquam a certamine cessandum. Militia enim est vita nostra, non quies nec somnus, si iam militia est, si perdius atque pernox hostes

Iob 7. nostri aduigilant, cur nos palestra cedimus? cur non inde aduigilamus? State, inquit alibi Paulus, & nolite iugum ducere cum infidelibus. Stare hominis est, in malitia & bellicis tumultibus exercitati, eiusmodi omnes nos voluit esse Xp̄s. Vigilate, inquit, & orate, &ce Sequitur in propheta

Et non cognoui. Si præcedentibus coherere volumus sensus est, Non cognoui id, dissimulaui me intelligere eorum artes, fraudes, & dolos, eoque sæpe fugiamini, sæpe in desertum secessi, & in Ephren ac Bethania quasi profugus a patria exsors, diuersatus sum Ioan. 11. I E S V S ergo iam

Ioan. 11 non palam ambulabat apud iudæos sed abiit in regionē iuxta desertum, in ciuitatem quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur quasi nescius, quid molirentur aduersus eum Iudæi, cum interim illi a patre esset reuelatum, vt supra te status est. Alius sensus a Hieronymo obseruatus est. Non cognoui, id est, non agnoui in me peccatum, nec me peccati reum esse sciebam, & tamen vt omnium damnatissimus

2. Cor. 5. iudicatus sum, & condemnatus, eo modo videtur P A V L V S dicere. 2. Corinth. 5 Qui cum non cognouisset peccatum pro nobis peccatum factus est Vbi alii ita habent, vt

Psal. 34. sensus ex verbis Diuidis erutus videatur. Quæ ignorabam interrogabant me. Quorum nomine accusabar, me inno-

xium sciebam, etiamsi suscitarentur. Quid fecisti & me omnes reum mortis damnarent. Reus est mortis, quanquam reus non fuerim. Sic & Paulus dicit, Nihil mihi conscius sum. Id quod multo iustius dicere potus ipsa innocentia & veritas Christus, nihil enim sibi cóscius erat qui dixit. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam, quanquam pro nobis maledictum & peccatum factus sit: Atque hic vide dei erga nos clæmentiam, qua sic nos adamauit, sic dilexit, vt proprium filium neglexisse videatur Romanorum octauo. Proprio filio suo non pepercit, sed dedit pro nobis, & cætera. Tertius sensus hic esse potest, vt non cognoscere, sequentibus, sine vllo periodo cohærere possit, quasi diceret, non approbaui eorum aduersum me consilia, cum impia fuerint. Sic & Matthæi septimo, dicitur Non noui vos, eorum consilia non probat, sed dissipat dominus, qui aduersus deum meditantur inania, de quibus Psalm. 20. Quoniam declinauerunt in te mala, cogitauerunt consilia, quæ non potuerunt stabilire. Mat. 26. Ioan. 14. Rom. 8. Mat. 7. Psal. 20.

Mittamus lignũ in panem eius. Potest esse Hyppallage, verborumq; subalternatio, vt sit sensus. Mittamus Panem eius, corpus videlicet in lignum crucis, id quod & fecerunt Panis enim nomine caro Christi intelligitur. Ioannis sexto. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Prælibauit hunc panem Iacob. Gene. quadragesimo-nono. Aser pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus: Et Psalm. Panem angelorum manducauit homo Hic passis in vtero virginis coctus est, in toto mundo, per verbum euangelii, comestus est, in crucis vero patibulo consumptus, & porro in multas partes distributus. Lignum vere in quod hic panis mittitur, quove dispensatur esurientibus, crux est, in quam corpus Christi adi adfixum fuit. De hoc ligno ita habes. Sapien. decimoquarto. Benedictum lignũ per quod fit iustitia Iustitia in cruce facta est. quando dæmones, qui tyrannide totum occupauerunt gen⁹ humanum, expoliati sunt, & palam traducti. Collossens. 2. Expolians principatus & potestates, traduxit confidenter palam triumphans illos in semetipso. Est enim crux virga illa regia & sceptrum imperii Christi, qua cohibet Ty- Ioan. 6. Gen. 49. Psal. 77. Sapi. 14. Col. 2.

Psal.109. rannidem hostium nostrorum, Virgam, ait Dauid, virtutis suæ mittet dñs, dominare in medio inimicorũ suorum. **Eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memorabitur.** Eadem fere machinantur fanatici illi, de quibus in libro Sapi. cap. 2. Venite opprimamus virum iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris grauis est nobis ad videndum, &c. Proinde quo plus contendunt obseruare Christi nomen, eo euadit illustrius, sicq; increbrescit, magis vt omnis lingua, velit, nolit, confiteatur. Philip 2. Dedit illi nomen, quod est super omne nomẽ. Et alibi Dauid. In omnẽ terram exiuit sonus eorũ. Son⁹ apostolorũ. Euãgeliũ & promissio, imo etiã est exhibitio gratiæ & condonationis, gratia vero per Christum data est. id quod & gentes, & Græci, & totus fatetur orbis. Agnoscunt enim omnes hunc esse, & vitæ, & gratiæ largitorem, & totius salutis authorum, etiãsi insaniant Iudæi. **Tu autem domine sabaoth, probas renes & corda, videam vltionem tuam ex eis.** Sensus duplex esse potest. Primus, & is probatur Hierony. vt sit oratio Christi ad patrem, cui omnia in confesso sunt, cui innocentia Christi Iudæorumque pertinacia ac malitia compertissimo sunt, qua dei iram malorum omnium vindecem imprecatur vt desæuiat in eos, qui in scelere perseuerant, & non in eos, qui vertuntur ad pœnitentiam, Pro iis enim ita patri supplicat: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt, qui ita exponunt, verbis maxime adnituntur. Alius est sensus, qui alicubi Augusti. arridet. Videã vltionem ex eis, quasi certo prædicat, quæ destinata sunt, certoque euentura. Præuiderat enim Christus, dei in Iudæos desæuituram iram, id quod animo commiseranti prædicit futurum. Sic & Asaphr. in Psalm. Vindica domine sanguinem sanctorum tuorum. Non vindictam petentis animi sunt, cum id alicubi deus & paulus prohibuerit. Mihi, inquit, vindictam, & ego retribuam eis, sed quod certo futurum erat prædicentis. Sic & Christus vltionem quam futuram nouerat, prædicit vt vel pœnæ terrore iamiam impendentis a malis conatibus cohibeantur

Sap. 2. — Luc. 23. — Psal. 78. — Rom. 12.

Tibi reuelaui caussam meam. Reuelat filius patri caussam mortis suæ, id quod non modo in cruce, sed etiã paulo ante mortem suam fecit, quando ait, Pater saluifica me ex hac hora. In cruce vero, Deus deus meus, vt quid dereliquisti me Et opprobria exprobrantium tibi ceciderũt super me Et item, Saluum me fac deus, quoniam intrauerũt aquæ vsque ad animam meam. Itemque Iudica me domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum. Quibus omnibus suam declarat innocentiam, declarat se non suo merito, sed alieno scelere cruci adfixum. Ipse enim innocẽs, nostram tulit noxam, nobis mortuus est, nobis passus est. Id qđ patri confitetur, dicens. Tibi re. caussam meam. Meam inquam, quia fratrum meorum, quorum nomine patior, ac sustineo.

ps. 21. Ro 15 ps. 42

Feria quarta post dominicam palmarum. Esai liij.

QVis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Si rem gratam deo facere volumus, id agamus oportet, quod alicubi præcipit Christus in Ioanne, Colligite fragmenta, ne pereant. Equidem nobis omnia Christi fragmina & verborum, & factorum, & potissimum tormentorum colligenda sunt. Nobis enim relicta sunt nobisque reposita sunt. Sensit id Paulus, quando ait: Hoc sentite in vobis quod & in xp̄o Iesu, id est, interius trinitate, interi⁹ percipite, qua animi propensione, quo affectu qualia, quantaque, dein qua ratione perpessus sit. Horum enim omnium nos vult esse collectores & coaceruatores, alioqui si pereant væ nobis, nostro enim malo pereunt, quæ tam generoso sunt precio comparate. PETRVS. Non enim auro vel argento de vana vestra conuersatione, sed precioso sanguine agni immaculati liberati estis. Itaque qui hesterno die legimus aliquot fragmenta passionis dominicæ & phase præclarissimi ex Hieremia, hodie qualia legere oporteat ex Esaia quoque discimus. Principio tamen nosse operepræcium fuerit hoc die (qui cœnam vltimam præcessit) rursus concilium iniisse Iudæorum primores

Fragmẽta passiõis ac tormentorũ xp̄i esse colligenda.

1. Pet. 1.

apud Caipham Sacerdotum omnium principem. Et alii quidem alia consultentibus, omnibus tamen visum est commodum & reipub. conducibile, vitæ datorem, morti dare quamquam commodius existiment tempus obseruandum, Nam ita ferre habet Matthæus. Tunc congregati sunt
Mat.26 principes sacerdotum & seniores populi, in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & consilium fecerunt vt Iesum dolo tenerent & occiderent. Dicebant autem, Non in die festo, ne tumultus fieret in populo. Lucas addit, Timebant vero plæbem. Proinde hoc die exagitauit Satan Iudæ cor, qui vnus fuit ex scelestis illis duodecim Apostolis, impulitque hunc miserum hominem, ad prodendum Iesum sola pecuniæ cupiditas. Doluit autem
Mat.26. Ioan.12. quæstus iacturam factam in vnguenti effusione tam prodiga tanquam liberari. Pactusque de precio, spopondit de operam omnem præstiturum, quam posset, vt sine tumultu, vitæ authorem homicidis traderet, Multi viri & eruditione & sanctimonia præclari, hoc die autumant Iesum non palam diuersarum in regia ciuita, sed Bethaniæ mensisse partim vt Iudæi liberius de eius morte consultarent, partim vt religiosas matronas maxime veronitrem, & eas quæ eum a Galilæa secutæ fuerant, solaretur, fructum mortis & resurrectionis gloriam exponeret. Neque enim decuit sic abire diuaricari CHRISTVM optimum & obsequentissimum filium a matre (quæ hunc omnium maximo venerabatur affectu) vt porro non salutaret, non obfirmaret in fide, non hortaretur ad constantiam.
Exo.20. Ephe.6. Iubet enim honorem impendi parentibus, præcipit lugendum cum lugentibus, ad alia non semel officia pietatis, alios cohortatur Iam cum cœpit facere, & docere nemo ad dubitet hunc, erga matrem mœstissimam, fuisse multo propensiorem, quã nos quamlibet erga parentes parentissimos. Proinde ad hæc ipsa mysteria, & præclara facinora tota Epistolæ lectio tendit. Ita enim habet Esa. Quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Initium huius lectionis tractatur a Paulo. Roma.10. arguitque eo loci Iudæorum incredulitatem.

Non, inquit, omnes credunt Euangelio. Esa. enim dicit. Domine quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi, id est, verbum fidei, vt paulo ante testatus est. Verbum vero fidei vocat lætum salutis nuncium, quod omnibus offertur in nomine Christi, id quod Iudæorum bona pars repudiauit. Igitur Propheta admirans ait: Domine quis credidit auditui nostro, tam fausto tanque læto nuncio, quo omnibus in Messiæ nomine promittimus salutem? Iam quod subdit, & brachium domini cui reuelatum est, alludit ad potentiam crucis, quæ non omnibus innotuit, sed testibus præordinatis a deo, sed iis qui fide tantum bonum, tamque magnificum nuncium arripiunt. Brachio enim totum fere propugnamus corpus, quo nomine nemo iustius, quam Christus significatur, is enim pro toto corpore, quod est ecclesia, aduersus triformem hostem pugnauit, eumque vicit, ac porro prostrauit, Psal. Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius. Et in suo Cantico MARIA: Fecit potentiam in brachio suo. Quæ omnia propriissime in Christum competunt Potentiam vero hanc non omnes agnoscunt, neque sentiunt, neque igitur iniuria Propheta ait Brachium domini cui reuelatum est? illis nimirum qui humiles sunt, qui etiam si sint sanctissimi hominum oculis, se tamen vilissimos & omnium abiectissimos reputant Mat. 11. Abscondisti hæc a sapient, & pru. & reuelasti ea paruulis.

Xp̃s cur brachium dñi dicatur.

Psal. 67.

Luc. 2

Mat. 11.

Et ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti. Notat Christi innocẽtiam, nam tener erat & paruulorum more innoxius a viris. Vnde septuaginta habent, Annunciamus quasi paruulum in conspectu eius. Paruulus erat Christus, vitæ & morum innocentia, planeque desiderabilis, quanquam interim eius vis ac virtus multis abdita esset. Sicut enim arboris totius vis in radice sita est, quæ terra occulitur, ita sub humanitatis infirmitate, virtus quædam præstantissima latuit, Hoc est quod subdit Propheta. Et radix eius de terra sitienti. Terra sitiens seu inuia, integritatem significat virginis, quæ nullo semine humano hactenus fuit culta, nullumque de se antea fructum produxit. Psalmo Veritas de terra orta

Simile.

dem ait, Virum scientẽ ferre infirmitatẽ. Quandoquidem nostræ militiæ & antesignanus fuit Christus, & agonotheta, cuius erat in acie persistere, fortiterq; agere, etiamsi oẽs a se arma reiicerent. Eius enim exemplo multi certaturi erant, multi præclara gestaturi prælia, operæprecium ob id fuit hunc durare in palestra. Sic & Paulus se virum glo-

Philip.4. riatur, Scio, inquit, abundare scio & penuriam pati, omnia possum in eo que me confortat Christus. Vides in quo & per quẽ in acie cõstitit, nimirum per Christũ, perq; Christi gratiam, & exemplum, quod imitabatur præclarus vir. Eadem fere & Petrus Christus passus est pro nobis & cæte.

1.Pet.2. Quasi absconditus vultus eius, & despec. vnde nec re. Notat diuinam naturam in cortice latere humanæ imbecilitatis, qua factum est vt abditus esset Dei filius, nec ita a multis agnius. Esaias. 45. Vere tu es deus absconditus. Deus Israel saluator. Ad idem Matthæi. 1. Abscõdisti hæc a sapienti, & pruden. & reuelasti ea paruu. Diuinitatis suæ naturam notat, quæ abstrusa & abdita multis videbatur, quanquam hanc Christus præclaris declararit factis, mortuos suscitando, leprosos mundando, & aliis morbis occupatos, potentia diuinæ naturæ sanando, igitur ad opera alicubi reuocat Iudæos. Si mihi non vultis credere, operibus credite. Ipsa sunt quæ testimonium reddunt de me. Et Roma 1. Qui declaratus est esse filius Dei in virtute, secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum. Secundo Christi abscondita fuit energia curandis animabus profuit, non enim solũ diuinitatis virtus se prodidit, in eo quod corporibus sanitatem præstitit laborantibus, sed quod animas hominum curauit, quod lætum salutis nuncium omnibus obtulit, dicens, Remittuntur tibi peccata tua. Hæc vis atq; potentia solis iis innotuit, qui crediderunt, qui fide oblatũ gratiæ munus arripuerunt. Ro. 1. Euangeliũ, inquit, Virtus est in salutem omni credenti, & Matthę 1. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Hæc virtus vt manifestata erat humilibus, ita incredulis, & seipsos suapte sponte auertentibus, abstrusa fuit. Pulchre annotauit hoc. 2. Corin. 4. Paulus. Quod si etiam opertum est Euangelium nostrum

Quũ variis rationibus Christus dominus dicatur absbscõditur

Esa 45.

Matt.11.

Ioan.10.

Rom 1.

Matt.1.

1.Cor.4.

in iis qui pereunt operum est, in quibus deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illuminatio Euangelii gloriæ Christi. Nomine Euangelii remissionem ac condonationem peccatorum intelligas, quem Christo authore assequimur. Hæc cæcis & arte dæmonum præstigiatis hominibus abscondita ac tecta est vsque in hanc horam. Tecta etiamnum omnibus, qui se solis operibus, suis externis, quamlibet splendidis, quamlibet in speciem iustis, sine Christo existimaut salutem posse consequi, quales sunt omnes hypocritæ & iustitiarii, qui a suis operibus excludunt Christum, quique sibi fœlicitatem nō Christo deputant. Tertio opertus est Christus, si humilitatis formam, si habitum spectes, id quod paulo ante testati sumus. Quis enim hunc regem, quis Dei filium credere quis omnium rerum plastem agnosceret esse, qui vix cerni præ ¦a lapis, & sputis, & fœdis excrementis potest. Horret enim oculus eos inspicere qui terram faciem protendunt multo tamen maxime, si itidem & primoribus plæbis, si a Magistratibus contemnatur. Igitur addit Prophe Vnde nec reputauimus eum. Nō reputabant Christū, qui dixerūt, Tolle tolle crucifige eum. **Vere languores nostros ipse, tulit, & dolores nostros ipse portauit.**

Doles ergo domine I E S V, inquit Ambro. non tua sed me a vulnera, id quod nolo intelligas, vt hæretici autumāt C H R I S T V M non vere, sed putatiue doluisse. toto cœlo est hoc commentum a veritate alienum. Vere enim languet C H R I S T V S, vere dolet, vere incommoda nostra caussa illata sensit. Matt. 29. Tristis est anima mea vsque ad mortem Et Ioan. 12. ipse testatur, Nunc anima mea turbata est, Declarauit hunc animi dolorem tremor corporis, declarauit & horror animi declarauere & guttæ sanguinis, & sudor ille totam terram & vestes omnes irrigans, quem in horto ex passionis horrore effudit. Cœpit inquit Euangelista, contristari, pauere, & mœstus esse. Omnia hæc argumenta sunt animi omnifariam anxii & mœrore confecti, Idem licet animaduertere in Psal 142 Quia persequutus est inimicus animam meam, humiliauit in terra vitam meam, sequitur, Anxiatus est in me spiritus

Qđ Christ' nostros dolores senserit.

Matt. 26
Ioen. 18

Psal. 124
Psal. eodē.

meus, in me turbatum est cor meum. Recte autem dixit Propheta, CHRISTVM nostros tulisse dolores, nostros passum languores. Nam nostra mala in ipsum reiecta a patre sunt. Vide ergo quid CHRISTVS nobis factus sit. Certe redemptor, certe malorum nostrorum omnium baiulus, tulit sitim nostram, esuriem nostram, mortem quoque, denique & peccata nostra, cum tamen interim nec mortem commeruit, nec vllius, peccati reus fuerit. Id quod Paulo post audiemus. **Nos putauimus eũ quasi leprosum, & percussum a Deo.** Sic mundus semper pessime iudicat de bonorum afflictionibus. Existimat enim afflictiones omnes diuinæ iræ esse argumenta, neque vllos putat affligi, qui id non commeruerunt. Probat id tota Iob historia, probant & hæc Esa. verba Nos putauimus eum a Deo percussum, propter propria intellige peccata. Quandoquidem vix vllus vnquam sic humiliatus, sic afflictus est, vt hic qui se Dei filium iactauit, qui innocentem se prædicauit. Atqui hac ratione colligere volunt, conscium hunc allicuius criminis: propter quod Dei in eum desæuiat ira. Adde Iudæorum hanc fuisse vocem, qua CHRISTVM, modo in Deum blasphemum, modo legis subuersorem, modo meretricum amicum, deinde & seditiorum, & quasi magica arte imbutum, clamabant. Hinc illæ voces, In Beelzebub principe demoniorum eiicit dæmones. Et ille De bono opere non lapidamus te, sed tu cum homo sis, teipsum facis deum. Et item turba, Dæmonium habes. Et item, Blasphemauit, & cætera. Hinc eum morte dignum & æquissimo iure Deo percussum vociferantur. Potest & hæc vox esse Prophetarum ac virorum iustorum, tantam indignitatem admirantium, qua afficiebatur ipsa innocentia dei filius. Quemadmodum & angeli dum cœlos conscenderet, admirari cœperunt, & dicere, Quis est iste qui venit de Edom? & cætera, Et in psalm. Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio.

Sẽper de iustorũ afflictionib' mũdus sinistri iudicat.

Matt 12.

Ioan. 10.

Psal. 23

Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras. Hæc est vero confessio salutis, agnoscere, quorum

nomine Christus passus est, id est, propter nos. Præcipua enim passionis caussa fuit peccata nostra, etiamsi secus oblatrent Iudæi. Siquidem nos sumus, qui hunc e cœlis, adeoque e sinu patris discedere, cœgimus: nos sumus quorum caussa natus est, quorum caussa docuit, quorum nomine peccata in se ipso condonauit. Alieni enim insurrexerunt suis vitiis in CHRISTVM, aliena ipse exhausit peccata non propria. tuam videlicet & meam culpam. Psalmo quinquagesimooctauo Quia ecce cœperunt animam meam, irruerunt in me fortes. Neque iniquitas mea, neque peccatum meum, sine iniquitate cucurri & direxi Sine iniquitate vedelicet propria cucurrit CHRISTVS, & viam salutis direxit ac parauit. Signanter autem dixit, iniquitates pluratiuo numero, & nostras eedem significans multa in nobis, crimina præcessisse, quæ non nisi vulneribus CHRISTI, seu saluberrimis malagmatis, sanari poterant Deliquimus omnes enim, omnibus membris a Dei mandatis decimus, alius capite, alius oculis, alius item pedibus plerique toto corpore Igitur vulneratus atque attritus CHRISTVS, tota est mēbrorum compagine. Vnde supra capite .I. ita habes, Omnes caput languidum, & omne cor mœrens. A planta pedis vsque ad verticem capitis, non est in eo sanitas. In nobis enim vulnus & liuor & plaga tumens. In CHRISTO (vt iustum malagma nostris morbis adhiberet) verbera videlicet, plage, & vulnera. Foderunt manus CHRISTI milites, vt pedum nostrorum ac manuum vulnera curaret, & quod Hiero. ait. Attritus est siue infirmatus propter scelera nostra, vt factus pro nobis maledictum, nos a maledicto liberaret. Vnde bene addit Propheta.

Psal. 58

Cur Christus ois mēbris passus sit

Esa. 1

Galat. 3

Disciplina pacis nostræ supra eum. Quod enim nos, pro nostris sceleribus debeamus sustinere, ille pro nobis passus est, pacificans per sanguinē crucis suæ siue quæ in terra siue quæ ĩ cœlis sunt Ipse enī est pax nostra quæ fecit vtraq; vnū. Disciplina hoc in loco, flagellum est, quo nos cedendi eramus, id est debitum, & damnationis decretum quo omnes tenebamur obnoxii, quālibet iusti & sācti & innocentes videremur, Omnes enim declinauerunt &

Ephe. 2
Col. 2

egent gratia dei, sicq; declinauerunt, vt nemo esset, qui manum inter vtrumque poneret. Verum deus nostros misera-tus languores, pacis misit caduceatorem De hac re habe-
Rom.3. mus ad eum fere modum Roman. 5 Iustificati ergo ex fide pacem habeamus ad deum, per dominum nostrum IESVM CHRISTVM, per quem habemus accessum, per fidem in gratiam istam, & paulo inferius, Cum inimici essemus, reconciliati sumus deo, per mortem filii eius. Disciplina itaque pacis nostræ, mors Christi est, qua nos deo recō-ciliauit is, qui, peccatum non fecit, nec inuentus est dolus
Roma.5. in lingua eius, Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui iustitiæ viuamus, cu-
1.Pet.2. ius liuore sanati sumus. 1.Pet.2. **Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in via sua declina, & dominus posuit in eo iniquitatem om.** Videtur mihi, si quid valeo per Christi spiritum tria in his verbis indicari. Primo peccata quædam, quæ ex imbecillitate seu etiam ignoratione commisimus. Oues enim non perperam aberrant, a legitimis pascuis, sed simplicitate ac ignauia quadam, seducuntur potius, eoque facilius hic modo ignoscitur, faciliusque medetur Psal 117. Errraui sicut ouis quæ periit Atque ob id neglecta multitudine ouium in deserto clæmens pastor vnam quæsiuit, inuentamque humeris propriis ad ouile adeoque ad electorum gregem reduxit. id quod non solum in Euangelio relatum est, sed etiam in Ezech. dominus testatur. Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas, sicut visitat pastor gregem suum, itemque educam eas de populis, & congregabo eas de terris sequitur. In pascuis vberrimis pascam eas. Idem habet Pet. Eratis aliquando sicut oues erran. sed conuersi estis nunc ad pas. & episcopum animarum vestrarum. Et Io. 10. Ego sum pastor bonus, ego cognosco oues meas & vitam æternam do eis. Alterum quod animaduertimus est, quorumdam ad delinquendum malitia, Vnusquisque, inquit, a via sua declinauit. Que enim errare, plerumque in nitus errant non data opera, qui declinat, non semel declinat malitia, & ex animi sententia, peccat quales sunt, qui

Quidam aberrent, ex ignorātia vel imbecillitate & oues has requirit dominus.

Psal.118.

Ezec.34.

1.Pet 2.

Quidam malitia a via recta declinant

cognita peccati & gratiæ natura offendunt seque peccatis Sapien.2.
inuolant, de quibus Sapi. Excæcauit eos malitia eorū. Tertium, quod nos ab alienatos a deo ad pristinam vitæ integritatem reuocat, est dei misericordia, qua nostræ imbecillitati vires suppeditat. Imo ipse quod nos ferre non possumus, sua potentia ac benignitate fert ac tolerat, ideo subdit & dominus posuit in eo omnium nostrum iniquitates. Verum, inquies, cur ita? Cur in eo posuit iniquitates qui peccatum non fecit? Quia ferre peccata ne cœlum quidem satis potens est. Tam enim graue est, tam intolerabile omne peccatum, quod cœlum terramque, aeraque rumpat Cœlum, Luc.10. Videbam Satanam tanquam fulgur de cœlo cadentem. Terra tremuit & quieuit, Sola crux Christi ferre potuit mundi scelera. Siquidem volumus animaduertere peccati tyrannidem, nemo hominum, nemo deorum, neque vllus etiamnum angelorum, vel minimum peccatorum ferre potest, semper enim deorsum suo pondere tendet. Solus CHRISTVS potuit, quod nemo alius, Ad hoc enim in mundum venit, vt portaret nostra onera Venite ad me omnes, inquit qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Hac voce ad se omnes accersit, omnes rapit etiam nolentes aliquotias. Exemplo est Paulus, qui audit. Durum est tibi contra stimulum recalcitrare contenderet, interim tamen vocatur a domino, interim, humiliatur & conuertitur. Tulit, imo & sustulit huius peccatum CHRISTVS, tulit & omnium aliorum qui in se credunt, fidemque operibus exhibent. Ad hoc enim venit, vt esset propiciatio pro peccatis nostris vt esset redemptio nostra & sanctificatio, & satisfactio. In nostrū enim commodum omnia quæ CHRISTVS gessit, cesserunt. Nobis filium pater tradidit, nobis meruit, nobis ipse lucrum fecit. Qui pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Multa sunt hoc loci in fasciculum amoris legenda, quæ nos in deum transformant & rapiunt. Dominus, inquit Esai. posuit in omnium iniquitates, nō in nobis, nec in nostris meritis, nec in nostras regerit vires, qui deliquimus, sed in proprium, adeoque in naturalem filium suum, id quod

Cur deus pater oīm nostrū peccata pdicti filii, sui humeris imposuerit.

Lucæ.10.

Peccati pondus.

Psalmist.

Matth 11,

Act.9.

Roma.8.

maximum & summum diuini amoris erga nos fuit argumentum. At inquies si omnium tulit peccata, si pro omnibus, satis fecit, nemo ergo damnabitur, nemo non assequetur regnum cœlorum. Eiuscemodi solent impii homines suam prætexere malitiam hypocrisi, perinde atq; iam porro peccandum esset, porroque vitiis seruiendum, quem admodum ad Ro.9. disputat Paulus. Quid ergo dicemus manebimus in peccato, vt gratia abundet? Absit. Qui enim mortui sumus peccato quomodo adhuc viuemus in illo? Id obseruarent atque apud se miseri homines perpenderent, quod eo magis bonis est insudandum operibus quo magis se gratia Christi in libertatem assertos sentiunt, id quod toto hoc capite probat Paul. Sicut, inquit, exhibuistis membra vestra seruire iniustitiæ, ita exhibete membra vestra seruire iustitiæ. Quisquis igitur sibi Christi mortem vult prodesse id moliatur oportet, vt peccatis mortuus, iustitiæ, viuat, vt crucem iugiter ferat post Christum vt quod prauis moribus corruptum est, bonis ac pietatis operibus sarciat. Itaque quamuis Christus omnium expiauerit peccata, non tamen omnes salutem consequuntur æternam, id quod non imputandum Christo, sed nostræ inertiæ, nostræ malitiæ, & improbis facinoribus Recte igitur dixit in calicis benedicti porrectione. Qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Et Heb 9. CHRISTVS semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata, Non, inquit, ad exhaurienda omnium peccata, etiamsi pro omnibus fuit, ac æs alienum soluit. Nam non omnes credunt Euangelio, nec omnes obsequuntur diuinis iussis, quibus præcipit. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Proinde non omnes veste nuptiali sunt induti, igitur multi sunt vocati ad fidem. pauci vero electi. Pauci equidem, qui id rebus factisq; exprimant quod verbis sunt policiti. Sed qui ait Ioannes? Diligamus nos non verbo solum, sed opere & veritate. Ne igitur ipse tibi imponas, etiam atq; etiam rogo, de fide tua, nam etsi habeas omnē fidem, ita vt montes transferas, nihil tibi proderit nisi adsit charitas. nisi adsint & opera bona. **Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum.** Bene habet hic Hiero. Non

Ro.6
Quamuis Christus omniũ tulerit peccata, non tamē oēs salutē cōsequũtur.
Roma.6.
Hebre 9.
Rom.10.
Matt.15.
1.Ioan.3.

necessitate, sed voluntate CHRISTVM subiisse mortẽ id quod eo colligitur, quod toties prædixit se prodẽdũ hostibus prædixit & passiõis fere totius ordinẽ, & locũ, & crudelitatem. Ecce ascendimus Hiesolymam, & filius hominis tradetur principi. & cæt. Et ad PETRVM qui crucis nomine offendebatur, Vade post me Satana, es mihi scandalum, quia non sapis ea quæ dei sunt, sed quæ hominum, & ad omnes apostolos. Omnes in hac nocte in me scanda. Accedit quod vltro se hostibus obtulit, dicens: Quẽ quæritis Et in Ioan Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Et Dauid in. Psal. In capite libri scriptum est de me vt facerem voluntatem tuam deus meus volui. & cætera. Quæ omnia declarant spontaneum Christi ad mortem animum. Nemo enim hunc adægit, nisi & patris, & sui ipsius spontanea voluntas. Bene igitur & optime dixit Oblatus, quia ipse voluit id est, quando destinatum a patre tempus circumactum fuit, tunc oblatus est, seque ipsum tradidit in manus hostium. Vbi obseruandum Christum primo a patre generi humano oblatum, adeoque nostri caussa in mundum missum, vt nostrum negotium, non suum ageret. Io 16. Exiui a patre, & veni in mundum. Et Ro. 8, Qui proprio filio suo nõ pepercit, sed pro nobis oĩbus tradidit illum. Venit itaque in mundum ex patris, imo totius trinitatis decreto, nullo nostro merito, sed dei decreto, & clæmenti patris voluntate, qua in nos propensus erat. Ioan. 3. Sic deus dilexit mundum. vt filium suum vnigenitum daret. Secundo a seipso, prompta & obsequenti voluntate. oblatus est. Non grauatus est sese nobis begnignus filius porro donare postquam ita visum est patri. DEVS, inquit, meus volui. Non vllas passus moras, vbi audio tuæ voluntatis decretum En præsto sum, en obuius sum, paratusque subire non modo flagella nec solum vulgares pœnas, sed probrosam mortem sed crucis maledictum. Maledictus enim omnis qui pendet in ligno, ita Moses aliquando pronunciauit, vetum in me vertatur patet hoc maledictum, mea morte hoc expiandum est quo oẽs erant obnoxii. De hac prompta & expedita voluntate habes pulcherrimum exemplum in horto.

Mat 22. | Matt 16 | Mat. 14. | Ioan. 10 | Psal. 10. | A quibus Christus fuerit morti traditus | Ioan. 16 | Rom. 8 | Ioan. 3 | Psa 39 | Gala. 3.

Non inquit mea, sed tua voluntas fiat. Tertio, oblatus est a Iuda, quem auaritia torsit, & ad prodendum induxit, Id quod hoc die factum esse, paulo ante testati sumus, hoc enim die abiit ad pontifices (hac ratione congregatos, vt Iesum morti darent) Iudas Iscariotes paciscentes. Quid vultis, inquit, mihi dare, & ego eum vobis tradam? Audio quidem vos nihil aliud, quam CHRISTI mortem meditari hinc vos aggregatos intelligo, hinc audio excogitare quibus id modis exequi possitis. Itaq; si quid mea opera hac in consulatione præstare possum, præsto sum ego illic, qué sibi in apostolorũ se legit, cui rei pecuniarię quoq; curã dedit, quem vnice veneratur. En malignum & impietatis plenum animum, id quod Dauid fere prædixit. Qui edebat panes meos, manificabit super me supplantationem. Vide quantum malum, imo quam pessimum & omnium malorum radix sit auaritia, impulit hæc Iudam, vt magistrum omnium innocentissimum traderet. Sic Ananiam quoque & Saphiram dementauit, & complusculos aliorum. Postremo oblatus est & a Pilato, de quo ita habes. Iesum autem flagellis cæsum tradidit voluntati eorum. Quorũ? Nimirum Iudæorum & omnium hominum, quorum peccata exausit Christus. nostris enim voluntatibus traditus est. Nos sumus quorum manibus Christus coronatus est. quorum manibus crucifixus est, passus est, totoq; corpore dilaniatus est, nostris erratis atq; vitiis cõsputus est ludibrioque habitus. Testatur enim alicubi Paulus. Etenim cum inimici essemus secundum tempus. Quid est cum inimici essemus Id est, impii dei hostes. Quid enim infandius a nobis fieri potuit, quem omnem crudelitatem in dei filium exercere. Crudelitas autem nulla maior in deũ fuit, quam nostris peccatis innocentem sanguinem adigere in crucẽ. Adsit nobis pius ille Iesus, rursusq; se patri pro nostis offerat, veniamq; precetur.

Psal. 49
1. Tim. 6
Rom. 5

Feria quinta cœnæ dominicæ.

Euang. Ioann. xiii.

ANte diem festum Paschæ sciens IESVS quia venit hora eius, vt trans. & cætera,

Hesterno die audistis præclarissimi auditores, qualem se gessit Christus in morte, audiuistis & obiter artes & dolos malos, quibus Iudæorum primores in Christi necem cõspirauere, deinde & Iudæ animum cupiditate corruptum hoc die rursus exordiemur passionis mysteria ex eiusdem prophetæ oraculis Oblatus, inquit, est, quia voluit, & non aperuit os suum. Recte hæc in huius diei competunt mysteria, nam & hoc die oblatus est Christus, quando cœnantibus discipulis accæpit panem, & gratias agens patri, ait: Accipite & comedite hoc est corpus meũ, &cæ. Etenim hic dies est, quando ait, Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscũ, antequã patiar, & paulopost. Hoc facite in meam commemorationem. Duo itaque hoc loco obseruabis typici agni immolationem finem deinde noui agni mysticam significationem & præsentissimam exhibitionem, quo cĩa legis inuolucra cessauere, & abrogata sunt, Agnus enim typic⁹ christum, qui verus est agnus dei, delineauit. Christ⁹ aũt bifariã cõsiderandus est. Primo quatenus mystici corporis caput, a quo omne datum optimum, omneq; donum perfectum, in corpus ipsum, quod est ecclesia, deriuatur, de qua re Paulus 1. Cor. 10. Omnes qui de vno pane, & de vno calice participamus, scilicet ad idẽ corpus & caput (quod Christus est) pertinemus. Alio modo, nõ tam mystice, quã (vt ita dixerim) realiter ob oculos ponendus est Christus, & præsentissime, sub panis viniquc speciebus, Qui modo porro ab omnium hominum iudicio ac ratiõe fugit Nemo enim est q capere queat, quonã modo præsens sit Christus in eucharistia, etiamsi multi se hinc torserint, multi de hac re multa scripserint, & posteris tradiderint. Sola enim fides suppetias nostræ imbecillitati latura est, fides inquam in verba Christi adeoque in verborum energiam, quibus testatur hoc esse, quod manibus porrigit, corpus suum ipsissimum, hunc quoq; sanguinem, quem effusurus sit in multorum redemptionẽ. Proinde huc verba Esa. propriissime referri possunt. Oblatus est quia voluit. Oblatus nimirum in cœna, quando seipsum præsentissimum sub panis & vini speciebus exhibuit. Hoc inquit, est corpus meum, non vt hæretici fingunt, signum

Matt. 26

1. Cor. 10

Christum vere eẽ in Eucharistiæ sacramẽto non nostri cerebri fantasia, sed fide assequimur.

Quod ipsissimum Xpi cor

pus & san-
guis in sa-
cramento
sit.

1.Cor.11.

corporis mei aut sanguinis mei indiciũ, sed ipsum & cor-
pus & sanguis verissimus. Hoc ipsum quod pro vobis tra-
detur, & qui pro vobis effundetur sanguis. Huc pertinet,
quod Paulus eum mortis reum agit, qui indigne tam sa-
cri mysteria sumit. Qui, inquit, indigne sumit, iudicium si-
bi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini. Au-
dis hic corpus domini toties inculcari a Paulo, & sangui-
nem. Quin & Christus apud Ioannem, eam esse carnem
quã daturus sit pro mundi vita testatur. Neq; igitur signũ
solum est, sed sub visibili signo, verus Christus, vera Chri-
sti caro, verusq; sanguis subest. Idq; nulla alia, quã ea vir-
tute, qua omnia condidit. Cæterũ si hæc tam abstrusa ne-
queas depræhendere, age, obsecro, intellectum tuum in ob-
sequium Christi & ecclesiæ orthodoxæ captiues, Christi
verbis ecclesia tota subscribit, ingenue contestans carnem
& sanguinem Christi vi verborum adesse, imo veram pa-
nis & vini in corpus Christi conuersionem. Huic fidei si
tuum corpus calculũ adiicias, nihil saluti tuę incommodare,
nihil obesse potest. Offert nobis seipsum Christus in Eu-
charistia, adeoq; præsentem suo ipsius verbo exhibet, mo-
do in hæc mysteria operetur, qui legitima functione potest,
.i. qui in ordinem Melchisedech assumptus & cõsecratus
est. Quales sunt oẽs Apostoli, qualis erat & Paulus, & Ti-
motheus, & quotquot tandem legitime in horum locum
deputati sunt. Merito igitur hoc die sacrificium a sommo
omnium sacerdote institutũ est. Hæc, inquit, facite in meã
commemorationem. Iam quæ alia gessit eodem quoq; die,
partim ex hac lectione discimus, partim in Ioãne, cæterisq;
Euangelistis legimus. Itaq; ad eum modũ habet Ioannes.

Ante diem festum Paschæ sciens Iesus quod
venit hora eius &cæ. Hic vides quam respondeat ve-
ritas figuræ. Vetus phase præcessit, hocq; die auspicatum
est celebrari, vt Exodus habet, nouum sequitur. Quo Chri-
stus transiret ex hoc mundo, & ad partẽ (vnde fuerat pro-
fectus) rediret. Declarat autem euangelista, nihil incogni-
tum Christo fuisse, sciens enim passus est, præsciusq; fuit
hore a patre destinatæ. Præterea non caret mysterio quod
in solenni die pati voluit, quo videlicet eius mors esset ce-

lebrior, multorumq; cordibus infigeretur, quod multis coram agebatur. Porro si allegoriam spectes, nobis perpetuo, ex hoc mundo ad patrẽ eundũ est. Semper enim phase celebrandũ, & ad superna cõscendendũ, vt ad sabbaptismũ dei perueniamus. Ibũt enim de virtute in virtutẽ, donec videatur deus in Syon Si filii Israel post agni immolationem traiecto Iordane, veniũt in eremũ, nõ secus nobis faciendum, posteaquã corporis Xp̃i participes facti sumus, iã oĩa hui⁹ mũdi fluxa & caduca traiiciam⁹, ac porro ꝓpiciam⁹, vti eo possimus cõmodius diuinis ĩhærere rebus Huc pertinet qđ Deut.4 dixit Moses. Transibitis & possidebitis terrã egregiam. Vos, inquit, trãsibitis, oĩa videlicet q̃ caduca sunt, volubilia, & trãsitoria calcabitis, priusq; a vobis ꝓiicietis Id est, quod Pau notauit. Reliquũ est, vt quã habẽt vxores tãq̃ nõ habẽtes sint, &c Præterit eñ figura huius mũdi. Iã si oĩa a tergo relinquamus, si caduca quæq; respuamus, possidebimus terrã egregiã, eã videlicet terrã de qua Dauid. Portio mea dñe ĩ terra viuẽtiũ. Quod vero vita nostra tota trãsitus quidã sit & phase, nõ vno legim⁹ scripturæ loco Eccle. 3. ita habes. Oĩa tẽpus habẽt & suis spatiis transeũt vniuersa, tp̃s ridẽdi, tẽpus flendi, & reliqua q̃ eo loco differit concionator ille egregi⁹, q̃ si intus pẽdamus, nihil est hoc mũdo fugacius, nihil fragilius. Recte igĩ & Dauid hãc volubilitatẽ & veram vicissitudinẽ animaduertens ait. Et custodia in nocte, q̃ pro nihilo habentur eorum anni erunt. Mane sicut herba transeat, mane floreat, & transeat, vesperi decidat, induret & arescat, & mox. Oẽs dies nostri defecerunt Anni nostri sicut aranea meditabuntur, quæ videlicet leuissimo ictu rumpi possunt. Sapere id malum, sed serius, impii cæperunt homines, vt habet Philo. Sap.2. Transibit vita nostra tanquam vestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur. Et paulo inferius. Transierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nuncius præcurrens. Idem in Iob habes.7. Dies mei velocius trãsierũt quã a texẽte tela succiditur, & cõsumpti sunt absq; vlla spe. Memẽto quia vẽtus est vita mea. Proinde si hanc miserã cõditionem ob oculos posuerimus, nihil est quod nos morari in mundo possit, nihil quod oblectari valeat, nisi porro vel fanatici simus vel stipites. Adest sem-

Psal.83.

Deu.4.

1.Cor.7.

Vita hoĩs misera & breuis.

Eccl.3

p̃s.89.

per hora, qua de mundo fragili ad patrem luminum tendamus apud quẽ nulla eſt viciſſitudo rerũ nulla tranſmutatio, ſed omnia ſub æternitatis æuo, eodem in ſtatu ſubſiſtunt. Cæterum hoc mõ nobis cum Chriſto phaſe celebrandũ eſt.

Cũ dilexiſſet ſuos qui erant ĩ mũdo in finẽ, &c.

De dei dilectione erga nos. Plena ſunt hæc verba cõſolationis, quibus Euãgeliſta duo teſtatur in Chriſto fuiſſe. Cauſſam, quam ob oculos poſuit, imminente deſtinato a patre, tempore, eo firmius & intimius quo citius intellexit ſuam mortem imminere Cum inquit, dilexiſſet ſuos. Dilectione Dei patris miſſus eſt in mũdum Chriſtus. patris vero charitatem ſequutus eſt filius, qui vt ſuos a principio præcipua dilectione eſt complexus, ita ad finem vſq; durauit, donec vinceret peccatum, mortẽ, & maledictiones omnes in ſeipſo triumpharet, atqui illud erat ſecundũ, quod hæc dilectio non fuit vulgaris videlicet, non momentanea, ſed ardens, ſed perpetua, ſed talis qualem

Cant. 8. deſcribit in Cant. ſponſa Fortis eſt, vt mors dilectio. Etenim immenſa ſua charitate huc adductus eſt pater, vt filium

1. Ioan. 4 daret, eoque condonaret omnia 1. Ioan 4. In hoc apparuit charitas dei in nobis, quod filium ſuum vnigenitũ miſit deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc eſt charitas, non quod nos dilexerimus deum, ſed quod ipſe prior dilexit nos, & miſit filium ſuum, propitiationem pro peccatis noſtris Propitiationem hanc in filio exequutus eſt, quando factus obœdiens patri vſque ad mortem, mortem crucis prompta voluntate ingentique deſiderio ſuſtinuit.

1. Ioan. 15 De hac dilectione ita apud Ioan. 15 habes. Maiorem caritatem nemo habet, quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis Collige argumentum, ex hoc pro dilectione & modo & duratione. Neque enim Deus horariam ſolam dilectionem, ſed perpetuam, ſed ſemper duraturam exigit. In finem, inquit, dilexit eos, non ſolum dum vocaret, dum in ſortem apoſtolici muneris diligeret, ſed in finem vſque vite dilexit. **Et cœna facta, cum diabolus iam miſiſſet in cor Iudæ.** Non deſcribit Ioannes modum cœnæ, neque Euchariſtiæ inſtitutionem, quã

ab aliis Euangelistis (post quos ipse suum Euangelium scripsit) satis copiose descripta fuerit est, que alio sermone nobis de iis rebus satis superq; dictum, quocirca sola ea tractemus, quorum meminit hæc Euangelii lectio ait enim.

Cum diabolus iam immisisset in cor.

Vide quid in impiorū cordibus operatur diabolus. Gradus enim quosdā licet in Iudæ pctō obseruare. Principio indignatur ad pdigationē vnguenti effusi. Vt quid, inquit, perditio hæc? Secundo cupiditate cæcatur, quæ omnium malorum radix est. Hæc, eo impietatis perpulit discipulum vt magistrum, & dominum traderet in manus hostium. Tertio meditatur varios, exequendi malam mentem, modos, obseruat locos & tempora ac secessus Christi. Quarto consultat cum improbis homicidis Iudæis, pascicitur de precio Hæc omnia permittente Deo fiunt, qui vno cogitatu obsistere potuisset improbis conatibus, si ita collibitū fuisset, nostræque saluti commodum Proinde id est, quod Act. 2. scribitur, Iesum traditum definito consilio, & præscientia Dei. Etenim decreuit Deus. vt filius pateretur, perque crucem, perque resurrectionem nos in libertatē filiorū Dei assereret, nosque ab omnibus maledictis legis liberaret. Interim tamen non adægit Iudam inuitum, vt proderet, neque Iudæos, vt mortis reum damnarent Iesum, sed Satan nescius diuini consilii, iis suis organis abusus est, inuidia ac liuore percitus, vt perderet Christum, ac de memoria viuentium deleret. Itaque is vbi perpendit (multis enim id potuit indiciis, vt præfati sumus) Iudæ cor ad prodendum Christum agitari noctes atque dies, quib⁹ id propositi exequatur, varios excogitare modos, adest, frigidāque suffundit, extimulat, animum alioqui iampridem furentem, magis vrget, vt quod cœpit, perficiat Sic enim solet malus ille dæmon technas expendere, exordiri, telas vt capiat incautos, maxime vero omnem timorem Dei extrudat: Sic miserum Iudam adiit, variosque prodendi modos illi suggessit, adeoq; ad patrādū facinus induxit, Idē hodie quoque agit in vasis iræ diuinæ, quorum alia libidine dominandi, alia cupiditate, alia aggreditur liuore Recte ob id dicitur in Esa. 54. Ecce ego creaui fabrum sufflantem

Notantur quidam pctī grad⁹ in traditione facta per Iudā

Act. 2

Impugnatio dæmonis.

Esa. 54.

in igne prunas, & proferentem vas in opus suum Faber est diabolus, qui extinctos etiamnum carbones ardere facit, nisi circunspectissimus sis, nisi primis incursibus obsistas, id tum facies, si quando videris mulierem forma comptam, auertas oculos tuos, ne amore cæco capiaris, id est quod

Iac.4 hortatur S. IACOBVS. Resistite diabolo & fugiet a vobis. Si initiis restitisset perditus ille Iscariotes, non venisset ad tam inextricabiles proditionis & desperationis charybdes. Neque enim nolens deliquit, sed data opera, sed animi destinatione, cui si impetum refrenasset, impetumque temperasset cupiditatis, id quod per Christi gratiam (quæ illi præsentissima fuit) potuit, non fuisset porro datus in improbi mentem, neque a deo desertus. Pulchre describit hunc Iu-

ps.107. dæ casum, Dauid Psal 108. Constitue super eum peccatorem, & diabolus stet a dextris eius cum iudicatur, exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum. Itemque ne quis existimet huic defuisse gratiæ donum, si modo illi sese accommodasset, paucis interpositis, ait: Et dilexit maledictionem & veniet ei, & noluit benedictionem & elongabitur ab eo Et induit maledict. sicut vest. & intrauit sicut aqua in interiora eius, &c. Quæ omnia indicant Iudam non infirmitate, neque ignoratione, sed animi prauitate peccasse. Stetit enim diabolus a dextris Iudæ, pugnaturus cum eo, & dominatus est, nam volens se in seruitutem coniecit miser, noluit enim benedictionē, noluit acquiescere oblatæ gratiæ. Iusto igitur dei iudicio desertus est, & a Deo derelict.

Sciens quia omnia dedit ei pater in manus. &c. Duo hoc loci prædicat Euangelista in Christo fuisse præsentiam futurorū, & potestatem coercēdi nefarios hoīes, & triumphandi dæmones. Sciens, inquit, quia pater in se oia dona, omnem virtutem, omnem iustitiam, denique & diuinitatis plenitudinem infuderit. Ne quis existimet ipsum coacto animo, & mera impiorum hominum tyrannide in cruce adactum esse. Nam & Propheta ait: Oblatus est quia voluit, non quia Iudas, Iudæi, Pilatus, milites voluerunt. Iam illud consolationis plenum, est verbum, quod omnia in manus Christi effudit pater, hoc est vitam & mortem, gra-

tiam & gloriã, oĩa ex Christo expectanda sunt. Gratiã enĩ Psal.83
& gloria dabit dñs. Sed per quẽ? per eũ de quo Ioan .1 De Io.1.
plenitudine eius accæpimus omnes, gratiam pro gratia. Est igitur nobis semper adeũdus cũ ingenti fiducia Christus, nã penes hũc salutis nostræ cardo, & sũma, initium & finis, & oĩa deniq; reposita sunt. Nã hæc est voluntas patris mei Ioan.6.
q misit me, ne qd perdã ex oĩbus quæ dedit mihi, & vt oĩs qui vidit filium & credit in eum, habeat vitam æternam.

Surgit a cæna, & ponit vestimenta sua, & cum accæpisset linteum præcinxit se. Hæc oĩa declarant Christi humilitatem, nã si cõferamus personæ dignitatem, Xp̃i humilitas.
cum officio ac muuere, in quod se volens deiecit. nihil potest dici demissius. Persona siquidem diuinitatis erat organum, lauare vero lutosos hominum pedes, humilitatis extremæ fuit indicium, Cæterum, si perpendamus quibus lauit pedes facile discere poterimus, quã se deiecere Christus, quam omnino factus sit omnium virorum nouissimus, alius enim proditor fuit, alter futurus abiurator, omnes abnegatores & transfugæ futuri, omnes dei ingratis beneficiis, potissimum vero Iudas omnium scelaratissim⁹ Atqui horum omnium factus est seruus. Voluit autẽ hac sua deiectione, omnem ambitionis & arrogantiæ affectum, radicitus e mentibus nostris euellere, inquit Cyril. maxime vero ex eorũ animis, qui cœnæ dominicæ participes fieri cupiunt. Igitur, quanquam instructa esset cœna, & omnia parata, non tamen antea corpus suum & sanguinem impertit, quam abluat sordes corporis, quã se linteo præcingat, quam ab humilitatis exemplum suos reuocet. Ponit vestimenta, veterem Adamum significans exuendum Præcingit vero se linteo, de quo Esa.11. Fides cinctorium renum eius. Oportet enim accedentem ad tam stupenda mysteria credere quia est, & quod p̃sens est, quod nõ iã panẽ sed corpus Xp̃i sũpturus est. Cuius caro ĩmolãda erat pro mundi vita. Adsit huic linteo animus porro humiliatus & sibiipsi displicens, seq; ipsum infra omnem creaturã dei sciens, exemplo Christi, qui cum esset æterni patris æternus & omniũ dignissimus filius, exinaniuit tamẽ seipsũ formã serui accipiens, & omnia quamlibet abiectissima aggre-

dicens. Vt enim matulam porrigere, ita & pedes lauare sordidum admodum munus est, fit autem multo sordidius & abiectus, si indignis & longe aliud meritis, a dignissimo domino impendatur. Cura quocirca CHRISTVM imitari, Teque ipsum humiliari, cum Centurione & dicere Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum.

Mat 8.

Gene.18 **Deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discip.** Solebant veteres. Hebræi hospitibus & amicis lauare pedes vt habes Geñ decimooctauo. De Abraham qui angelis dixit. Domine si inueni gratiam in oculis tuis sequitur. Afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbore, & mox.19.de. Lot. Lauate pedes vestros, & mane proficiscimini in viam vestram. Et de vidua diligenda ait Paulus. Si sanctorum pedes lauit. Quo colligimus quanta fuit apud veteres (quorũ nomine gloriantur Christiani) hospitalitatis cura, quanta diligentia, adeo enim hospitales erant, vt non solum hospicio dignarentur confugientes, sed etiam inuitarent ac omnia quæ charitatis & humanitatis esse poterant, impartirent liberali ac volenti animo. Iam ex hac CHRISTI lectione, dixi significari, puritatem affectuum, quos oportet purgare lachrymis, antea quam corporis CHRISTI, mensæque dominicæ participes reddamus. Lauamini, inquit Esa. mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum. Et Dauid Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Qui iam digne volet cœnam dominicam sumere, curet ab omni contagio se expiare, abluat sordes & labeculas omnes, quas ex terrenis rebus contraxit. Abluat manus, id est, opera, abluat & pedes, affectus ipsos, deinde & caput, animi intentionem, vt videlicet, aliud nihil nisi CHRISTVM spectet. Proinde nemo existimet se suis viribus hanc puritatem posse assequi, adsit enim CHRISTVS, suamque nobis gratiam infundat, eius lachrymæ nostræ, & omnis tum interior tum exterior lotio, valet. Solus enim CHRISTVS inter mortales omnes, nullas contraxit labeculas, eoque ipse solus est quo expiamur & purgamur a vitiis. Ipse enim aquam mittit

Gene. 19

1.Tim.5.

Esa.1.

Psal.31.

Quæ sint abluenda vt digne Christi corpus & sanguinẽ participemus.

in peluim, id est conscientiam nostrã. Lauat & affectus suo sanguine, vt in Apocal. habes. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Venit ergo ad Simonem Petrum & dicit ei Petrus, Domine tu mihi lauas pedes? Contentio hæc Christi & Petri indicat in Petro summam erga magistrum reuerentiam. Neque enim familiaritate & consuetudiue quotidiana reddebatur Petrus vel audacior vel honoris CHRISTI negligentior, contra, multis vsu venire solet, qui vbi aliquandiu simul diuersati sunt, alter alterum vel negligit, vel contemnit, vt vere communi teritur adagio. Nimia familiaritas parit contemptum. Verum non ita accidit, inter Christi discipulos. Quanquam enim se CHRISTVS vt vilissimum quoddam mancipium infra omnes deiecerit, quamuis secomem & modestissimum erga quoslibet, exibuerit, omnibus omnia factus, non tamen contemnitur a suis Quin ea humiliatio acuit in eis authoritatem, & summam erga Christi reuerentiam, id quod in Petro licet videre.

Apoc. 1

Cõtra illos qui ob familiarẽ cõsueudinem sibi exhibitã proximũ vel negligũt vel cõtemnunt.

Quanquam hanc dilectionem non debuerit aduersari Petrus, sed magis imitari, sed patris agnoscere voluntatem agere gratias, pro clementia tanta, sentire idem in se, quod Christus præsens gessit. Id est, quod PAVLVS præcipit. Hoc enim sentire in nobis, quod in Christo Iesu. Sic & Sapiens ait. Quanto maiores, humilia te in omnibus. Et Christus: Ego in medio vestri sum, sicut qui ministrat, id quod mox audies. Quod ego facio tu nescis modo, scies autem postea. Arguitur ignorãtia PETRVS quemadmodum & alibi. Vade post me Satana, es mihi scandalũ. Nesciebat enim PETRVS mysteria, quæ hoc facto christi designabantur, quod nec dum esset sapientiæ spiritu donatus, quemadmodum & multa alia ignorabant, donec spiritus veritatis omnem veritatem aperiret. Quod igitur Christus fecit, quod se sic demisit, exemplum dedit iis, qui cæteris præfecti sunt, vt discant humiliari, vt intelligant se ministros non dominos ouium Christi esse. Qui enim maior est vestrum, sit sicut qui ministrat. Hoc postea dicit PETRVS, quando omnium commodis inseruit

Philip. 2

Matt 16

Matt. 22

1. Pet. 2.

Hoc est quod idem ait Christus passus est pro nobis vob[is]
relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius.
Dixit ei petrus, Non lauabis mihi pedes in æternum. Non fuit hæc excusatio pertinaciæ (vt mea quidem fert sententia) iudicium quanquam imprudentius quam oportuit, respondit, sed humilitatis, & reuerentiæ erga Christũ. Indigniorẽ enĩ se PETRVS iudicabat, quã a tali magistro, tantus peccator, tanq; villis vermiculus, [la]uaretur. Non intellexit bonus ille Petrus, se non aliter, q[uam] Christi sanguine mundandum, eoq; sic resisti, sic recla-mat humiliationi. Sic & alibi abiecit a se Iesum. Recede a me domine quia homo peccator sum. Proinde si nos pec-catores agnoscimus, si sordibus criminum contaminatos non abigendus, sed precibus ac singultibus accersendus est CHRISTVS Psal. Lauabis me, & super niuẽ dealbabor
Dixit ei Iesus, Si non lauero te, non habebis partem mecum. Id quod non tam de externa lotione quam interna intelligimus. Imo potissimum ad internam animi puritatem refertur, quo simul inteligimus lotionis fructum Fructus eius est, sanctificatio nostra, sanctifica[tio] vero nostra, aspersione sanguinis fit Christi. Proinde [par]tẽ vocat Christus, patrem suã & id æquissimo iure Ipse enim est, qui suo liuore nos sanauit. Ipse est in quem omnis no-
Esa. 53. stra immundicia recidit. Esa. teste. Dominus, inquit, po-suit omnium iniquitates in eo. Idem agnouit regius pro[ph]e-
Psal. 16 ta Dauid. Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei: tu es qui restitues hæreditatem meam mihi. Hoc loci hære-ditatis noĩe, idem intelligas, quod calicis, & patris nomen-clatura importat. Erat enim certa quædam æternæ fœlici-tatis portio nuncupata primis parentibus, & oibus ex eis propagandis, hanc patrem miseri per vnius transgretio[nem] amisimus oẽs. Venit Christus & quod fraude & dolo abla-tũ erat, veluti postliminio, restituit nobis, certãq; fidelibus portionem designauit, & ceu hæreditario iure nuncupauit. Hæc portio domini dicitur, quẽ iustificante Christo indipi-scimur. Ro. 8. Quod si filii, & hæredes, hæredes quidem
Rom. 8 Dei, cohæredes aũt CHRISTI. Respondit ei Petrus,

Dñe non tantum pedes meos, sed & ma. & cap. De obœdientia.

Hæc est vox veræ obœdientiæ, quam exigit deus quamlibet enim indignum videatur, quod præcipit Deus, quod eius minister decernit, nostrum tamen est diuinis obsequi iussis. Hactenus Petrus renuit sea Christo lauari, iam se totum illi subiicit, totum dedit. Non reluctatur Christo, non moratur exhibere pedes, nudare quoq; pergit caput, certo sciens meliorem esse obedientiam, quam victimam. Ita & Paulus, quanquam fidelium expugnator, ac primus fidei hostis, vbi tamen Christi sensit vocem offert se totum deo, Domine, inquit, quid me vis facere Non caussatur neque queritur virium imbecillitatem, sed se totum offert Deo vocanti, planeq; diuinæ voluntati committit. Idē nobis agendū quod Petrus, quod Paulus ægit, aliud nihil respondendū quam quod in Mattheo legimus Ita pater quoniam sic placitū fuit ante te Dimittamus semper superciliū, erectūque aduersus Dei iussa animū submittamus dicētes. Quoniā placitū fuit ante te. Recte igitur Chrysost. Constituit te dñs sui mandati exequutorem, non examinatorem & discussorem. Cæterum quid nomine pedum & capitis & manuū significatur, paulo ante testati sumus. Iam & nos non secus offeramus hæc tria Christo expiatori. Pedes enim nostri & affectus quibus ad astra itur, corruptissimi proh dolor sunt, multisq; mēdis inquinati. Cā. Laui pedes meos quomodo inquinabo illos? Manus vero nostræ plenæ sunt sanguine & incestis operib⁹, si intus perpedamus Esa. Oēs iustitiæ nostræ, quasi pannus menstruatæ. Caput vero quo noīe ratio intelligitur, quale fuerit, Esa. quoq; fatetur. Caput meū doleo. Et itē: A plāta pedū vsq; ad verticē capitis, non est in eo sanitas. Nihil enim in nobis non sauciū, nihil nō inquinatū fuit, Omnes enim declinauerunt & egēt gratia dei Gratia vero qua abluimur, per Christū nobis cōtingit, si illi aīm offeramus obuiū, si obuiis manibus oblatam gratiā excipiamus, imo si nos ipsos abnegemus, cū Petro, Dñe, inquit, nō tantum pe &c. Qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus, Duo hic annotanda ex Augusti. & Chrysost. sunt. Pri-

Act. 9. Matt 11. Can. 5. Esa 1. & 64. Esa. 1. Rom. 3.

Oés sordes in sacro baptismatis lauacro abluũtur.

mum omnes sordes ablui in sacro baptismatis lauacro, Ea enim ratione regeneratio dicitur ad vitam spiritualem Iam regenerati sunt, nihil est in eis labecularum, nihil sordium, quo circa si mox euaserint baptizati recenter nihil morari ab ingressu cœli potest. Non peccatum originis, quod ab Adamo in nos propagatum, gratia Christi, cui inserimur, remissum est, Nec etiam proprium, quum nondum adsi, vt supponimus. Quisquis igitur sic euadit, mundus est totus seu paruulus ille & infans, seu grandioris ætatis sit. Sin vero in mundo aliquanto subinde tempore degat, cum mundus totus in maligno positus sit non semel affectus inquinat, quamlibet in sacro lauacro expurgatos.

Affect⁹ etiam post baptiimũ purgãdos esse.

Secundum itaque quod obseruamus, est horum affectuum puritas, quædam & expurgatio, quam Euangelica exigit perfectio. Neque enim satis est Christo insititium per baptismum sacrum quemlibet esse factum, non satis est semel renouatum ad vitæ spiritualis statum, nisi etiam studeamus peccatorum reliquias, adeoque ipsa quæ rursus contraximus vitia, expiare. Sunt enim reliquiæ peccati in pedibus nostris. 1. in affectibus, quibus agimur & ferimur sursum deorsũque, proinde ii mortificandi atq; mundandi sunt. Atqui hoc est quod toties inculcat Paulus nos quidem fide iustificatos, perque baptismum insititios Christo

Roma.7.

factos, eoque nihil in nobis damnationis esse, interim tamen esse legem quandam in membris nostris repugnantem legi mentis nostræ, quæ spiritui, per Christi gratiam

Roma 8.

Coloss.3.

subiiciẽda est. Huc tendit quod ait: Nihil damnationis est iis qui sunt in Christo Iesu. Et item: Sanctificate & portate deum in corpore vestro. Et mortificate membra vestra quæ sunt super terram, & reliqua quæ omnia iis præscribuntur, qui quamuis per batisma sacrum abluti quidem & sanctificati fuerant, remansit tamen in eisdem adustio quædam & scoria, vt vocant, atque vestigium quoddam satis sæuum, quod facile monstrare potuit criminibus viam nequitiæ & iniquitatis. Ad idem est illud Ioan. Si dixeri-

1.Ioan.1.

mus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Nomine peccati aut paruas & quotidianas sine quibus vita nostra transigi non potest ma-

culas, aut peccatorum reliquias, vel certe reatum & obligationem ad pœnam temporariā, intellige. Cæterum hoc peccatum hæq; reliquiæ lauantur per Christi sanguinem. Lauantur & operibus pœnitentiæ vt Psa. Lauabo per singulas noctes lectum meum. Sanguis tamen Christi, lotio omnium & mundissima & efficacissima, quā nisi nostris precibus, nostris operibus, denique nostræ lotioni permisceamus immundi sumus oēs, omniaq; nostra contaminata sunt, ceu menstruus pannus, lauandi sunt pedes, abluendæ manus, caput quoq; vngendum, sed in Christi sanguine. Apoc 7. Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Si afflictiones, si martyrium non nisi in Christi sanguine lauatur, multo magis opera pœnitentiæ, quamlibet in speciem iusta videantur, ex huius sanguinis aspersione pulchritudinem ac decorem recipiunt, Maxime vero hoc sanguine expianda sunt vitia nostra, reliquiæ peccatorum & reatus ipse, quo miseri obstricti sumus, ad satisfactionem Cæterum de hac re locupletissime habemus. Heb. 9. Sanguis Christi qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo, emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendum deo viuenti.

Psalm. 6.

Omnia in Christi sāguine esse lauanda Apoca.

Hebr. 9.

Et vos mundi estis, sed non omnes, Sciebat enim, quisnam esset qui traderet eum. &c. Exponit Euangelista Christi verba, dicens ea referri in Iudam. quo prodendus erat. Vos, inquit mundi estis. i. quamquam in vobis reliquiæ delitescant peccatorum, quam quam bona pars incorruptior sit non tamen ex equo omnes estis mundi adeoque a pessimis affectibus immunes, Tangit autem Christus Iudæ conscientiam, vt resipiscat, redeatq; ad cor. Quo etiam colligimus Christi mansuetudinem. Non enim quamquam præscius esset, quid facturus esset Iudas, prodidit nomen cæteris, neq; a lotione, nec a sacra cœna imo ne a corporis sui communione exclusit, repulit, tantum verbis tangit conscientiam. Non enim estis mundi omnes, Et item, Væ homini per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei si natus non fuisset. Et, Quod facis

fac citius, multisque aliis dulcissimis verbis, visus est scelerosum hominem reuocare, sed surdo cecinit, adeoque nihil profecit, vt benignitate CHRISTI redderetur peruicacior, Id quod fieri solet iis qui dei gratiam abiiciunt qui nollũt intelligere, nolunt ad dominum reuerti, vt sanentur. Proinde hoc loco arguendi sunt concionatores, & alii, qui non semel multa imprudentia occulta peccata, palam detegunt, adeo vt etiam personas traducant palam palamque infament. Laborant multi hoc morbo, vtriusque sexus qui vbi viderint vel audierint, alterius crimen, mox in ganicæis, in theatris, tum etiam in omnibus vicis iactant, qui alterius famam vel eleuent vel obscurent. Aduersus quos sic intonat Petrus, Charitas operit multitudinem peccatorum Operit, id est, tegit, non retegit proximi peccatum, non iactat apud vulgus, sed magis, modo adsit charitas iactatum excusat, ne quam infamiæ notam proximus incurrat. Laborant proinde hoc miserabili morbo Monachorum plerique, qui se mendaciter apud sæculum traducunt, omnia arcana omnibus reuelantes. Sic qui libellis æditis familiam certam, aut patriam, aut gentem, infamiæ notam inurunt. Qualis est is qui nuper scripsit familiaria colloquia, Erasmus Roterodamus, homo alioqui petulantissimi calami, id quod colloquiis familiaribus satis declaratur. In quibus non tam impia, quam falsa, & manifestaria mendacia aduersus certas quasdã familias Christianæ reipub. excogitauit, Taceo alia, quibus cerimoniis ecclesiæ, suum robur adimit. Quæ qualia sint, oculatus lector facile perpendere potest. Certe multo satius esset Apuleium vel Plautum, vel Terentium, aut etiam Lucianum prælegere iuuenibus, quam eiuscemodi libros, quibus non tam mores ingenui quam fides corrumpitur. Corrumpunt enim bonos mores, colloquia praua, Verum de iis alias. Postquam ergo lauit pedes, Scitis quid fecerim, & cætera. Si allegoriam petis, intellige CHRISTVM vestimenta immortalitatis non antea recepisse, quam redemptionis opus in cruce, quo nos purgati & a peccato expiati sumus perfecerit. Eo enim confecto, stolam induit gloriæ & honoris, & incor-

Taxantur susurrõnes & obtrectatores.

1. Pet. 4.

Allegoria

ruptionis.Esai. Quis est iste qui venit de Edom, &cæt Iste Esa.53
formosus in stola sua. Quod vero addit, Scitis quid fecerim vobis, ad finem vsque, verba sunt, quibus nos ad sui imitationem inuitat Vt enim CHRISTVS, qui magister erat & dominus omnium, se infra omnes abiecit, nostrique caussa & cœnam instituit, & pedes lauit, & sacram Eucharistiam subinde daturus erat, ita & nos qui fratres sumus, nobis mutuis officiis & beneficiis inseruire debemus. Arguit a maiore ad minus. Siquidem dominus, quem omnes expauescunt, demitit se infra omnes, sit omnium seruus qui vilissimi etiamnum existūt, multo magis se deiicere debent serui humiliari, & aliter alterius vicem in suscipere. Id quisquis fecerit, pestem ambitionis, iræ & liuoris porro amputabit, porroque abiiciet. Simile est ei, ad quod nos Paulus ad Colossenses tertio hortatur. Donantes vobismet ipsis, si quis aduersus aliquem Coloss 3
habet querelam, sicut & dominus donauit vobis, ita & vos. Et videamus charissimi, quanta solicitudine CHRISTVS contendit nobis sui imitationem infigere, nosq; ad mutuam beneuolentiam & mutuam condonationem prouocare, Addit enim Ioannes. Amen amen dico vobis non est seruus maior domino suo, neque Apostolus est maior eo, qui misit illum. Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea. Bene optime inquit, Si hæc scitis beati eritis, non modo quia creditis, sed si feceritis, siquidem rebus factisq; exequuti fueritis ea. Neque igitur sat fuerit CHRISTVM se offerre nobis, non satis est hunc fide arripere si non fidei sigillum & fructus addas. Beatitudo enim hæc non in omnes, sed in eos maxime competit, qui simili modestia, similique humilitate ac beneuolentia, omnibus omnia fiunt, id quod non sola fide, sed etiam operibus externis constat fieri. Si enim superciliosus sis si, arrogans, si fastu ambitioneque turgeas, nihil tibi proderit CHRISTVM lauisse pedes, imo oberit lotio, quemadmodum Iudæ proditori, qui non melior, sed beneficiis CHRISTI deterior euasit. Beati igitur non solum qui Matth.7
audiunt, sed qui faciunt voluntatem patris. Matth septimo.

Sabbato ſancto paſchæ.

BEnedixit die ſeptimo (deus) & ſanctificauit illum, quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo, quod creauit deus vt faceret.

Ita habet Moſes Gene.2. Quanquam certa ſit nobis hodie lectio euangelii ab eccleſia propoſita, cum tamen eius hyſtoria magis ſequenti diei congruat hanc ipſam in ſequétem diem enarrandã optimo iure differre poſſumus, eaque pro exilitate ingenii noſtri tractare, quæ hoc ſacro ſabbato, patrata ſunt. Ea vero ſunt in tria genera maximo interuallo diſcreta myſteriorum. Primum genus eorum eſt quæ patrarunt, iniquitatis operarii homines, & filii tenebrarum Iudæi, qui quanquam in crucem adægerint Chri-
Matt.27 ſtum, non ſatis tamen æſtimabant crudelitatis & in viuum & mortuum exenclatum, niſi ſepulchro vigiles aliquot, Satelletiumque adderent, pluſquam cruentum. Recordati inquiunt ſumus ad Pilatum, impoſtorem hunc toties iactaſſe, totieſq; inculcaſſe. ſe poſt triduum reſurrecturum, Iubeat igitur præſul adhiberi ſepulchro cuſtodes, ne qua elabi poſſit, aut certe ne furtim, nobis neſcitis, mediiſq; noctibus, furentur eum diſcipuli, perſuadeantq; inerti populo, hũc e viuis ad ſuperos rediiſſe, fiatque error poſtremus priore peior. Itaque impetrãt, his orationibus quod cupiũt interim deſtinatũ dei conſilium impedire nequeunt. Colligite optimi auditores, in ſanientiũ furorem. Recordati inquiunt, ſumus, quod ſurrecturũ ſuis promiſit, quod & nobis ſignum efflagitantibus dixit, Sicut Ionas fuit in vẽtre
Mat,12 ceti tribus diebus & tribus noctibus, ſic erit & filius hominis in corde terræ. Matth.12. Recordantur miſeri verborum Chriſti, ſed in malum proprium. Non enim reſipiſcunt, neque verbis dei acquieſcunt, quales & hodie cõplureis inuenire licet, qui ſecum quidem dei verba reputãt ſed ſine vllo fructu. Neque enim interius vim ac energiam ſentiunt, ſed porro vt ſtipites inſenſibiles permanent, ſed indureſcunt magis ac magis, modoſque excogitant quibus ſua malefacta tegant, quibus proborum famam & gloriam

commaculent & obſcurent. Sed linquamus hominum impiorum errata, ipſi ſuam ſecum ferant (qui pœnas dabunt) ipſorum turpitudiuẽ ac impietatẽ. Proinde hic habes genus operum quoddam malorum, quo in genere ſe mali exercent maxime, de quibus dicitur. Odiſti omnes qui operantur iniquitatem. Quo ſatis conſtat deum non eſſe authorem mali, quandoquidem id, cuius author eſt, nõ odio ſed amore perſequatur. Hic vero audis quod odit, quod execratur iniquitatem. Ad idem eſt illud Sapientis decimoquarto. Similiter autem odio ſunt deo lympius & impietas eius. Mali igitur conſiliis, quo Iudæi adeunt Pilatum, petentes vt ſepulchrum cuſtodiatur, non deus niſi permittendo, ſed mala peruerſaque voluntas author eſt, alioqui non diceret, Eſaias. Væ filii deſertores dicit dominus, vt faceretis conſilium, & non ex me, & ordiremini telam, & non per ſpiritum meum, vt adderetis peccatum ſuper peccatum. Secundum genus myſteriorum, tres illas perturbatas concernit mulieres, quæ parauerunt aromata, & varia eaque precioſa vnguenta, ad IESV corpus vngendum. De quibus ita habes apud Lucam. Et reuertentes parauerunt aromata, & vnguenta & ſabbato quidem ſiluerunt ſecundum mandatum. Quo conſtat has mulieres, fidem, quidem habuiſſe de Chriſto, ſed admodum imbecillem & exiguam. Nam ex Dauide diſcere potuerunt, corpus Chriſti non interitum. Non dabis ſanctum tuum videre corruptionẽ, ait. Proinde hoc honoris, hocq; officii deferre volebant IESV ni fallor, vt homini ſancto, & omnibus modis ſuſpiciẽdo viro. Nihil enim magni adhuc tribuere videbantur CHRISTO, non quod filius dei, quod & ſpiritu, & corpore incorruptibilis eſſet, quod ſuũ corpus ipſius perpetuo a vermibus ſeruari immune poſſet, ſed illud ſolum tribuebant, quod propheta eſſet, quod dei electus, deoque charus, cui merito hoc deberetur officii, Irrepſit aũt hæc incredulitas non modo in mulierum, ſed etiam virorum animos, ex ſcandalo crucis, id quod antea, fore prædixit CHRISTVS Omnes, inquit, ſcandalũ patiemini in me in iſta nocte Atqui, inquiet quiſpiam, nũ igitur officium mulierum damnabile & mortiferum eſt,

Pſal. 5.
Sapi. 14
Eſa. 30.
Luc. 23.
Pſal. 15.
Matt. 26.

nō oīa ex terna infi-delīū opa esse pctā.

quum in fide naufragium fecerint? Respondendum paucis, non omnia opera externa esse peccata, etiam infidelium, multo minus eorum quorū fides est imbecilla, nisi talia sunt, quæ auertunt nos a deo, quibus vel in deum, vel in proximum peccatur. Si enim eleemosynis quispiam peccatis obstrictus, pauperum inopiam subleuat in largiendo non peccat, quandoquidem ea faciat quæ a deo iussa sunt, sed potius in negligendo se diuinæ gratiæ adflatibus accommodare. Non igitur vngendo corpus, quum id apud Iudæos esset receptissimum, peccauere mulieres, & alii viri religiosi, sed quod infirmiores ex scādalo crucis, adeoque ex morte facti sunt Christi, in fide non erant integri. Antea enim & Petrus confessus est filium dei hunc esse. Et Martha ait. Tu es filius dei viui, qui in hunc mundum venisti. Vbi vero viderunt fatis hunc cessisse, posteaquā audierunt, vocem illam tremulam. Pater in manus tuas commendo spiritum meum,, iam tum abdubitare incipiunt, num is ille Messias, & verus dei filius, quem se esse palam professus erat, non tam ipse, quam aliorum complusculi. Atque hic vides quale opus fuerit hæc vnctio, quotoq; interuallo discreta ab ea, quam Maria in domo Simonis leprosi impenderat. Erat certe meo quidem iudicio, opus (vt nostri vocant Theologi) indifferens nec malum porro, nec bonum omnibus circunstantiis, Potuit itaque opus dici de genere bonorum moralium. Quorum pleraque nec vitæ æternæ meritoria sunt, quum non adsit fides per charitatem operans nec gehennæ deputanda. Nemo igitur existimet se in omni opere bono de genere morali peccare, sint adsit animi peruersitas. Qua præsente, si quod adest peccatū, non ipsis operibus, sed hominum negligentiæ, & malitiæ tribuendū. Verum de iis alias. tota hac quadragesima plæraq; multa diximus. Tertium genus eorum est, mysteriorum, de quibus in sermonis proloquio exorsi sumus, ad eum modum, Benedixit deus diei septimo, & cætera. In quibus eruendis aliquandiu nobis desudendum erit, Vbi annotandum Mosen sic præfatum. Compleuit deus die Sabbati opus suum quod fecerat. Quod intelligas, quod ad perfectionem porro omne opus quod destinarat, deduxit adeo vt

Matt.16
Ioan.11

nulli rei deesset quippiã, quod ad perfectionem pertineret. Nam dei perfecta sunt opera. Perfectio vero hæc eo coalescit, si rei cuilibet sua insit forma, & energia atq; vis quædam, simile sibi producendi. Quam vim alicubi Augustinus primordiales rationes, quę rebus ipsis congenitæ sunt appellat. Si enim quælibet res in suo genere erat a summo omnium plaste condita, vt sui simile, id quod summæ perfectionis est indicium, cooperante prima caussa, possit ex se producere, quemadmodum ignis suapte natura, & congenita vi, potest ad sui similitudinem aurum, argentum, lapides, ligna, & id genus reliqua, quæ naturæ consentanea sunt ignis, conuertere, & calefacere algentia, ita & in cæteris elementis, & animantibus deniq; omnibus, Atqui rebus ita dispositis omnibus, conquiescere dicitur de' in seipso. Quanquam interim, totam mundi machinam iugiter gubernet & moderetur, id quod filius testatur in Ioanne. Vsque modo pater meus operatur & ego operor. Quod intelligas oportet, de opere gubernationis, & administrationis totius reipublicæ diuinæ. Quandoquidem si deus vel ad punctum (vt ita dicam) temporis, suam detrectaret creatis rebus cooperationem, nihil porro essent res, tantum abest, vt operari possent. Operatur enim Deus pater omnia in omnibus, iuxta consilium voluntatis suæ, consilium vero voluntatis suæ est, cooperari sibi creaturas quasdam, quemadmodum causæ secundæ adiunguntur primis. Ita per ignem calefacit, per solem generat, per hominem qui viuum est organum, & sibi simile generat, & pleraque alia ac sui gloriam exequitur. Dei, inquit Paulus, cooperatores sumus Ex iis (vt ad rem redeamus) constat tria hoc die Sabbati, quæ ex Geneseos principio colliguntur, ab opifice summo effecta. Primum, rerum omnium in suo perfectionis esse, finalis quædam productio. Secundum, earundem rerum ad certos vsus destinatio. Tertium, id quod potissimum est, certi finis præfixio Primo itaque habemus. Deum septimo die omnia complesse iuxta genus intellige suum, atque speciem, quam illi indidit, ad simile producendum. Id quod & si in totam trinitatẽ æquissimo iure competat, si creationis opus species, multo maxi

Deu.32.
Ioan.5.
Ephe.1.
1.Cor.3.

Quō Xp̄s op⁹ patris ad qđ missus fuerat adimpleuerit.

mie tamen in Christum, qui est patris verbum, quod ad hoc missum est, vt omnia restauraret in semetipso, omnia in integrum ceu postliminio restituat. Misit enim verbum suum & sanauit eos. Et 1. Ioan 1. Quod vidimus, quod audiuimus an vobis quod manus nostræ contrectauerunt Et item post Esaiam eloquentissimus PAVLVS. Romano. 9. Verbum abbreuiatum faciet dominus super terram. Abbreuiatum est, quando ait in cruce, Consummatum est, quando opus in quo illum pater destinauit compleuit. Et Ioan. 17. Ego clarificaui te super terram, opus consummaui quod dedisti mihi, vt faciam. Obiuit CHRISTVS omnem functionem, quam illi concredidit pater, nihil non tentans, nihil non agens, quod non crederet vel ad patris gloriam, vel ad hominum salutem. Id enim vocat opus suum, quemadmodum & alibi cibum suum voluntatem patris appellat. Meus, inquit est vt faciam voluntatem eius qui misit me, de quo opere & Dauid Operatus est salutem in medio terræ. Proinde vt olim in rerum productione adeoque perfectione, rebus omnibus vis quædam inserta est, qua se ad sui simile efficiendum exerant, ita filius, suo verbo atque doctrina Euangelica, omnia restituit, vim quoque indidit omnibus fere sacramentis vt simile quiddam efficerent, si modo verbum accederet ad elementum. Quid enim aliud est sacramentum, quam inuisibilis energiæ visibilis forma. Latet itaque in ipsis sensibilibus signis & rebus vis quædam qua animæ sanctificantur & Christo inseruntur Vim hanc, vt benedixit Paulus, Deus operatur. Hic enim est qui baptizat, hic qui absoluit qui manus sacerdotibus imponit, qui in sortem domini designat, qui vngit oleo, denique qui cæteris sacris organis in nostrum commodum pro suo arbitratu vtitur. Bene igitur optime Christus ait, Vsque modo pater meus operatur & ego operor Ipse enim operatur in nobis iustitiam, & redemptionem, & sanctificationem, & omnia denique quæ nobis expediunt. Cæterum vt Deus in rerum conditione primaria, ac completione, summa vsus est sapientia, id quod & ordo earum & pulchritudo, & in penetralibus delitescent vis illa, ac reliqua quoque satis commonstrant.

Psal. 106. 1. Ioan. 1. Rom 9. Ioan. 17. Ioan. 4. Psal. 73. Sacramentum quid. Ioan. 5.

sta & in filio, restaurens vniuersa, quæ condidit. Maxime vero fuit prudentiæ, rebus singulis suum ordinem destinare, ne confusione, Dei opus perturbaretur. Hac prudentia sapientissimus quoque filius vsus Ecclesiæ suæ quosdam quidem dedit Apostolos, alios autem doctores, alios vero pastores in consummationem ministeriorum. Varia igitur ministeria varios exigunt ministros, & mysteriorum dispensatores, ad consummationem inquit, sacrorum munerum intellige, vt singuli suis officiis deputati, quanta maxima possent opera curarent, ne corpus Christi resq; publica Christiana, a Christi auspicata, & pulcherrimo ordine disposita ac digesta, falsis alienisque dogmatis interturbaretur ac confunderetur. Atque hæc omnia & vniuersa queq;, quorum nõie hanc prouinciam suscæpit Christi æterni patris filius. Sexto die consumauit, ac porro die septimo compleuit. Misit Apostolos suos, dedit potestatem calcandi serpentes, instituit nouam rempub. quam suo sanguine sacrauit, ac ab omnibus profani. gentibus segregauit. Ego, inquit, eligi vos de mundo, recte igitur dictum est, opus, quod dedisti mihi consummaui. Et compleuit De⁹ die septimo. Compleuit nimirum per filium, suum, qui fact⁹ est nobis completio & plenitudo legis & redemptio, & oĩa denique omnibus. Porro vt Satanas ille callidissim⁹ suo astu & vafricia primis nostris primogenitoribus imposuit, atque a deo auertit. miserãq; toti generi humano seruitutem inuexit, sic (quo ars arte deluderetur) sapientia patris, verbum videlicet incarnatum, plæraq; multa & ea quidã egregia gessit facinora, qbus falsus est serpens ille perditissim⁹. Oĩm aũt maxime sapientiæ inditium fuit, sub imbecillitate carnis, diuinam latitare naturam, delitescere potentiam, & aculeum quendam (vt ita dicã) diuinitatis abscondi, quo tãdẽ pũgeretur & expũgeretur huius mundi princeps ictus & percussus a filio. Obiecit enim illi carnem ad lacerandã ceu escam quandam, perinde atque hamo inuoluitur vermiculus, quam vbi deglutire vellet, capitur miser, & e pelago extrahitur, nec modo extragitur, sed exenteratur, & explanatur porro, vt habet Paulus, & Iob. Nunquid potes Leuiathan extrahere hamo? Perinde atque diceret, ne-

Ephe. 4.

Ioan. 15.

Ibidem. 17

Quõ Satanas captus sit a xpo domino.

mo hominum hoc potuit, quandoquidem nemo mundus a forde, præter eum qui manum consereret cum vtroq; seque ipsum escam nostram faceret, qua Leuiathan ipsum extraheret. Et nota vbi nos Leuiathan, legimus, aliqui ex Græco draconem legunt, qui nec hamo capitur, nec fune ligatur, nec a furore suo compescitur, neque a conatu retrahitur, sic Draco iste magnus, qui hactenus nos occupauit, hactenus inescauit, nulla humana arte, nullis viribus aut astutiis compræhendi potuit nec compesci, a solo enim Christo vincitur, ligatur. Hinc habes 4 Regum. 18. Ponam circulum in naribus tuis, & hamum in labiis tuis, & reducam te in via per quam venisti. Metaphora a bubalis deducta, qui circulo in naribus iniecto ducuntur. Vncinum igitur seu circulum naribus Leuiathan iniicere, est furorem
Joan. 12. eius compescere, & ab impiis conatibus retrahere. Id quod præstitit Christus, Ioan. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Ipse est qui traduxit eum palam, qui spolia eius diripuit, ipse est, qui nos in pristinam libertatem restituit, ipse est qui Draconem conculcauit, & quod habet fides nostra, ad hoc ad inferos descendit, vt non tam diabolum in mundo, quam apud inferos vinceret, superaret. Id quod hoc die nemo est qui dubitet esse factum. Descendit enim sanctissima anima eius hesterno die vbi a corpore abcessit, ad inferiores partes terræ, pulsauit inferni por-
Psal. 23. tas, vt ait Dauid. Tolite portas principes vestras, ingressa est victrix futura, perinde atque vicit in cruce. Non quo obiret inferni gehennæ pœnas sed quo suæ diuinitatis vim declararet, illisque se cum maximo gaudio insinuaret, qui
Esa. 64. regionem & vmbram mortis incolebant, qui multis ante sæ-
Psal. 13 culis in eam vsq; horam, flagrantissimis desideriis exclamare non cessauere, Veni ad liberandū nos domine Deus virtutum. Et item, Vtinam rumperes cœlum & descenderes. Eoque pertinet totus Psalmus. 15. Qui ipsi Christo inscriptus est in quo ita habes, Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi ne com[moucar]. Et, Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vitæ, & reliqua. Quæ oīa constanter in Christum

refert Petrus in Apostolicis Actis. Ad idem est & Psal. 29. Psal. 29.
Exaltabo te Deus meus rex, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me Domine eduxisti ab inferno animam meã, saluasti me a desc. Ad vesperã demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Ad vesperum enim hesternõ ab omnibus fidelibus lugubri voce clamatum est, Mortuus est Iesus, mortuus est innocens Efflauit animam Christus. Verum ad matutinum dominicæ diei ingẽs exoritur lætitia omnibus acclamantibus, Euge euge, Io triũphe Christo, victori, Christo laudes & gloriæ Encomium & verum illud Osanna. Cæterum hic vidimus quãtis mysteriis plena sunt omnia, quæ in hunc diem celleberrimum referri possunt, satis de primo. Secundum, quod ex Mose discimus iis verbis insinuatur. Benedixit diei septimo & sãctificauit illum. Recæptum est in sanctis scripturis ad hoc benedicere Deũ creaturis, vt sese propagent singulæ, Deiq; bonitatem, ac munificentiam (qua omnibus suas dotes largitus est) erga omnibus declarẽt, omnibusque se ĩsinuẽt. Neque enĩ satis est res esse conditas, neque modo sufficit eas gubernari a Deo opt. maxi. nisi & ipse res, sibi simile proferre valeant ac studeant. Est aũt duplex rerũ propagatio. Altera est naturæ, de qua Gen. 1 Benedixitq; illis Deus, & ait, Crescite & multiplicamini & replete terram. Eadem lex & Mosi datur, & cæteris filiis, quibus terrena promittũtur. Crasso enim & carnali populo crassæ benedectiones & promissiones & præcepta dantur. Verum de hac benedictione nihil ad rem. Neque enim hanc magnopere pendere debet Christianus (vt ait Hierony. aduersus Iouini.& Vigilan.) qui audit, Tempus breue est reliquum est, vt qui habent vxores, quanquam non habentes sint Et item, Væ prægnãtibus & nutrientibus in illis diebus. Est igitur altera propagatio, gratię multo excelentior, multoque fœcundior, ac Deo gratior, cuius author Christus est, vt prioris Adamus. Ioan. 1. Non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri sed ex Deo nati sunt Quæ vero ex Deo nascuntur, vt perpetuo durent, vt radices suas fortiter figant, neue ad solis ardorem intereant, aut alia quauis incommoditate emoriantur, aurea quam gra-

Ad quid De' benedicat creaturis.

Duplex rerum propagatio. Gene. 1.

1. Cor. 7. Mat. 2.

Ioan. 1.

Nemo multũ fructificabit Christo q̃ pri⁹ Christo per sui mortificationẽ nõ fuerit cõmortuus & cõsepultus.

Ioan.12.

Roma.6

1.Cor.15.

Osee.6.

1.Reg.7.

Ioan,1

Matt.3.

Christus patiẽtia eiusq; auxiliũ expectãdũ est.

¶ Nemo descant in Christo, oportet eum Christo sepeliri, & mortem experiri, omni aeconito acerbroẽ, veterem carnem cũ vitiis ac concupiscentiis oportet restringere, vt Deo sanctificari possint. Quemadmodum enim Christus non antea per orbem terrarum suas propagines extendit, quã seipsum en mortem dedisset: ita & nos non antea fructificabimus Deo, fructusque vitæ æterne dignos producemus, quam mortificati fuerimus, quam sepulte & vitiis omnibus enecati. Ioan.12. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuũ fuerit, ipsum solũ manet, Si aũt mortuum fuerit, multũ fructũ affert. Eadem fere habes apud Paul Ro.6. Cõsepulti enim sumus cũ illo per baptismum in mortẽ, vt quomodo Christus surrexit a mortuis, per gloriam patris ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Deinde addit veteris hominis interitũ, addit destructionem corporis peccati, concupiscentiarũ & reliquiarũ omniũ esse faciendã, vt in nouã vitã restituamur nouęque vitę opera perficiamus. Ad hoc igitur inserti sumus per crucem Christo, ad hoc cũ ipso sepulti sumus, vt oĩa in nobis vitia emoriantur, vtque id agamus quod ad Corin. idẽ ait. Sicut portamus imaginã terreni, portemus & imaginẽ cœlestis, id tũ fiet, si triduum agamus in terræ viscerib⁹. Tribus enim diebus & tribus noctibus fuit in sepulchro Christus, vt Osee prædixit, Viuificabit nos post duos dies, & in die tertia suscitabit nos & viuemus in conspectu, eius sciemus, sequemurq; illum. Primus dies parasceue dicitur, quo præparamus corda nostra, ad excipiendũ rediuiuũ Christũ, lachrymis, precibus ac aliis pietatis & charitatis obsequiis Præparate, inquit, corda vestra domino. Docet hanc sacram parasceuem Baptista Ioannes Ego vox clamantis in deserto, dirigite viã domini. Et item, Facite dignos fructus pœnitentiæ. Parat se Christus paremus & nos illũ obuiis excipere manibus expurgantes vetus fermẽtũ, veterisq; hominis corruptissimos mores, vt nouari possumus & mẽte & spiritu. Secũdus dies integrum est sabbatũ, quo delituit in sepulchro Christus, significãs sacras illis ferias, quib⁹ anima auxilium dei tus expectat, non desperans quamlibet moretur, quamlibet tardet sponsus. Expectabam, inquit Dauid, eum qui

me saluum fecit a pusillani, spiritus & tempestate. Expe- Psal.54.
ctat & ambit atq; desideriis flagrat, non despondens animum, non cessans a prece & a lachrymis, tota inquit die ac nocte non tacebunt Esa.62. Certe si perseuerauerit pul- Esa.62.
sans, surget etiamnũ media nocte, & quotquot habet necessarios panes dabit. Hac in patrem fiducia, hacq; spe & Christus fulcitus est, quando dixit, Non dereliques aĩam Luc.11,
meam in inferno. Et, Domine eduxisti ab inferno animam, meam. Oportet enim nos fidere Deo, etiam in mediis gehennæ ignibus, dũ in vita sumus. Quoties enim incurrũt peccata in animũ, quoties in desperationis baratrum ptrahere nituntur non despõdendus est animus, sed obfirmandus facto & promissione. Christi, qui seipsum e mortuis exuscitauit, & nos quoque secum, si modo, illi fidamus si adhæreamus illi, qui nostram mortẽ sua morte superauit. Rom.8.
Qualem nobis fiduciam ingerit & Paulus: Quia propter rẽ mortificeamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis Sed in iis omnibus superamus, propter eũ, qui dile- Psal.48.
xit nos. Et item Dauid, de⁹ redimet animam meam de manu inferi Et, Eruisti animam meam ex inferno inferiori Quæ nobis spem ingerunt perseuerãdi in pœnitẽtiæ statũ & consolationis consequẽdæ, si præstiterimus ad finẽ vsque. Tertius dies est, mane illud resurrectionis & gaudii ac lætitiæ, quod nobis tum contingit, quando solutis doloribus inferni & pœnarum metu reiecto, iam libertate per Christum donati sumus Agnoscimus hoc die. Dei terga nos clementiam, qua eripuit nos de manu inferi, adeo Psal 117.
q; in vocem laudis prorũpimus, dicentes, Hac dies, quam Osee.6.
fecit dominus, exultem⁹, & lætemur in ea. Ideoq; Oseas, & videmus, & sciemus, nempe gratiam in nobis operantem & sequemur dominũ, itaq; mox, Quasi diluculum præparatus est egressus eius, & veniet nobis quasi imber tẽporaneus. Et paulo post, Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens. Quæ oĩa si intus perpendamus, & Christum diluculo resurgentem, & nos illi congratulãtes, cõpetere possunt, Itaq; si in hoc triduo duremus, si hoc itinere trium dierum incedamus, erit profecto misericordia dei, ceu ros, pertransiens cordis nostri

ſiccitatem, irrigabitq; deuia quæque vt fructificare poſſimus, & fructus adferre æternæ vitæ dignos. Ad hoc enim benedixit Deus diei ſeptimo, ad hoc ſanctificauit eundem, vt eamus & fructum afferamus, & fructus noſter maneat. Id ſignificantius aperuit ad Epheſios Paulus Qui inquit. Benedixit nos omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in CHRISTO, ſicut elegit nos in ipſo, ante mūdi cōſtitutionem vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius, in charitate & 2 ca Ipſius enim ſumus factura creati in Chriſto ieſu, in operibus bonis, quæ præparauit deus, vt in illis ambulemus. His enim deſtinati ſumus atq; mancipati (qui Chriſto inſerti ſumus) operibus quæ de⁹ per gratiam ſuam operatur in nobis, quibus nos prælucere vult omnibus hominibus, quibus multiplicari, & augeri nos cupit. Tertium quod verbis thematis indicatur, eſt finis certi deſtinati. Quæ enim hactenus tractauimus ad media fere pertinent: quæ vero ſubſequuntur, ea ſunt, quæ maximopere appetere debemus. Ea vero ſunt feriæ & requies affectus noſtri, vt videlicet non in ſe neque in vlla citra deum creatura cōquieſcat, ſed in deo ceu proprio, & omnium vltimo obiecto. Eſt enim hic ſcopus, ad quē dirigere oportet & cogitationes omnes, & affectus, & ſtudia cuncta, & opera deniq; vniuerſa. Neq; ab hoc ſcopo, vel latum digitum dimouere licebit, neque vlla ratione deflectere. Id eſt, quod Moſes ait Deum cōquieuiſſe die ſeptimo ab omni opere quod patrarat. Si intus hæc perſpicias verba, magis quid a nobis exigat D E V S, quam quid intra ſua penetralia agat, intelliges. Requieuit enim perpetuo ī ſeipſo ſatur omniū rerū deus, neque ſurſum neq; deorſum agitatur, ſed eodem ſemper fertur æternitatis pūcto, ac periodo Nolo ergo exiſtimes iam primum quaſi laboribus defatigatū, eundem requieuiſſe Idem enim ipſe manet, & immutabilis ſemper, eodemque ſemper fertur, id eſt, intra ſeipſum Itaque ad nos referamus oportet Sabbati requiem, & ab operibus nouis condendis ceſſationem. Noſtrum enim erit diem feſtum agere domino, feriaſque ſacras celebrare. Quas tum celebrabimus feſtiuiſſime, ſiquidem non Iudæorum more totos dies inani otio tranſigamus, ſi non delitеſcamus domi perpetuo

Ephe. 1.

Ephe 2.

Requies affect' noſtri vbi ſit expectanda.

Pſal 101.

quemadmodum furor iners, sed si quando, id quod Dauid ait Cogitationes nostræ diem festum agant domino si a vitiis cessemus, si non tam cognitione, quam amore adhæreamus domino. Id si præstiterimus, erit requies quædam ex requie, & Sabbatum ex Sabbato Eo pertinent omnia quæ de diei Subbati passim in sacris liberis præcipiũtur. Sex enim diebus operandum est nobis, quemadmodum & Christus, aliquot ante diebus verbo doctrinæ suæ operatus est viam veritatis docendo postea pro omnium salute mortem obiit, deinde requieuit, In pace, inquit Dauid dormiam & requiescam. Significat itaque hæc Christi in sepulchro requies, futuræ fœlicitatis æterna & semper mansuras delicias quibus adeptis iam anima conquiescit in summi boni fruitione, quam nunquam amissura est, qua semel adepta, nihil est, quod ambiat amplius. Satiabor, inquit Dauid, cum apparuerit gloria tua · Et item. Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo quoniã elegi eam Pulchre hanc requiem delineauit ad Hebræos quarto Paulus, quando ostendit Iudæorum plerosque non intrasse Dei requiem, terram videlicet promissionis, quam pollicitus erat Deus patribus. Quosdam etiam ingressos, qui fidem operibus expresserũt, simili quodã modo & nos (quos fides præcedit comitatur vero ac cooperatur charitas, sequuntur opera) requies quædam & Sabbatismus dei expectat. Hinc dicit, Itaq; relinquitur Sabbatismus populo Dei Qui enim ingressus est in requiem eius, etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut & a suis Deus, festinemus ergo ingredi in requiem illam, vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum. Quo vult significare, requiẽ quandã esse perpetuã, quam non alias adipiscimur, quã si a malis operibus feriemur, si resipiscamus Quiescite, inquit Propheta agere peruerse, discite benefacere Quies igitur in sepulchro, ferias illas celebres significat a pctis, quas multo satius est celebrare, quã oĩm Iudæorum Sabbatisma & neomenias, & pasca, quod & Propheta alicubi Esai. indicat, dicens. Si auerteris a Sabbato pedem tuum, & facere voluntatem tuam, in die sancto meo, & vocaberis Sabbatum delicatũ sãctũ dñi gloriosum, & glorificaueris eũ dũ nõ fa

Psal. 16. Psal. 131 Heb. 4. Esa 1 Esa. 58

quis sit po- cias vias tuas, sequitur. Tunc delectaberis in dño. Quibus
pulo Chri- abunde satis declarat, qui sit sabbatismus populi Christia-
stiano sab- ni, nempe non facere voluntatem suam, frangere esurienti
batismus. panem soluere impietatis colligationes, & deprimentes pec-
catorum fasciculos, rumpere peccatorum item catenas &
laqueos, deniq; feriari a vitiis, vacare & videre quoniam
suauis est dominus, Id si præstiterimus, futurum est, vt re-
quies oriatur ex requie. Requies videlicet æterna, ex requie
conscienciæ, que tũ ferias agit domino, & sacras celebrat
neomenias si paccata sit, si a vitiis criminibusq; immunis
sit, Id quod idem Propheta in. 66 ca. elegãtissime descri-
Esa. 66 bit. Ecce, inquit dominus, ego declinabo super eam (aīam
videlicet culpa vacantẽ) quasi fluuiũ pacis, & quasi torren-
tem inundantẽ gloriam gentiũ, quam suggetis, Videbitis
& gaudebit cor vestrum, & ossa vestra quasi herba germi-
nabunt sequitur, Et erit mensis ex mense, & sabbatum ex
sabbato Mira fidelium consolatio siquidem sentiri possit,
erit inquit, sabbatum ex sabbato. Nimirum iis, qui se gra-
uiæ accõmodauerunt, qua pacantur conscientiæ, vitiis ali-
qui confusæ & perturbatæ. Quæ si pacatæ fuerint: in eis iu-
cundissime delicіatur sponsus, conquiescit & refocillatur.
Eritque reciproca quædam inter animam & Christum vo-
luptas, qua se citro vltroq; exosculãtur. Ruit enim in am-
plexus sponsi, anima dicens. Dilectus meus mihi & ego
Canti. 2 illi, intra vbera mea commorabitur Excipit hanc obuiis
manibus sponsus, seq; illi totum offert, dedit & emãcipat
atque hic est primus sabbatismus electorum, quem alius se-
quitur multo iucundior, multoque suauior. Nempe is, de
Psal. 131 quod Dauid, Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic
habitabo, quoniam elegi eam. Quando videlicet auditura
est anima vt requiescat a laboribus suis. Quando abster-
get deus omnem lachrymam ab oculis electorum, omnem
ablaturus incommoditatem. Proinde hic finis est, & no-
stri appetitus telos, vltra quem progredi non licet, neque
Psal. 16 libet. Satiabor ait Dauid, cum apparuerit gloria tua. Ad
quam requiem & gloriam IESVS ille animarum quies &
salus perpetua nos perducat Cui sit laus, & honor, & virtus
& victoria, & gratiarum actio in sæcula, Amen.

MONOTESSERON Passionis domini nostri Iesu Christi.

HAEC omnia liber vitæ, testamentum altissimi, & agnitio veritatis. Ita fere habet Sydrach ille Ecclesiasticus ca. 24. Tractauimus hoc thema charissimi multis iam mensibus maxime vero hac sacra Quadragesima libro Geneseos quem pro vestra ædificatione enarrare conati sumus (præmisimus, more, quo solent concionatores, & verbi ministri, certum aliquod suis orationibus præmittere thema quod subinde expendunt perq; locos diducunt, vt eo possit firmius auditorum animis inhærere. Quanquã vero ex libro sit delectum, quem a Iudæorũ canone Hebræi abiiciunt, nõ potuit tamen non amplecti ego verba, quæ non tam Mosi quam Prophetis, quam Euangelio, quam canonicis omnibus libris, fideiq; dogmatis verbis tum sensu & veritate respondent. Neque enim magni refert in Hebræo canone non esse librum seu authorem, alioqui & Euangelia, & Paulus & Apostolorum scripta refutanda nobis sunt satis mihi fuerit, si modo Ecclesiæ authoritate author probetur & res ipsa materiaque libri non sit omnino impia, aut certe non prohibentur, id quod in hoc authore cernere licet, potissimum vero in verbis thematis, quæ si intus penitiusq; dispicias, nihil tam est scripturæ sanctæ vicinum, nihil sic affinitate coniunctũ, quam hæc ipsa, id quod manifestius fiet, si nucleum eruamus, ait itaque, hæc omnia liber vitæ, testamentum altissimi, & agnitio veritatis. Quicquid in cruce Christi misteriorum continetur, totum in iise ipsis verbis, in compendium redigitur, ac quasi in summa describitur. Quemadmodum enim crux Christi stultitia visa est philosophis, & scandalum Iudæis, omnibus tamen salutem & iustificationem ac redemptionem adeoq; vitam ipsam suppeditat, ita & plerunq; codex seu liber, qui exterius quidem nihil præ se fert manificum nihil egregium

Eccle. 24

1. Cor. 1.

ostentat, interius tamen, si Sileum (quod dici solet) expli
ces, legenti & meditandi multum vtilitatis, plurimum con-
solationis, plurimumq; gaudii ingerit Quæcunque enim
scripta sunt, ait Paulus, ad nostram doctrinam scripta sunt,
Roma.15. ad consolationem & vtilitatem quoque, id quod tum verú
(diuus testatur Hiero. ad Paulinum) si nucem frangas, vt
nucleum edas Non iniuria itaq; crucis abstrusiora illa my-
steria, libro vitæ adsimilantur. Quandoquidé quæ in libro
externe parét nisi aurea, sint vel gémis præciosis intexta
humilia quidem & abiecta videntur, quæ vero intus deli-
tescunt, volupe sunt, plenaque & vita & veritate, ita & crucis
mystetia, si externam laruam spectes solum, scandalo ple-
Rom.1. na sunt omnia & indignitate. Sin vero medulam ipsam
cogites, si energiam atq; vim animaduertas. Virtus est in
saluté omni credenti, vita est, spiritus quoq;, & omnis boni
thesaurus. Hæc, íquit Sydrach, omnia liber, vitæ id est, mors
Christi omnibus vitam suppeditat, qui in ipsum credunt
quiq; illi plena fiducia adhærent. Crux enim liber est, adeoq;
lignum vitæ in medio paradisi positum, quo discimus &
boni & mali rationem, gratiæ videlicet & peccati vimque
potentiam. Lignum enim vitæ est iis, qui apprehenderint
eam, & qui tenuerit eam beatus Antea grauis quidem &
ineluibilis inscriptio facta est per transgressionis lignum
Vnde Hiere. Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo inun-
Hieremi. gue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eo-
rum, & in cornibus aratum eorum. Tulit hoc syngraphum
Ecclesia. Christus in seipso, & affixit ligno, quo fit iustitia, id quod
Paulus iisce testatur ad Colossen. verbis. Et vos cum essetis
mortui in delictis & præputio carnis, vestræ conuiuificá-
uit cum illo, donans vobis oía delicta, delens quod aduer-
sum noserat chirographum decreti, quod erat contrarium
nobis: & ipsum tulit de medio affigens illud cruci & expo-
lians principatus & potestates, traduxit confidenter palam
triúphans illos in seipso. Deleuit itaq; sanguine suo, dãna-
tionis Syngraphum, quod e manibus astuti Satanæ hostis
nostri tulit. Fuit autem íscriptio dãnatio ac perpetua ad pœ-
Ephesi.2. ná æterná obligatio. Eramus enim oés filii iræ, & maledi-
Gener.2. cti, ac venundati sub peccato, ea sententia, qua dicitur, In

quacunq; die comederis morte morieris. Propagata est in nos & mors & infernus quoq; vnius in obediētia Ve ū oī hæc mala vnus obœdientia sublata sunt. Sustulit maledictum ipsum, ipse qui factus est pro nobis maledictum & anathema, & omnium peripsema. Ego, inquit, sum vermis & non homo. Cur id? vt omnes in meipso ad vitam & gloriam reuocem. Igitur alicubi in Ioanne ait: Ego veni vt vitam habeant & abundantius habeant. Et in Prou. Solomōis Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem a domino. De hac vita Esa. 4. Sanctus vocabitur omnis, qui inscriptus fuerit in vita in Hierusalem. Ad eum se modum inscriptum gloriatur PAVLVS. Viuo ego iā nō ego, viuit vero in me CHRISTVS. Et Mihi viuere Christus est, & mori lucrū. Arripitur huius libri inscriptio fide per charitatem operante. Iustus enim ex fide viuit, id est, ex fide crucis, quæ vitam, quæ salutem nostram, destructa morte effecit, Ego inquit, sum vita & resurrectio. Addit Sydrach secundo loco. Testamentum altissimi hæc omnia cōtinere, quæ videlicet in cruce gesta sunt. Id quod melius intelligamus, operæprecium fuerit duo testamenti nomine significari Semel vtriusque instrumenti scripturam, quæ non semel de CHRISTI morte nos certiores reddit Vnde ad Galat. PAVLVS: Hæc sunt duo testamenta Vnum quidem in monte Sina, in seruitutem generans quæ est Agar & seruit cum filiis suis De altero ad Hebræos etiam differit Hoc testamentum quod testabor ad illos, post dies illos dicit dominus. Dabo leges meas in cordibus eorum & in mentibus eorum superscribam eas, & peccatorum & iniquitatum eorum iam non recordabor amplius. Sufficienter enim Christus tulit peccata nostra satisq; fecit, igitur nō recordatur deus iniquitatū nostrarū neq; expetit vindictā si modo descriptum legis opus in cordibus nostris circunferamus Inscripsit hic non stylo ferreo, sed digito dei viui, sed sanguine proprio passionis suæ impressit energiam fructum & vtilitatem Summa vero vtilitas, ac mortis Christi potentia, est in nouo instrumento nobis ob oculos posita. i. remissio peccatorum & condonatio quoq; æris alieni quod male olioqui protoplastes noster Adamus contra

Galat. 3. | 1 Cor. 4. | Psal. 71. | Ioan. 10. | Prouer. 8 | Esa. 4 | Galat. 2. | Philip. 1. | Roma. 1. | Ioan. 11. | Rom. 8.

xit, id quod arcanæ literæ abunde satis declarant, ideoque
testamenti in nomine censentur, quo videlicet deus suam er-
Rom. 5. ga nos mentem, testatus est. Cum essemus, inquit, mortui
secundum tempus, & inimici secundum tempus, adeoque
Ephe. 2. alienati a deo & filii ire, deus, qui diues est in misericor-
dia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, con-
uiuificauit nos in Christo. cuius gratia saluati estis. Porro
testamenti nomine pactum, fœdus, promissio venit, quo
in significatu, nihil sic in Christi mortem, quam hoc ipsum
conuenit Quandoquidem ipse sua morte, nobiscum pactus
est, & fœdus iniit, imo omnes promissiones adimpleuit.
2. Cor. 1. Quotquod enim sunt promissiones, ait Paulus, in illo sunt
Promisit autem atq; iureiurando statuit fœdus cum Abra
Gen. 22. ham. Per memetipsum iuraui, quia fecisti hanc rem, & non
pepercisti filio tuo, ponam fœdus inter me & te. Id fœde-
ris est, quo pollicebatur, In semine tuo benedicentur om-
Gala 3. nes gentes. Quod PAVLVS in Christum refert. in In Exo
Exo. 24. quoq; mentio huius pacti & promissionis fit, dum ad eum
modum in infit Moses. Hic est sanguis fœderis, quod pe-
pigit dominus vobiscũ super cunctis sermonibus iis. Epi-
Hebr. 9. stola ad hebræos hunc locum porro in Christum accom-
modat, addens quod sine sanguinis effusione non fiat re-
missio, paucisque interpositis, Christus semel oblatus est
ad multorũ exaurianda peccata, & paulo superius. Ideo no
ui testamenti mediator est, & reliqua quæ huc pertinent.
Quia omnia eo tendunt, vt intelligamus quale fœdus no-
biscum inierit Christus, qualeq; testamentum nuncupaue-
rit optimus pater, filiis vsque adeo adamatis, & sibi dile-
ctis & charitatis. Cuius fœderis meminit & Esai. Dedit te in
Esa. 42. fœdus populi in lucem gentium, vt aperires oculos cęcorũ
& educeres de conclusione vinctum, de domo carceris se-
dentem in tenebris. Moxq; Zacharias. Tu autem in san-
Zach 9. guine testamenti redemisti vinctos tuos. Condidit hoc te-
stamentum (& ceu symbolum amicitiæ reliquit nobis) in
cœna vt esset perpetuo menti nostræ obuium. Hic inquit,
calix noui testamenti est in meo sanguine Vt vetus, ita &
nouum in sanguine firmatur. Sed vetus in sanguine vitu-
nouum in Christi præciosissimo cruore, Proinde hæredi-

tatem testamento nuncupatum, si nanciſci, si poſsidere volumus, fide quidē remiſsio peccatorum arripienda eſt, & reliqua quoque præſtanda ſunt, quæ teſtator iuſsit. Si enim non credideris fruſtra gloriaris de promiſsionē, deq; teſtamenti nuncupatione. Iam si maxime credas, omnemque fiduciam in Chriſtum colloces, non autem reliqua exequaris, quæ ad legata pertinent, exhæres eſto Degeneres enim filii, æquiſsimo iure a patre exheredantur, id quod placitis humanis quoq; ſancitum eſt, & nos, ſiquidem participes teſtamenti eſſe volumus, ea exequamur quæ iuſsit. Quandoquidem conditionale fere eſt, quod condidit teſtamentum Chriſtus Si credideris, & ſi vis ad vitam ingredi. Et item. Sic deus dilexit mundū, vt omnis qui credit in illū nō pereat, ſed habeat vitam æternam. Vt igitur hæreditatem adſequaris, adfer fidem per charitatem operantem, exeque re patris voluntatem, ne tuo proprio vitio amittas, quod tanto ſanguine comparatum eſt Filii enim promittitur hæreditas, ſed legitimis, ſed obſequentibus, ſed paterna iuſſa exequentibus. Venio ad tertiam thematis partem, in qua dicitur & agnitio veritatis, id quod ego ad eum modū intelligo. Et Chriſti cruce omnem retegi, oīa arcana, adeoque abſtruſa reſerari, quæ antea multis modis fuere tecta, & ſub inuolucris abſconſa. CHRISTVS enim cuiuſlibet doctrinæ notitiæ ſcientiæ, immo & diuinæ profecto & prophanæ philoſophiæ eſt theſaurus, & abyſſus. Hichic nobis in cruce apertus eſt, teſte Paulo. Nihil aliud arbitratus ſum ſcire inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ repoſiti. Et item Ioannes Lex per Moſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Obſcura erat lex ingenita vobis, adceſsit ad hanc Moſi lex, ſed parum attulit luminis. Neque enim omnem hominē perinde atque Chriſtus, ſed ſolum Iudæos illuſtrauit, non ſe in orbem diffudit terrarū. Notus, ait Dauid, in Iudæa deus, in iſrael magnum nomen eius. Verum vbi venit plenitudo tempo ris, non iam Iudæus ſolum, ſed etiam græcus, ſed ſcytha, ſed quotquot credunt in dei filiū, veritatis participes fiunt idque per patris æterni vnicum filium. Ipſe enim ſapientia

Matt. vlt. Mat. 19 Ioan. 3 Gala. 5. 1. Cor. 2. Coloſſ. 2 Ioan 1. Pſal. 75. Gal. 4. 1. Cor. 25

1 Cor. 1. est, & ars patris, qua pater seipsum, omniaq; sua declarauit mundo, qua callidi serpentis ast⁹ & dolos aperuit, qua quæq; superne, quæque interne sunt reserauit. Et recte id quidem. Nam protoplastus scientiæ auidus, gestu ligni vetiti lapsus est. Christus vero, quo artem deluderet arte, per crucis stultitiam expoliauit atque triumphauit mundi huius principem, repulit ignorantiæ nubilum, ac tenebras erroris, quibus mundus totus occæcatus erat. Igitur Esa. Habitãtibus in regionibus vmbræ mortis lux orta est eis. Omnia autẽ in lumine manifestantur. Deus, peccatum, mors, infernus, angeli, cum mali, tum boni. Atqui hæc vniuersa in Christi morte mundo innotuerunt, id quod in Apocal. sua Ioannes subindicauit, quando librum septem sigillis obsignatum vidit, quem nemo præter agnum de tribu Iuda exortum soluere potuit. Varia itaque per crucẽ veritatis mũdo hoĩbus angelisque patuit, vt cũ Ioãne simpliciter dicamus, septem in sigillis obsignatus erat liber, quæ ad eũ fere modũ sacrarum literarũ enarratores expendunt, vt sic.

Esa 9. Ephe. 5.

Primum sigillum sub quo latuit hactenus admirabilis ille rerum omnium plastes tectus. Quanquam tametsi ex visibili & cæmentario hoc mũdo philosphi ignouerint, non tñ sicut deũ glorificauerũt, sed euanuerunt in cogitationibus suis: Haud multo secus, multis euenit Iudæis, qui ẽt quidem dei virtutem, tum etiã Messiam agnoscere potuerint, agnitũque colere, interĩ tamen & ipsi queruntur. Vere tu es deus absconditus. Satis ne abscõditus fuit, quãdo ĩ nube, igne serpente, colũna, virga, & aliis id generis inuolucrorũ suã potẽtiã declarauit? Fecit, inquit Dauid, magnalia in Aegypto terribilia: & mirabilia ĩ mari rubro. In deserto quoq; hãc ipsam suã potẽtia multifariã ostẽdit. Ego, inquit, sum deus tuus, qui eduxit te de Aegypto ĩ manu forti. Sint hæc mirabilia, sint potentia, multo potẽti⁹ est quod admiratur Dauid. Qđ admirabile est nomẽ tuum in vniuersa terra. Quod nomen putas? hoc ipsum quod verbum quod logos, quod filius appellatur. Igitur subdit. Minuisti eum paulominus ab angelis, gloria & honore. Et Pau. Nusquã ãgelos ad præhendit, sed semen Abrahæ. Non hoc mirabile & a sensibus humanis alienũ cum sic deiici, illa

Librum septe sigillis obsignatũ, de quo Ioã. ĩ sua Apo. per mortem Cristi esse solutum.

Esa. 45. Psal 15. Exo. 20. Psal. 8. Heb. 12.

minui, adeoque exinaniri, qui cæli terræque artifex est, vt non modo infra angelos se fateatur deiectum, sed etiamnum ipsis vermibus inferiorem & abiectiorem. Vermis, inquit, sum ego & non homo, id est, quidlibet aliud magis me dixeris, quam hominem. Cæterum quamlibet abiectus fuerit, interim tamen vim suam atque potentiam in Pharaonem exerit, interim nostram salutem in fragili carne potentissime efficit, interim sese porro nostræ imbecillitati accommodat, non terret fulgure, non tonitru corruscat, sed blande, sed leniter, sed multa cum pietate, sese nobis insinuat. Testatur id ad Hebræ Paul. Non accessistis ad tractabilem & accessibilem ignẽ, & turbinẽ, & caliginẽ, & procellã, & tubæ sonũ, & vocem verborum, sequitur, sed accessistis ad Syon montem & ciuitatem dei viuentis. Hierusalem cœlestem, & multorũ miliũ angelorum frequentiã moxq; & ad testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionẽ, melius loquentẽ quam Abel. Declarat iisce verbis Paulus. Deũ porro nobis ablandiri per filium suum nolle iam mortem, sed vt resipiscant ad vitam pænitentes, eoq; filium destinasse sese blande, qui comitet insinuet, nõ terreat nos, sed spem ingerat promissionis, & condonationis. Id quod omnium maxime admiratione dignum, deum videlicet immortalem, æternum, omnibus incommodis expertẽ sic deiici, sic abiici, ita demittere seipsum ad nostram miseriam rideri, omnium oculis obiici spectandũ, capi, cõspui, occidi, mori, deniq; omnia sustinere perinde atq; vilissimum mancipiũ morti additum Præclare de hac re. Micheas iuxta dies antiquos, & secundum diem egressionis suæ de Aegypro, ostendam eis mirabilia, videbũt gentes & cõfundẽtur super fortitudine sua, ponentq; manum super os, & aures eorum surdæ erunt. Quis deus similis tui, qui aufers iniquitatem, & transfers peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ? Non immittet vltra furorem suum, quoniam volens misericordiam est, reuertetur, & miserebitur nostri. Deponet iniqtates nostras, & piiciet ĩ profundũ inferni. alii habẽt maris, q̃ oĩa huc quadrãt. Ipse enĩ eduxit nos multo p̃clarius ex miserãda & calamitosa alioqui seruitute, Aegyptiaca, trãsferens in regnũ adoptionis gloriæ filiorum Dei

Ps. 21. Heb. 12 Ezec. 18. Miche. 7

Quo miraculo plures perculsi, digitum ori suo imposuerunt, seque ipsos correxerunt. Reuertetur, inquit, & miserebitur, quasi iam aliquod sæculis longe abierit, alioq; migrauerit. Verbum modo redierit ad nos visendos, consolendos, seruandos, quo vere non solum se Deum, sed etiam clementem, sed misericordem, sed benignum, sed iniuriarum obliuiscentem declarauit, Secundo, cruce alterum sigillum nobis indicatur. Nimirum spiritus illi cœlestes, quanquam CHRISTI morte non sint seruati, & vtpote antea gratia roborati, fœlices fuere, ac pei beati, multo tamen familiarius erga homines se post cruentem Christi mortem ostenderunt, quam antea. Exemplo sit IOANNES in sua Apoca. qui volens angelo deferre honorem audiuit. Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum Prophetarum, & eorum qui seruant verba prophetiæ huius. Quo collige, nonnihil etiamnum ad angelos pertinere nostram salutem. Nimirum qui se conseruos nostros vocant. Atqui nos per crucem, serui Christi facti sumus, Christoque inauthoritati, & insititii facti, accedit, angelos tam solicite Christo officiosos fuisse, vt nato multo cum tripudio cantauerint gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, eique in deserto seruiuisse, ac deinde dum in agonia esse positus, iamque impendens inspectaret discrimen, non defuisse legitur angelus, qui illum patris nomine solaretur. Quin Esa.33. credimus, cum iam sæuam mortem obiisset, angeli pacis amare fiebant, Non quod tristitiæ ac mœroris affectu permoueantur immortales illi ac inde mutabiles spiritus, sed quo suo domino, vt par erat, famularentur, & obsequio essent etiam morienti. Cuius etsi morte non sint seruati, est tamen horum ruina, vt bona pars testatur scripturæ, instaurata, per eos qui æternis sedib⁹ inserendi sunt mortales, atque electos homines. Ob id in euangelio Christus. Gaudium est angelis in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente. Eoq; etiam opinor tendit, quod angelus descendit secundum tempus de cœlo, mouebatq; aquam, & sanabatur vnus, Quo nomine Christi passio recte intelligi potest, qua loti sumus, abluti, & ab omnibus iquinamentis

Marginal notes (left margin, in order): Sigillũ secundum. — Apoc.22 — Luc.2 — Esa:33 — Luc.15. — Ioan:5.

tis expiati atque purgati, modo nos ipsos huic ingeramus, perque sacrū baptisma inferamur. Eo quoque & illud pertinet, quod mirabūdi angeli occursitant triumphatori Christo atque occinunt quasi encomium, victoriæ & Io. triumphe. Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Esa.63
Bosra? iste formosus in stola sua, & reliqua. Ad idem est illud Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis & potēs, dominus potens in prælio. Ps.23.
Stupent enim eam naturam quæ illis absimilis, nobis vero simillima est, supra astra tolli, sedere ad dexteram patris revereri ab omnibus, gloria & honore aliisque ægregiis dotibus adornari. Omnia huic subiici & subdi & q̃ inferne, quæq; superne prostāt, id quod Ps 2
multis verbis ad Philip. ait Paul. In nomine, inquit, Iesu omne genu flectatur, cœlest. terrest & infer. Innotuis igitur āgelorū dignitas, innotuit sedulitas, officium, & erga tuos amicitia quædam per Christi mortem, cui adfuisse plerosq; nemo est qui ambigat. Sunt enim omnes administratorii spūs, missi propter eorum, qui salui fiēt, salutem, eoq; olim Heb.1
ministerio angelorū lex Mosi obtigit, ꝓphetæ vaticinātur Gal.3.
ædūt oracula, prædicunt futurā populi liberationē. Cui (vt dignū erat) ad extremum vsque inseruire atque obsequi volebant, nō igitur frustra angelorum officium Christo vel nato vel tētato, vel triumphanti insumptum est. Qui enī legis initiis adfuere, debuerūt & finē & legis summam, quæ Christus est contēplari. Adstāt triumphāti, gloriātur gloriosa morte domini, quāquā & malorū dæmonum & hominum quoq; pessimorum indoleant artes, ingratitudinem, vicesq; pessimas. Quippe qui sic nequiter dominum gloriæ contemnunt, spernunt, rident, occidunt, id quod mox dicemus. Tertium, quod aperitur per crucem sigillum, est mali dęmonis astutia, simulq; ars, & dolus, deniq; imposturæ omnes, qui misero mortaliū generi pessime imposuit. Nemo enim hactenus potuit certius aperire, certiusq; ob oculos ponere Satanæ illius mille artes, quam iis qui ars & sapientia increata patris, quam nemo fallere potest, nemoq;, vt qui sit arcanorum scrutator, etiamnum fraudis & doli, & omnino omnis vafriciæ examinator, imponere potest, seu hominum ille sit, seu dæmonum. Quanquam serpens ille tor-

Tertiū sigillum.

tuosus, multa caliditate, olim Adamũ nostrũ deceperit, sed terrenũ, sed mortalẽ breui futurũ, nõ tamen potuit secundo Adamo, eatenus imponere, nõ hũc fallere quiuit. Huc pertinet quod abs behemoth q̃rit dñs. Nũquid extrahere poteris
Iob. 40. Leuiathã hamo, & fune ligabis linguã ei⁹? perinde atq; diceret hoĩ quidẽ morti, pc̃tõq; obnoxio, impossibile fuerit Draconẽ hamo capere, fune ligare, aut vncino apprehendere, furorẽq; cõpescere. Verũ id potẽtiæ & artis Xp̃o accæptum ferim⁹, qui huic carnem hamo diuinitatis obuoluẽs, atq; obiiciẽs, arte quadã extrahebat, & e mortalium pecto-
Esa. 37 ribus educebat. Ponã, inquit, circulũ in naribus tuis, & frænũ in labiis tuis, & reducã te per viã qua venisti, id est, cõterã caput tuũ, ligabo quoq; & manus & pedes, idq; in cruce. Neque enim est labia victoria celebrior, quãque paratur passione. Igitur præmisit Iob. In oculis eius quasi hamo capiet eũ & in sudibus perforabit nares eius. Cæpit lubricũ illũ Leuiathan hamo, carnis videlicet imbecillitate, quam vbi deuorare porro contendit hamo diuinitatis depræhenditur, sudibus crucis, id est, suis ipsius armis, propriorque gladio, peccato, morte, cruce vincitur. Ruit in propria spicula hostis, & qui in ligno vincebat, in ligno quoq; victus, spoliatus ac confossus est. Superatur ligno exiguo, qui edi iussit de ligno vetito. Superantur autem vincente Christo, quo cum illi nihil commercii, nihil contagii fuit. Solus enim hic potuit, qui solus filius gratiæ, non iræ fuit, qui
Ioan. 14. solus innocens, solus sine noxa fuit. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Id gloriæ nulli cessit. Ideoq; satis idoneus agnotheta & peccati, & mor-
Iob 40. tis, & Satanæ fuit, Iam, inquit, Princeps mundi huius, qui fiduciam habuit quod Iordanis influeret ori eius, totumque genus humanum sibi inescaret, eiicietur foras, iam iudicatus est. Iam enim palam traduxit eum per crucem, & exenterauit omnes fallacias, & nequissimas artes. Vidit IOANNES angelum descendentem de cœlo, & appræhendit Draconem, qui est diabolus, detrusitque ad Barathrum. Quin etiam dedit spem suis vincendi, additque robur expugnandi, modo fide tantum bonum arripiamus. Ante CHRISTI crucem totus mundus varia

erroribus occæcatur, periclitabatur, atque ad Satanæ imperiũ pendebat, vbi vero is erectus esset & sublatus in sublime non tam mundum ab errore, quam aera ab immundis spiritibus, sua luce purgauit, ob id haud iniuria totius mũdi se lucem quandam asserit Ego sum lux mundi: Et quandiu sum in mũdo, lux sum mũdi. Antea tenebras obfuderat miseris mortalibus cacodemon ille, dũ in multã & perniciosum superstitioné multos induxit, eoque multos iugulauit, ac plane in seruitutam redegit, vbi vero venit fortior eo ac potentior, nos tam fortitudine, quam prudentia vsus est, intulitq; omnia spolia & anna quibus confidebat. Id quod in Euangelio testantur, velint nolint, Dæmones, quãdo ita exclamant. Quid nobis & tibi Iesu fili Dei: venisti ante tempus torquere nos? Verum de is alias pleraque multa Patuit hoc sigillo & infernus ipse & cahos illud profundum, vt alias fusius. Quartum ex ordine sigillum, dignitatem in se animæ complectitur, quæ quanquam ex operationibus vitalibus (ita enim vocat Aristoteles) cognoscatur, sunt tamen adhuc & alia quædam aduentitia, que nos proprie inducunt ad cognoscendum quid sit anima, quid spiritus, quid caro, quantique æstimetur apud DEVM optimum maximum. Quæ vero præcipuum locum obtinent, ea sunt Dei erga nos clementia, quaranti nostras animas fecit tamque magni pendit, vt nec sibiipsi pepercerit. proprio enim Filio suo non pepercit DEVS, sed pro nobis omnibus misit illum. Nobis, inquam, non sibi, non angelis, nõ quibuslibet animantibus & brutis. Misit inquam ac tradidit naturalem suum & vnicum Filium nobis. vt ipso viueremus, qui nostra culpa, ipso nos perdidimus. Perditio tua ex te est o Israel, tãtummodo ex me salus tua. Interiit anima suo malo, quo ad bene esse gratuitũ, reuixit vero Christo authore, eodem esse recuperato, quod perdidit. Imo si Paulo credimus, abũdantiore parto. Si enim vnius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei & donum. in gratia vnius hominis Iesu CHRISTI in plures abundauit. Atque id est, quod ait CHRISTVS: Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. Quo colligimus quanti sit anima nostra pendenda quã tãtopere, tamq;

[Margin notes: Ioan. 9 — Ibidem, 8 — Matt. 12 — Ibidem 8 — Sigillum quartum — Rom. 6 — Osee. 13 — Ioan. 10.]

solicite Deus pater per filium suum curauit, reuocauit, ac instaurauit, planeque suo genuino architypo ad similã reddidit, a quo se suo vitio abalienauit. Eoque duplex incommodum incurrit, alterum mentis cæcitatem quandam, & veri equique ignorationem, quæ tamen nõ ex æquo oẽs, sed alios plus alios minus inuaserat. Gentes fere oẽs porro occuparat, inq; varios & eos etiamnum nefandos errores vsque adeo deiecerat, vt simulachris, portentisque eum (qui summa veritas colenda erat) honorem impenderent. id quod
Rom. 1. Rom 1. abunde plusquã colligit Pau Et ad Ephe. Non am-
Ephe 4. buletis sicut gentes ambulant, in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a via Dei per ignorantiam. Cæterum Iudæis, etsi lege sua innotuit Deus (per legem enim cognitio peccati) non parum tamen multũ ignoratiõis accidit Id quod multis verbis epistola ad
Rom. 11. Ro. probatur. Quod enim quærebat Israel, hoc non est consecutus, electio autẽ est consecuta, cæteri vero excæcati sunt sicut scriptum est. Dedit illis deus spiritũ compũctionis, oculos vt non videant, aures ne audiant Et mox cæcitas ex
Ibidem. parte contigit in Israel. Denique quotquot erant ex primis illis parentibus propagati, in meridianam impegerunt lucem, misereque palpauimus manu. Omnes enim inutiles
Psal. 13. facti sunt, & diminuta est veri notio in filiis hominũ, vsque adeo iumentis simillimus euaserat insipientibus is, qui Dei cupidus erat notionis, suggerente callidissimo Serpente.
Gene. 3 Eritis, inquit, sicut Dii, scientes bonum & malum, Alterum deinde incommodum inuaserat voluntatem, adeoque hanc extra suos limites extruserat, vt non nisi noxia appeteret, idque dilligeret, quod assecutum sui secum & pœnitudinem & turpitudinem adfert. Male enim omnes afficimur variisque huc atque illuc impellimur adfectibus. Laxat alius frœna libidini, alius cupiditati patet, alter ambitione turget, sunt qui aliis vitiis corrupti sunt, non secus, quã ante
Geñ. 6. generalem cataclysmum, dum omnis caro corruperat viam
Psal. 13. & suam. Et non est qui faciat bonum, ne vnus quidem, inquit
Rom. 3. Dauid. Quin & carnẽ ipsam, malum quoddam non ferendum inuasit, id est, tyrannis ipsam carnem porro iugulans,
Rom. 7. ac miseræ seruituti subiciens. Queritur hoc Paulus, Non

habitat in me bonum, hoc est, in carne mea Et caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus aduersus carnem Sentimus miseri cæcitatem nostram, sentimus voluntatis peruersitatem, & propensissimum in omnem turpitudinem studium, deinde & carnis experimur incendium, domesticum videlicet hostem qui penetralia nostra interturbat, nosque ad malum solicitat, inuitat, illicit. Cæterum, omnis hæc calamitas animæ imperium sustulit, animam occæcauit, dementauit, ac plane occidit. Anima enim quæ peccauerit ipsa morietur. Venit Christus, restituit animæ vitam reddidit pristinam dignitatem, aq; suo Euãgelio collustrauit, vt cerneret quo pergendum illi, quidve eligendum quid amplectendũ, quid vitandũ, qua etiamnum lege caro domanda, id est, per crucem, Animalis enim homo non præcipit quæ sunt arcana crucis, sed spũalis is amplectitur is in eo libro noctes atq; dies versatur, vt seipsũ agnoscat, qualis sit per naturã, quã turpis euaserit suapte culpa, quo authore redierit in gratiã seruatur sit ad vitam, Est autem crux ipsa (etiamsi stulta sit, si nubila videatur, & obscura) lux ipsissima, quæ mundum illuminat, animamq; veritatis notione illustrat, affectus etiam nostros ad se rapit, cogit, carnẽ plane necat Ego, inquit Christus, si exaltatus fuero a terra, oĩa traham ad meipsum. Hactenus traxit nos nostra voluptas, illexit libido, ambitio, liuor, vbi vero mortu' est Christus, trahimur ad caput nostrum, quemadmodũ testatur ipse Vbicumq; fuerit corpus, ille congregabuntur & aquilæ Sensit id in Canticis amatoriis sponsa. Oleum, inquiẽs, effusum nomẽ tuũ. Et, Trahe me post te, cur. &c.

Gala 5 · Ezech. 18 · 1. Cor. 2 · Ioan 12. · Luc. 17. · Cant. 1

Quinto sigillo prodit peccati indignitas atque grauitas. nihil enim peccato grauius, nihil indigni', nihil magis diuinæ voluntati pugnans, id quanquã multis & scripturis, & exemplis cõstet, sitq; satis exploratũ solo peccato nos auertia summo & optimo bono, atque ad fluxas caducasque & fœdas libidines labi, rapi, conuerti, satis tamen per crucem eius indignitas, magis atque magis in aprico posita est. Ignorabatur antea, & quasi mortuum in nostris membris delitescebat, nec multis iudicabatur. Nõ enĩ magnifecimus offensam dei, quanquã infinitæ sit malitiæ. Venit Christus

Quintum sigillum.

2.Cor.5 traduxit ipsum peccatum palam, omnibus eius malitiam
Roma 8. in proprio declarans corpore, factus pro nobis peccatum,
& habitu, & facie tenus, peccatoris laruam præ se ferens vt
Iob.9. iugulari sub propria peccati specie possit ad ipsum. Antea
enim nemo erat qui nos recóciliaret Deo, & vt Iob recte
ait, qui manum inter vtrũque poneret, cui subinde peccati
Ephesi 2 sæuitia, ferocitas item & malitia porro cognita esset, venit
Coloss 2 caduceator noster Christus, qui est pax nostra, i qui fecit
Ioã.1 vtraque vnũ, tollens, peccatũ & affligẽs illud cruci. Ecce,
Esa.53 ait Ioãnes, agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi Et Esa.
Ipse peccata multorũ tulit, & vt Petrus addit, Qui peccata
1.Pet.2 nostra ipse pertulit in corpore suo semper lignũ, vt peccatis
mortui iustitiæ viuamus, cuius liuore sanati sumus, Nemo
potuit hoĩm, nemo angelorum, lege data, & stante diuino
decreto, æs alienũ, quo obstricti eramus, remittere, nemo
obligationẽ & decreti syngraphũ tollere, delere nosq; miserandos
a seruitute eripere miserãda, nisi qui peccatũ non
fecit. nec inuentus est dolus in ore eius. Hic tulit medio audacter
ac intrepide affligens illud cruci, quo esset spectat'
ab oibus Offensus enĩ erat nostris malis misericors Deus
summa maiestas, & infinitũ illud bonũ, adeoque alienatũ
a nobis numẽ clœste fuit, vt porro videremur neglecti, &
speri, porroq; contempti Tulit hanc infinitam offensam
Christus sua morte, reconsiliauitq; nos clæmentissimo
1.Ioan.2 patri. Ipse enim est propiciatio pro peccatis nostris, non
pro nostris autẽ, tantum, sed etiam pro totius mundi salute.
Coloss.2 Sed quo modo tulit? qua arte inquã? seipso, adeoq; crucis
stultitia sustulit, quo aduersum nos erat chirographum
damnationis. Tanti enim erat oneris, tam gestatu difficile,
vt nõ modo hoĩes eius grauitatẽ & pondus, sed ne cœlum
Esa.14 quidẽ ferre potuerit, Simulatq; enim lucifer deliquerat,
Gene.3 eiectus est a facie Dei, & e paradiso Adamus. Quorum
alter in irrecuperabilem incidit casum, alter solo mediatore
Matth.1 & seruatore nostro Christo seruatus est. Ipse enim saluum
fecit populũ a peccatis suis. Ipse retulit errantẽ ouiculã
Heb 9 ad caulas domini Ipse saucium hoĩem propriis humeris
gessit in diuersorium, deniq; ipse in ligno crucis, multorũ
exhausit peccata, quantũque ad se pertinuit pro oĩbus

satis fecit, vt nemo iam desperare possit, nemo perire, nisi incredulus fuerit, & tanti beneficii ingratus, seque ipsum perdat, vt iis factitant, qui neq; fide tantum bonũ arripiunt neq; bonis operibus ambiunt. Huc multa de legis imperfectione, quæ peccati tyrannidem, & legis sufficientiam declarant, adduci possunt. Neminem ad perfectũ adduxit lex, imo per legem, etsi cognitio peccati fuerit, non tamen peccati interius & damnatio. Operibus enim legis non iustificamur, sed fide in Christũ, nulla legis sacrificia nullæ victimæ, non vllæ cæremoniæ satis pro hominũ peccatis facere potuerũt, solus Christus est propiciatio nostra. Aggressus est hic peccatum ipsum, vicit non tam hoc, quã huius authorem, quo intrauit in orbem terrarũ, in seipso vtrunq; mortificans, imo & legem ipsam sepeliens. Vos inquit Paulus, mortificati estis legi, per corpus Christi, vt sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit. Scripsit multa de hac re Paul⁹ Romanos & Hebræis. Sexto sigillo aperta est mũdi fallacia, & fugax gloria, potissimũ infanis illatrias quam Ioannes appellat cõcupiscentiã oculorũ superbiam vitæ, & carnis concupiscentiam, iis enĩ organis malus ille dæmon vtitur ad hominũ deceptionẽ, multis modis imponit multis. Capit hũc voluptas illum pecuniarum cupiditas, alterũ libido, aliũ alia vitia irretiunt. Cruce vero omnia hæc (vt paulo ante diximus) explanata sũt, & porro expuncta Obiecit Christus diuitiis rerũ inopiã, dũ hinc abiret, mortemq; oppeteret, dicens per Iob. Nudus egressus sum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc, huius recordari præcipit per Hieremiã. Recordare paupertatis meæ, absynthii & fellis Huc pertinet qđ Paulus ait: Scitis gratiam dñi nostri Iesu Christi, qui cum diues esset, propter nos factus est egen⁹, vt illius inopia ditaremur, Tam enĩ extremæ fuit paupertatis. siquidem omnia expenderimus, vt ne locum haberet, vbi caput suum reclinaret. Nolo altius hæc repetere, satis est mihi Christum nudum semper inspectare, sitientem quoque ac spoliatum vestibus intueri. Hac arte diuitiarum stimulos trucidat, docetque non esse illis fidendum, sed quod Dauid ait: Diuitiæ si affluunt nolite cor apponere. Obiecit carnis illecebris sputa, sitim,

Hebræ. 7.
Rom. 3.
Sap. 2.
Rom. 7.
Sigillum sextum.
Iob. 1.
2. Cor. 8.
Math. 8.
Psal. 61.

famem lachrymas vitæ austeritatem, victus frugalitaté, afflictiones multiiugas, vigilias, deniq; proprii corporis contemptum, quando sola animi constantia, inter omnia incómoda, semper se melior & constantior euasit. Non fregit hunc horror mortis, non sputa Iudæorum, non flagra non capiti impositum spineum diadema, non claui quoque Genas meus, inquit, non auerti, neque faciem ab increpantibus & conspuentibus in me. Num tibi hæc videntur argumenta aduersus hominē seipsum negligentē, imo & in discrimina præcipitantē sese, adeoq; suiipsius contemnentem? Testatur alicubi Hiere. dedi dilectā animam meam in manus inimicorū meorū. Id si quis alius maxime Christus de se gloriari potuit. Is enim & vitā & corpus ipsum quamlibet sanctum in medios hostium cuneos coniecit, quo doceremur nullam prorsus vel saltem minimam corporis curam esse habendā, sed potius subiiciendū spiritui, redigendum flagris, inedia, siti, afflictione, in seruitutem spiritus. Qui enim Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Et item alibi PAVLVS: Non igitur regnet peccatū in vestro mortali corpore. Non dixit non sit in vobis peccati tyrānis qui vos exercitet, sed ne regnet, ne dominetur vobis si animū solicitauerit. Obsistite per Christi crucē, perq; mortē ipsius quā ob oculos oportuit esse positam, vt imitari possitis. Et alibi: Mortificate mēbra vestra quæ sunt super terrā, iram &c. Aduersus vitæ superbiā, mūdique gloriam. Christus crucis obiecit ignominiam, propriiq; nominis & honoris infamiam. Nemo vnquam tam inglorius obiit, quā Christus, nemo sic humiliatus sic contemptus ita ab omnibus ludibrio habitus est, quam ille qui candor est lucis æternæ, in quem angeli spectare desiderant Eapropter radici de terra sitienti exortæ comparatur. Et ascendet, inquit Esayas, sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti Non est ei species neq; decor Et vidimus eum & non erat aspectus & desiderauimus eum despectum & nouissimum virorum. Ad hæc PAVLVS. Qui cum in forma dei esset, non rapinam ar. sequitur. Humiliauit semetipsum formam serui accipiens, factus obœdiens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Non satis erat

Esai. 50
Hiere. 12.
Galat 5.
Roma. 6.
Coloss. 3.
Sapie. 7.
1. Pet. 1.
Esa. 53.
Philip. 2.

Christo corpus mactare, nisi & spiritũ & animam ipsam in potestaté hostium dederet,. Multi sunt qui diuitias contemnunt, quod Socrates fecit, multi qui corpus, quod Romanorum plerique, propemodum pauci, qui seipsos. i. animam mactent, ac propriam, voluntatem ad alterius nutum & renutum exigant Igitur Christus · Qui amat animam suam perdet eam, id est mortificet se non tam corpore, quã spiritu, solũque ex alterius sententia pendeat. Id ita pstitit Christus, vt nihil supra. Non inquit, veni vt facerẽ voluntatem meã, sed eius qui misit me: Et meus cibus est, vt faciã eius voluntatem qui misit me patris Quanta id animi promptitudine præstiterit, anxia illa oratione docemur, qua patrem orauit, vt non sua, sed patris voluntas fieret, prætulit hanc saluti propriæ, modo prodesse multis possit. In capite libri, ait Dauid, scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam. Deus meus voluit, Id est, tibi obsequi volui, non meis, neque priuatis commodis seruire. Non igitur magni refert si domum, si parentes, si diuitias quoque ac caruis illecebras a tergo relinquas, nisi etiamnum, tibi ipsi renuncies, Id vbi feceris, non miraberis gloriam mundi, non honoré, non dignitaté, non vllas voluptates, præter eas, quas crux suppeditat, desiderabis. Verum de iis satis superq;. Postremũ, quod in ordine septimũ, & summũ existit sigillum cruce retectũ, est æterna illa beatitudo, qua sola fœlices sumus quæ ante crucé, & si multis cognita fuit, nullis tamen patuit. At qui in cruce ianua, foresq; oẽs aperte sunt. Testis est Christus pollicens Latroni, Hodie mecum eris in paradiso. Qui enim ascendit crucem, ipse est qui descendit primum quidem in inferiores partes terræ, vt adimpleret omnia. Et Micheas. Ascendit iter pandens ante eos vt videlicet nisi repaguli esset, quo rememoraremur a cœli ĩgressu. Ascendit ipse crucem, vt nos per hanc, ceu scalam Iacob conscenderemus cœlum. Præ foribus paradisi legimus rompheam versatilem positam, quo significari volunt crucem, per quem si deliciarum ortum, locunque voluptatis ingredi volumus, oportet carnem crucifiger imitatione Christi. Oportuit enim pati Christum, & ita intrare in gloriam suã. Via ad cœlum vna est, & ea quidem rara, ac stri-

Ioan. 12.
Ioan. 6.
Ibidẽ. 4.
Matt. 26.
Psal 36.
Sigillũ septimum.
Lucæ 23.
Ephe. 4.
Miche. 2.
Genesi. 3.
Lucæ. 24.

cta, paucisq; arridet, velis tamen nolis, hac pergendum est,
2.Tim.2. si in gloriam euehi ambis. Si inquit Paulus, compatimur & conregnabimus, si conscendere astra voles age bonæ in crucem antea conscendas, in hac deliciæ reconditæ sunt plus quam Sybariticæ, in hac hemetium illud mel, & fructus e-
Cantic.2. ius, inquit in Canticis sponsa, dulcis gutturi meo, eoque
Roma.9 subdit. Ascendam ad palmam, & apprehendam fructus. Quem fructum? eum nimirum de quo PAVLVS. Nunc vero liberati a peccato subaudi, per crucem, serui autem facti deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam. Stipendia enim peccati mors, gratia autem dei vita æterna, per Iesum Christum. Atqui hic fructus, hicq; finis nusquam melius nusquam certius, neque commodius quam in cruce apprehenditur, si in hanc conscenderis affectu pietatis, si in hanc, totam fiduciam reposueris, Idest, quod Paulus Christum testatur esse pontifi-
Hebræ.9. cem futurorum bonorum, tabernaculum longæ præstantius, longeq; augustius proprio sanguine instaurasse, per proprium. inquit sanguinem introiuit in sancta, æterna redemptione inuenta.. Et alibi. Nos vero reuelata facie glo-
2.Cor.3 riam domini speculantes, in eandem imaginem transformamur, a claritate in claritatem, tanquam a domini spiritu. Nihil non per crucem reuelatum est, si intus rem animaduertas, Deus, Christus, homo, spiritus peccatum, mors Satanas, infernus, lex. Euangelium, gratia, gloria, denique & cærimonia omnis veteris testamenti, & quicquid erat vel boni vel mali. Iustissimo itaq; iure dixi hanc esse librũ vitæ, altissimi testamentum, pactum, fœdus, & veritatis omnis agnitionem. Sed iam hanc ob oculos depingamus, vt eo firmius amor Christi mentibus nostris infigatur. Oro interim vos præclarissimi auditores, vt si vnquam vos attentos exhibuistis, huc attendite animum vestrum, studia vestra. Non enim abs re exclamat inter anguores chri-
Thren.1 stus. O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor similis, sicut dolor meus, quem non ob mea crimina, quæ nulla designaui, sed ob vestram salutem volens suscæpi Aspice, inquam mortalis quia tu mihi caussa doloris, tua me peccata torquent, tua flagellant vitia,

tua incredulitas cruci affigit. Nihil est a me sceleris admissum, tu impie, tu nequiter, tu turpiter ægisti, & ego luo. Ipse enim vulneratus est propter scelera nostra. Proinde nolo curiosas dinstinctiones expectetis, historiam simpplicẽ enarrabo, nihil etiamnum morabor, locos certos & numerũ capitũ, sed id agã, vt ex ordine referã, quid quatuor Euangelistæ de Christo moriente scripserint, auspicaturus ab eo loco, quo ait Ioannes. Egressus Iesus & cæt. Reliqua enim satis, alias a me dicta sunt. Dixit enim quo animo Christus passus est, dixi qua occasione traditus sit, de proditiõe igitur atq; de cœna hactenus pleraq;, quid aliud quã vt passionẽ audiamus impræsentiarũ? eo enĩ conuenimus Audiamus in quã, non frigide, sed flagrãti, sed vigilãti aĩo. Sũt enĩ pleriq; multi, qui nullo cũ fructu, multa de Christo, & audiunt & legunt, ædunt subinde suspiria illachrymant. Verũ si ex aĩo hæ lachrymæ æderentur, inquit Bernardus, non iam facile in risum soluerentur. Compariuntur Christo vt innocenti homini. vt iusto atque optimo vero, ad earum mulierum similitudinem, quæ Christum de Hierusalem flendo, sequebantur, ab ipso ad monitæ, vt seipsas liberosque proprios flerent. Quorum deuotio & si omnino non possit esse impia, non tamen est perfecta. Alium oportet huc adferas affectum, Nempe fidei, & ardentissimi amoris, vt videlicet intelligas tibi CHRISTVM mortuum tibi cæsum consputum fatigatum, Nobis enim non sibi laborauit, id vbi fide intellexeris, iam ipse vna moriale: Ita Paulus, Mihi absit gloriari nisi in cruce domini. Et mihi viuere Xp̃s est & mori lucrũ, Vbi vero aĩaduerteris tui caussa pati Xp̃m, caue ne gradũ figas, age, perge, adeq; ipsius caussa originem perpendito Id dũ facis, inuenies esse turpissimam mortis & iniustissimam caussam Nẽpe peccatum, neq; enĩ alia ratiõe Xp̃s passus asseṙtur, quã ꝓpter alienã noxã, ꝓpter alienã culpã. Id q̃d Pau. nõ vno loco sed multis agit Sed iam agnothetæ nostri palestrica certamina ob oculos ponam⁹, ait enĩ Ioan. & cæteri quoq; succinunt Mat. Mar. & Luc. quorũ nos verba, ponem⁹, Neq; enĩ pudet verba miscere, quorũ eadẽ mens, idẽ animus existit deniq;, qui eandẽ, eisdẽ fere verbis tractãt rẽ: eandẽq; cõscribũt historiã.

Esa. 53
Luc. 23
Gal. 6.
Philip. 1.

Egressus est autem Iesus cum discipulis suis, secundum consuetudinem in montem oliueti.

Recte ait Luc. hūc egressū secūdū cōsuetudinē. Solitus enī erat ī orōnibus nocturnis durare, fugere populi applausum id qđ & nos obseruemus oportet. Nō sunt hūanæ enī laudes aucupādæ, si mercedē apud deū repositā volumus. Tu cū oraueris, ait Xp̄s, ītra in cubiculū tuū, & clauso hostio ora patrē ī abscōdito. Secedēdū itaq; a turbis, & nocte p̄sforibus excubiæ sunt obseruādæ. Maxime vero ad Oliueti montē, quē Xp̄s cōscēdit, vt hic oleo miæ dignemur, & īfluat in nos dei gratia, q̄ optimus est liquor medēdis vulneribus nostris. Oleū enim effusum nomen tuum, ait Sponsa.

Secreto. orandum

Mat. 6

Cant. 3

Tunc dixit illis Iesus, Oēs vos scandalum patiemini ī me in ista nocte. Scriptum est enim, Percutiā pastorē, & dispergentur oues gregis. Postquam aūt surrexero præcedā vos in Galilæam.

Prædicit Christus discipulis, quod passuri sunt, vt post euētū nō desperēt, sed pœnitentia liberentur. Quod vero dicit, Scandalū patiemini, tantundem est, ac si diceret, Omnes impingetis in me lapidem offensionis, & petrā scandali, verū, erit aliquando vobis, si resipueritis, spes veniæ apud clemētem patrem reposita, quocirca nō est despondendus anim⁹, quod vero adducit Zachariæ oraculum Hiero. ad Pammachium de optimo genere interpre. bifariam tractat, semel vt sit prophetæ rogantis, vt pater percutiat pastorē, tum ita legendū erit, Percute pastorē, mire enim viri sancti optabant sui liberationem, eoq; præcabantur ostende nobis salutare tuū, Et, mitte quem messurus es. Dein, & in dei personam conuenire posse testatur, percutiētis, & gladium suum alloquentis, atq; ad eum modum. Mat. Hoc oraculo vtitur.

Zach. 13

Psal 84

Respōdēs aūt Petr⁹ ait illi, Et si oēs scādalizati fuerint, ego nūquā scādalizabor. Et ait illi Ies⁹, Amen dico tibi, quia tu hodie in hac nocte priusquam gallus bis vocem dederit, ter me es negatur⁹. At ille amplius loq̄batur Et si oportue-

rit me simul cōmori tibi, nō te negabo. Similiter autē & oēs discipuli dixerūt. Neq; petrus, neq; cæteri discipuli vndecim (abierat enī iā proditor Iudas ad principes populi) mēdaciū cōmittebāt, neq; temeritate loquūtur, sed ardēti amore accēsi i Christū, propriā ībecillitatē, & verborū dei infallibilē euētū. ob oculos ponere neglexerūt. Sed mox rei euētus pbauit eos esse fragiles, ac ad resistendū infirmos. Sic vsu euenire solet iis, qui viribus ppriis putāt sese posse victores vitiorū euadere, cū interim ex sola gratia pēdeāt. Nō ego in. qt, Paulus, sed gratia dei mecū 1. Cor. 15.

Et ibat trans torrentē Cedrō in mōtē oliuarū, secuti sunt aūt illum discipuli. Tūc venit cum illis in villam cui nomen Gethsemani, vbi erat ortus in quem introiuit ipse & discipuli eius.

Gethsemani vallis pinguedinū dicitur, & ad radices montis olíueti, au thore Hierony: ī locis, recteq; cōuenit futuræ pugnæ. qua Christos vt hostā triplicē vinceret, seipsū morti dedit. Morte vero Xpi pinguescūt aīæ nostræ atq; saginatur. Dauid, Sicut adipe & pinguedine repleatur aīa mea. Pinguis enim est panis Christi, & præbens delicias psal. 62

Et cū peruenisset ad locū dicit discipulis suis, Sedete hic, orate, ne intretis in tētationem, donec vadā illuc & orē. Præmunit eos atq; aduersus iāiā impendentē pugnam obfirmat, docetq; quibus armis in afflictionibus Christiano militi vtendū sit. Arma enim nostra nō carnalia sunt, sed spūalia. Potētia deo, inquit Paulus. i. præcationes in deum directe, quibus & visibiles facile & in uisibiles quoq; superabimus hostes, si modo in fide, vt Iacobus pcipit postulemus. Et Christus, Quicquid petieritis in noīe meo, credite, quia accipietis. Credēti enim oīa sunt possibilia. Et itē Ioā. Hæc est victoria nostra fides nostra, si videlicet adsit dilectio, adsit, ingens erga deum desideriū, deinde & cōstātia animi. Nō enim mox te, ad tua vota, proq; tuo arbitratu e mediis ignibus eripit Deus, sed dissimulat spectās fidē, cōstātiāq; hoīs, viriliter agitur age & expecta dnm, & cōfortetur cor tuū. Aderit dum non expectatur 2. cor. 10 Iaco. 1 Mar. 11. Mar. 9

Psal.26 aliquoties,fit tibiipsi nō desis,si instes,si vrgeas,si ianuam
Ibi.104 nō patētem pulsaueris, Quærite dn̄m,ait propheta,q̄rite faciem ei⁹ semper.& cōfirmamini,pete vero ne indicaris in p̄-
1.Cor.10 cipitiū,neue te permittat tētari,supra id quod ferre possis.

Et assumpto Petro,& duobus filiis Zebedæi Iacobo & Ioāne secum cępit pauere,& tędere cōtristari & męstus esse. Tunc ait illis. Tristis est anima mea vsque ad mortem.Sustinete hic & vigilate mecum,ne intretis in tentationem.

Solent multi se hoc loci torquere,multasque voluntatum distinctiunculas cōminisci.Quarū alias apud magistrū sententiarū dis.17.li 3.alias apud Scotū cōperies.Ego paucis dicā multa,pro auditorū ædificatione & captu. Scio eñ nō oēs in Chrisippea illa palæstra,& Scotea Scolla exercitatos,qui p̄sto sunt,imo plærosq; has quasi nænias & īanissimas strophas exorrescere,negligere,nauseare, eapropter, more scri-
Psal.101. pturæ,dicā Christū bifariam considerari in passione,semel
Iacob.1: vt deū oīs affectus hūani expertē.Neq; eī eius statura,qui sēper idē ipe est,& apud quē nulla est trāsmutatio,nec vicissitudīs obūbratio,variis agitari & duci pōt affectib⁹, neq; tristitia,neq; dolore perinde vt hoīes, affice.Sēper eī eodē tēdit,eodē ī statu manet,durat,ēt dū irasci dicitur,mutari, pœnitere.Qn̄ quidē ipsius vita cū ęternitate mēsuretur,motibus eiuscemodi nō est obnoxia,vt nos miseri mortales sumus,nūquā dū viuimus in eodē statu permanētes,sed mō
Iob.14 huc,mō isthuc īpellimur Ego īquit,de⁹ & nō mutor.Et Mo
Malac.3 si dicit,Ego sū q sū. Id quod ī solā diuinā cōpetit naturā,
Exod.3 test.Aug.imo ipso qui ait.Hoc ē nomē meū.Qui est na.misit me,quatenus xp̄s.Deus est, neq; tristatur neq; mœret, neq; vllis passionibus obruitur. Cæterum,altero modo cōsideremus Christū,nēpe vt eū qui formā serui suapte spōte suscæpit,& eiuscemodi formā,qua nostra incommoda sentiret,quave cōpateretur.Hoc est quod docet Paulus,Exinaniuit semetipsū,forma serui sumpta, factus in similitudinē hominum,& habitu,ceu figura repertus vt homo. Hoc est,
Philip.2 deus erat natura,interim tamen nobis seruiuit, vt seruus, nihil cōmodi,nihil gloriæ aucupans,sed nostrā vbiuis vti-

litatem & saluté ob oculos ponés. Id quod erat liberale & maxime gratuitũ ministeriũ nullis vnquã vt par est a nobis pensandum benefactis, factus etiamnum in similitudiné hominum, vt quilibet alius obscuro loco natus, adeo se demisit ac deiecit, nihil præ se dignitatis, nihil potétiæ, nihil opũ ferés, vt alius quisq; humilis & abiectæ fortis homũtio, sed nec id satis erat, habitu ac forma iuuentus vt homo, doluit enim, tristabatur, frigebat, mœrebat, ac porro aío rõneq; ob nostra pctã cõfundebatur, perturbatur. Quo simul hũanæ naturæ declarauit veritaté, aduersus hæreticos, qui idipsum inficiabantur. Verum nõ dominabatur illi vspiam, vlla tristitia, neq; a culmine virtutis deiicit, vt nos sæpe nostro malo experimur. Adnotandum duo præcipue Christum affecisse angore seu tristitia. Alterũ in animam grassabatur seu toxicum quoddam aut certe belua quædam ferocissima, id est peccatum, & offensa quoq; dei quæ prope infinita erat, Suscepit vtrumque in se CHRISTVS vsqueadeo, vt porro animum eius excarnificaret & exanimaret. Tam enim doluit ob nostra peccata offensam Dei, quæ infinita erat Huic ipse infinitum opposuit & amorem & dolorem quo nos patri recõciliaret. Auxit anguoré, discipulorum scandalun, ingratitudo nostra, Iudæorũ quibus designatus erat nuncius salutis, cæcitas, Iudæ proditio & alia id generis quæ noluit esse admissa. Ea enim erant simpliciter nolita, eoque maius tormentum, maioremque crucem animo CHRISTI accumulabant. Omnes enim nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit. Et dominus iniquitates omniũ posuit in eo inquit. Esa. Ideo bene Ambro. Domine Iesu doles nõ tua vulnera, sed mea crimina, id est, nostrã ipsorũ turpitudinem, & peccata, quibus obnoxii eramus, in teipso sentis, hæc aíam tuã, hec spiritũ quoq; lacerãt, rodũt, torquét Eo pertinet illud Nũc tristis est aía mea. Nũc videlicet quo cæpi ĩ me persentiscere vim atq; potétiã pctĩ, deinde & irã dei iãiã generi humano intétatã, & reliqua incõmoda quæ hoíbus incũbebũt adeo ab alienatis, de quibus Paulus. Omnes nascimur filii iræ, & egent gloria Dei. Alterum quo Christus angebatur, modo ex animo, modo corporis qualitate & habitu, nascebatur, imo ex vtriusq; vicinitate. Solent enim ea quæ in

Duo pcipue Christũ mœrore affecere

Esa. 53

sensu sunt,& animū afficere,id quod Paulus ꝓbat,Didicit ex iis q̄ passus est obedie̅tiā patri. Doctores ac Christi magistri,qui illū sub ferulam agebāt fuerūt claui,corona,crux & id genus alia organa quibus didicit quale malorum esset dolor,quale quid esset obedire patri,patrisq; exequi voluntatē. Nō enim nō potuit affici tristibus obiectis,qui sensum habuit,satis probe iudicantem,clareq; omnia diiudicantē.
Heb.5 Erat enim corpus illius(perinde atq; reliquæ vires oēs) satis bene cōstitutū,erāt omnia membra sana, erat & sensus viuacissimus,eo factū est,vt facilius ea quæ gratia erāt probaret,q̄ vero ingrata damnaret. Vt sciat, inquit Propheta, reprobare malum & eligere bonum. Qui locus non solum in malum culpæ sed etiamnum pœnæ competit. Neq; enim stipes fuit porro ī passiōe,qui ex itinere fatigatus dicitur, qui siti laborat,qui ad sepulchrū Lazari fremit spiritu,plo-
Esa.7 rat quoq;. Postremo non docuit etiamnū,hunc expertē esse infirmitatis nostræ,qui nostri ob caussā venit. Debuit enī
Ioan.4 per omnia fratrib⁹ adsimilari, debuit omnium infirmitates
Ibid. 11 in se suscipere,qui seruādis omnibus venit,cæterum nō decuit hunc esse Stoicū,sed peripateticū. Sensit id qui sub ei⁹
Heb.2 persona inter cruciatus exclamat. Saluum me fac Deus, quoniā intrauerūt aquæ vsq; ad aīam meā,infixus sum in limo profundi,& non est substātia. Pauet itaq; ad mortis imminētis meditationē(quādoquidem omnium terribiliū
Psal.68. terribilissimū existat) tā ꝗ,ad id,quod optime cōstitutū corpus ab aīa,animā quoq; a corpore,crudelissima ac ignominiosissima morte,separabit.Hoc est, quod Marcus ait, pauere & tædere,id est,expauescere,& expallescere,vt ii solēt, qui morti iam adiudicati sunt,impotenter angi , ac supramodū ægrescere cōsueuerūt , dum vel princeps expostulat, & iudex est in reddendo,lictorq; cruentum capulū vibra, de quorū numero fuit qui dixit, Timor & tremor venerūt super me,& contexerunt me tenebræ . Et Hieremi. Foris interficit gladius,& domi mors similis est. Externæ sensit dolorem,sensit corporis incōuenientia Christus algorem, sputa,vulnera.Interius vero, quo certius horū obiecta ap-
Miche.7 prehēdit(apprehēdit aūt certissime)eo magis proprii,cor-
Psal.34. poris incōmoda ac vicē indoluit,potissimū,cū inter ho: &

aīam summi esset amicitia. Dicit igitur, Tristis est anima mea vsq; ad mortē. i. nō secus angitur, nō secus mœrore afficitur, quā si iā iam a corpore, quo cū illa Germana ac fida amicitia atq; affinitas fuit adcedēdū foret. Iam enim ob oculos posita cūcta pericula, cūcta pctā, vniuersa tormēta omniū hoīm scādalū & ingratitudinē p̄sentissime cernebat.

Et ipse auulsus est ab eis? Et cum processisset paululum quantum iactus est lapidis, positis genibus, procidit super terram, in faciem suam & orabat, vt si fieri posset, transiret ab eo hora. Et dixit, Abba mi pater, omnia tibi possibilia sunt, si vis transfer calicem hunc a me. Veruntamen non quod ego volo, sed quod tu vis. Non mea voluntas, sed tua fiat.

Quod antea apud Matthæū docuit, hoc loci rebus factisq; declarauit. Dixit enim, Tu aūt cū oraueris, intra cubiculum tuū & clauso ostio ora patrē tuū, & pater tuus qui videt in abscon so reddet tibi. Igitur auulsus est ab eis, ne gloriā propriā aucupari videretur. Orādo aūt formam serui declarauit ac præ se tulit. Ipse enī si dei formā spectes, orandus est, ipsi glia & honor, & sapiētia, & oīa deniq; ferēda accæpta, qui patri adsimilis est, idē cū patre Deus, idē dominus. Verum nobis orat, vt nobis patitur, etiāsi hūana in eo natura mortē pertimescat, si horreat impēdētia tormēta. Sed vide quā pie orat, quā religiose quoq;, quātis ēt cū ceremoniis, genua faciē in terrā deponit, quo hæretici nostri sæculi arguuntur, qui oēm externū cultū & visibilem cærimoniā prosternūt, cōfundūt, cōtēnūt. Solū, inquiūt, interiorem spiritū exigit Deus. Cur igitur Xp̄s tam solicite se ad orandum cōponit, cur genua flectit? Ora interī tamen spū, orat patrem in veritate, dum huius gloriā nostrā salutem spectat. Hoc ē enim orare in spiritu & veritatem. Quod conditionē adiicit, tale quid est, ac si diceret, nolo mi pater tibi præscribere leges, nolo te in arctum constringere & angustū cogere locū, vt pro mea humana voluntate, q̄ timet, q̄ horret mortē, me a morte absoluas: Quin malo cedere, malo meam ad tuā beneplacētissimā corrigere & emēdare ac exigere, quando

Mat. 6

1. Thim. 2.

Taxantur hæretici q visibiles cærimonias damnant.

Ioan. 4

ita sciã esse decretũ, vt mea morte miserũ humanũ genus li-
Modus & berẽ. Nõ igitur mea sensualis, & q̃ carni innoxiæ ac corpo-
quid sit o- ri adblanditur, sed tua volũtas fiat. Meus enim cibus est vt
randum. faciã voluntatem tuã. Vides igitur quã orãdi legem nobis
Ioan. 4. Christus præscribat. Nimirum eandem quam in Matthæo:
Fiat voluntas tua. Ad hanc oportet nostra vota, nostras p-
ces, exigamus si modo pie orare volumus Oras plerumque
atq; precaris, sed ea quæ minimæ conducunt, vt videlicet
sit mens sana in corpore sano. Verum & si oẽs, mentem sa-
nã optare debeamus, non tamen ita de corpore precãdum
est Illud quo fuerit sanius, eo magis insanit, magisq; facessit
sit negotium aĩæ. Hoc igitur vt cædat spũi, vt occidatur, vt
intereat vt morbis examinetur, ne spiritum subiiciat sibi, id
est nostrã volũtatem cõformẽ esse diuinæ. Alioqui si secus
Mat. 20 precemur, si delitias, si põpam, si dignitatẽ, audiemus cũ fi-
liis Zebedæi. Nescitis quid petatis, Potestis bibere calicẽ,
Ps. 115 quem ego bibiturus sum? Calicis nomine, vtroque loco idẽ
significatur quod in Psalmo. Quid retribuã domino pro
oĩb' q̃ retri. mihi. Calicẽ salutaris accipiã, & nomẽ domini
inuocabo. Calicẽ passionẽ suã vocat, q̃ nobis salutẽ attulit,
etiã si Xp̃o mortem, hanc meditari oportet & circumferre.

Et cum surrexisset ab oratione & venisset ad discipulos suos, ĩuenit eos dormiẽtes prę tristitia. Et ait illis, sic, Quid dormitis? Surgite & vigilate & orate, vt non intretis in tentationem.

Opinor monitionẽ tribus illis Apost factã, quos ceu fami-
liares secum subduxerat, Petro, Iacobo & Ioãni Has enim
multorũ secretorũ fecit participes, vt satis Euãgelica cõstat
historia, & scriptores sacri satis supq; de iis tractãt. Monet
aũt eos vigiliarũ, monet orõnis, & oĩno eadẽ (q̃ aliis) inge-
rit Surgite, inquit. Neq; enĩ stertẽdũ vobis, vbi hostes nun-
quã nõ obseruãt excubias. Alioqui vestra inertia, in hosti-
les incideris manus Mĩa tamẽ digni erãt & venia quoq;,
Mat. 16. qui nõ malitia, sed mœrore affecti dormitabãt. Loquitur Si
Ioan. 13 moni tãquã exercitus. Principi, affatur & Ioãnã, cui secre-
Mat. 20 ta arcanaque cõsilii sui detexit, aggreditur & Iacobum, qui
vna cum fratre, constanter respondit, se calicẽ posse bibere

Spũs quidẽ promptus est, caro autem infirma.

Locum hūc, si in Christū referas, ita intellige, spūs meus adeoque aius quo p. is volūtatē exequi volo, is obui' atque quaslibet afflictiones obeūdas parat' est Verū hūana natura, q̄ in me nobilissima est, ībecillis est, horret, ac morte terretur. Sin ad apostolos accommodes, satis expositus est Spū enim feruebāt, ac amore, eoq; iactabāt se nūquā negaturos, Luc.22. interim tñ dū instat pugna, dū vigilādū est, dū excubiæ seruādæ sunt, invtramuis (quod dici solet) aurem dormitant.

Et dicit Petro, Simon dormis. Non potuisti vna hora vigilare mecum? Hunc obiurgat iusta ratione, quandoquidem præ cæteris gloriabundus dicit se & in carcerem, & in mortem cum domino iturum.

Et iterū abiēs orauit dicēs, Pater mi, si non pōt hic calix transire nisi bibā illū fiat voluntas tua. Vide, quantis septus fuerit angoribus Christus, vndiq; illi angustiæ, domi forisq; plurima mortis imago. Cæterum, nemo est qui interim cōpatiatur, destitutusq; oī hūano p̄sidio ad solū patrē confugit, cum hoc expostulat, hūc mœsto aīo affat, ad hūc fere modū O mi pater, & si sciā ita statutū, vt mea morte hūanos casus, lapsusq; resarciā, idq; mihi q-dē gratissimū sit sacrificare tibi, meque ipsum mactare in odore suauitatis, horreo tñ pater sancte, quia imbecillitatē ī me experior carnis. Intēde igit̄ oratiōi meæ & exaudi me. Psal. 142. Anxiat' enim est ī me spiritus me', ī me turbatū est cor meū Nosti sæuitiā hostiū, nosti furorē, cernis quantū aduersus Ibid.34. me malignētur, quas technas, quas malas artes excogitarīt. Vide dñe ne sileas, ne qñ discedas a me, quoniā tribulatio p̄xima est, & nō est q adiuuet, nisi tu solus, qui laborē & dolorē cōsideras. Atqui ego ille tu' vnigenitus, tibiq; vsq̄adeo adamatus, vt diceris Hic est filius me' dilectus i quo mihi Matt.3. bene cōplacui. Si tibi curæ sim pater sancte, saluifica me ex hac hora, si me vsque amore prosequeris, adsis auxilio, adsis ope tua. en solus sum, omni humano & diuino destitutus præsidio, nisi tu fueris adiutor in tribulatione, nisi tu vires, animumq; imperterritū suppedites Proinde quāli bet fugiat mortem caro, me tamē & tuæ benignissimæ volūtati totū dedo, & lubans, quoq; omnia discrimina libido.

Et venit iterum , & inuenit eos dormientes, erant oculi eorum grauati,& ignorabant quid responderent Illi. Et relictis illis iterum abiit, & orauit tertio eundem sermonem dicens.

Non destitit ab orando, etiãsi sciret aliter definitum a pa-
Nũquam abiiciendus est animus, tre, quo doceremur nũquã nos respondere debere animum;
quãlibet afflicti simus. Quod antea Christ⁹ verbo, idipsum
modo exẽplo cõprobat. Sæpe adhortatus erat suos ad per-
seuerantiã, id ne frustra aut temere fecisse videretur, iterat
eandẽ precationẽ, eosdẽ ædit singult⁹. Pater, inquit, mi. Ec-
ce ignis & ligna, vbi est victima holocausti? tum ille, deus
Gen 22. prouidebit, ita secũ cõferũt Abraham & Isaac, Pater æter-
nus, & filius. En inquit, Ignis diuini amoris, quo ardeo to
tus Fortis enĩ est vt mors dilectio, En & ligna, quo noĩe
Cant.8. ego hoĩm pctã intelligo, ea enim erãt incendẽda & Christi
morte cremẽda. Holocaustũ vero quod de⁹ prouidit, aĩa &
corp⁹ erat Christi. Vtrũq; enim obtulit, vtrũq; ĩ arã crucis
Psal.4. subægit. i. quod iussit Dauid offerri, Sacrificate sacrificium
iustitiæ. **Et factus in agonia prolixius orabat, & factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrẽtis in terram, Apparuit aũt illi angelus de cœlo cõfortãs eũ.** Agoniam vocat horrorem illũ & af-
fectionẽ, qua corripi solẽt hoĩes, iã imminẽte atque vrgen-
te graui discrimine, Id qd facile intelligere quisque ex sei-
pso potest, domini in mediis vndis huc atq; illuc ventorũ i-
pulsu agitatur. Quid enim tũ superest, quã vt porro conci-
dat? extabescat? Hoc affectu dicit Iob, Tædet animã meam
vitæ meæ. Et Susanna, Angustiæ sunt mihi vndiq;. Sed pa-
rũ, id est, si ad Christi angorẽ conferas, nemo enim illo ma-
Iob.10. gis exhorruit, nemo magis expalluit. Erat in eo ratio vt vo-
Dani.1. cant & animus ad patiendũ præsto, vrgebat hæc sensum,
vrgebat inferiores vires vt amplecterentur alacriter mortis
aculeũ breui superandũ. Contra, sensus, quãquã nihil diuer
sum a lege diuina appeteret, indoluit tamen seipsius vicẽ
animaduertit se breui ab amicissimo hospite separandum
perpẽdit ferociã Iudæorũ, tũ etiã mortis gen⁹ ignominio-

ſiſſimum,atrocitatéq; & reliqua quibus examinari ſolent cũ hoſtibus cõgreſſuri. Inter hæc iugens oritur in Chriſto pugna,id qđ ſudor ille ſanguineus declarauit. Nõ eñ fruſtra nõ abs re dicitur,Factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis Solẽt hoĩes ſudare quidẽ aliis labore terrore pciti, ſed nemo ẽ,q ſãguinẽ ſudet. Solus Chriſtus ad mortis horrorẽ, peccati que aculeũ,ſanguinẽ ſudat,ſanguinẽ guttatĩ terræ infundit. Si hactenus nemo ad cõmiſeratıonẽ excitus eſt,vel nũc te,tẽ horrẽdũ ſpectaculũ permoueat, animumque tuũ inflectat,ſaxeũ pectus emolliat. Attendite, inquit Hiere & videte,ſi eſt dolor ſicut dolor meus.q.d. Nemo vnquã tale qd in ſe expertus,nemo ſic mœrore,anxietate confectus eſt,vt ego,q ĩnocẽs ſũ Quod angelus illũ ſolatus,ſit, miniſterii & officii eſt potius,quã ſolatii. Retulit eñ illi q̃ paſſurus eſſet,quã atrociter & immaniter affigendus cruci; & reliqua oĩa que paſſus eſt,dũ ex ordĩe recẽſuiſſet ,ſubiecit,& fructũ & vtilitatẽ,q̃ hinc gñi hũano accumularentur Verũ inde nihil Xp̃o ſolatii.q̃ pc̃m̃ nõ fecit,nec inuentus eſt dolus in ore eius. Nobis quidẽ motus eſt,vt nobis nat⁹ eſt.non ſibi. Thre.1 1.Pet 2.

Tunc venit ad diſcipulos ſuos tertio, & ait illis. Dormite iam & requieſcite.

Orige. Chryſoſ. Hiero. quoq; ita hunc locum exponunt,vt dicãt Chriſtum diſcipulorũ compaſſũ imbellitati eoq; iuſſiſſe,vti aliquando & dormirent & quieſcerent. Cæteri ironiã dicunt in ſe cõtinere. q.d Hactenus nequiui ĩpetrare a vobis,vt pauliſper mecum vigilaretis, nũc ipſa res docebit voſq; excitabit,veternũq; excutiet,vt excubias velitis nolitis obſeruetis. **Sciebat autem & Iudas,qui tradebat eũ,locũ,quia frequenter Ieſus conuenerat illuc,cum diſcipulis ſuis. Hic ergo cum accæpiſſet cohortem,& a pontificibus & a Phariſęis miniſtros,venit illuc, cum laternis & facibus & armis.** Cohortã accepit non Iudæorum ſed militũ a præſide,ſeruato ordine legitimæ poteſtatis,vt illis tenentibus,nullus auderet ne hiſcere quidem. Quin etiamſi qſpiã tẽtaret,cõtra tot præſidia nõ poſſet, Ita ſolẽt q veritate deſtituũtur,ad hũana cõfugere præſidia, vt vel multitu-

dine vineāt, qui ratiōe & iure nō possūt. Id quod nō semel sed frequēter. Iudæi tētauerūt. Eadē laborauit īsania & Iudas q cupiditate ductus Xpm prodidit, qp vt efficeret, mō Iudæorum, modo gentilium adiit iudices, ac magistratus.

Tunc dixit Iesus discipulis suis, Sufficit, Ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum, Surgite eamus, ecce appropinquabit qui me tradet, & prope est.

Posteaq̃ aliquādiu ībelles illos, & meticulosos discipulos, dormire permisit, rursus vrget, instat, extimulat, vt surgant, vt arma sumāt, quibus pugnare queant. i. vt obuii eant hostib⁹. Eamus īquit. i. rebus & factis declaremus nos nō metuere mortē. Id fiet cōmodissime, quidē nos priores, in palæstrā descenderimus, nosq3 hoste prouocauerimus ad arma.

Et adhuc eo loquente, Ecce venit iudas Iscarioth vnus de duodecim, & cum eo turba multa, cum gladiis & fustib. & lignis, missi a summis sacerdotibus & prīcipib⁹ sacerdo. & scribis & senioribus populi, Qui aūt tradidit eū, dedit eis signum dicēs, Quēcūq; osculat⁹ fuero ipse est tenete eū, & ducite caute, Iudas autem antecedebat eos.

Omnia hæc declarant Iudæ aīm fuisse deploratissimum, ac porro a Christo alienū, vt qui cohorte militū gregariorū se muniuit, symboloque amicitiæ dominum proprium quo erat tot officiis & beneficiis affectus prodidit.

Et appropinquauit Iesu, vt oscularetur eū. Et cū venisset Iesus sciēs oīa quę ventura erāt sup eū, processit, & dixit eis, Quē quæritis? Responderūt ei, Iesum Nazarenū. Dicit eis Iesus, Ego sum.

Hic manifeste habes, Christū p̃sciū fuisse suæ possiōis, Sciens inquit oīa, q̃ vētura erāt sup eū, Nihil hūc latere pt, qui Hebræ 4 scrutator est cordiū, cuius cognitio penetrātior ē oī gladio ancipiti, Oīa enī nuda & aperta sunt oculis ei⁹. Qd vero Iudæi respondēt se Iesū Nazarenū q̃rere, ex eodē affectu, quo Herodes q̃rere simulabat, pficiscitur. Vtrūq3 vero Christ⁹ damnat, Quæretis me & nō inuenietis, & in pctō vestro

moriemini Si quæris Christum, cura vt hũc nõ ꝑdas, neq; prodas, sed serues, sed teneas, & cũ spõsa, in cubiculum matris, id est, ecclesiæ introducas. Ita q̃siuit, qui ait, Quærite dñm & viuet aĩa vestra. Itẽ. Quærite faciem eius semper. Quõ quærendus sit dominus Ioan. 8. Cant. 3. Psal. 68. Ibi. 104

Dixit eis Iesus, Ego sum, Stabat autem & Iudas qui tradebat eũ, cũ ipsis, Vt ergo dixit eis, Ergo sum abierũt retrorsum, & ceciderunt in terrã. Vna voce tot feroces & fortes deiecit viros moriturus q̃d putamus faciet, in glĩa patris pariturus. cũ nõ iã in humilitatis habitu, sed in maiestatis forma, se iudicẽ viuorum & mortuorũ declarabit. Adhuc semel inquit, & ego mouebo non solum cœlum, sed & terram. Væ miseris mortalibus, qui expectant terribilẽ illam vocẽ. Ite maledicti in ignem æternum, & discedite a me omnes operarii iniquitatis. Mat. 25 Ibidem. 7.

Iterum ergo interrogauit eos, Quem quæritis? Illi autẽ dixerunt, Iesum Nazarenũ. Respondit Iesus Dixi vobis quia ego sum. Si ergo me quæritis. sinite hos abire, vt impleretur sermo quem dixit, Quia quos dedisti mihi, nõ perdidi ex eis quẽquã. Agit clæmẽtissimus Iesus hoc loci veri pastoris personã cuius est, si ingruat procælla persecutionis ꝑ suorũ incolumitate, suũ caput periculis obiicere, & illo quoad potest, se perdito, seruare Bonus enĩ pastor animã suã dat pro ouib' suis, id quod re ipsa Christ' fecit igitur noluit suos capi, neq; in mortẽ duci, ne ob imbecillitatẽ fidei, inter tormẽta fidẽ negarẽt. Sol' igitur periit fili' ille ꝑditionis id q; suo ipsi' malo. Noluit enĩ agnoscere vocẽ ad pœnitẽtiã abhortãtis. Melius erat illi si natus non esset hõ ille. Et, Væ hoĩ per quẽ traditur. In illa hora dixit Iesus turbis & ad eos qui venerãt ad se principes sacerdotũ & magistrat' tẽpli, & seniores. Tanquã ad latronem existis, cũ gladiis & fustibus, & lignis comprehendere me, cum quotidie vobiscum fuerim docens in templo; & non me tenuistis. Sed hæc est hora vestra & potestas tenebrarum. Ioan. 10 Mat. 26 Luc. 22.

q d. Stultum est eum cum gladiis & fustibus, perinde atque sicarius esset, quærere qui vltro se tradit, vltroque se hostibus dedat Quod vero dicit, hæc est potestas tenebrarum,
Ioan 3. ita accipe, quemadmodum Christus interpretatur, Omnis qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non
Ephe.5. arguantur opera eius. Et item Paulus. Fuistis aliquando tenebræ. Quisquis enim male agit deum sua flagitia ignorare malit, eoque latebras quærit, fugit lucē, ne deprehēdatur instigante ipsum malorum omniū incentore dæmone.

Et Iudas accedens ad Iesum dixit, Aue Rab-
a. Te.10, bi, & osculatus est eum. Dixitq; illi Iesus, Amice ad quid venisti? Iuda, osculo filium hominis tradis. Exemplum hic Ioab & Amasæ ob oculos ponitur Vt enim Ioab subdole obsculatur Amasam, fratremque appellitat, ita & Iudas Christum. Qui tamen osculum suscipit, non quod doceat nos simulare, aliisque amicum vocat, interim tamen peccati ac sceleris commonefacit, vt resipi-
Proue 11, scat, quanquam frustra Huc multi loci tendunt, Simula-
Ibid. 27. tor ore decipit amicum suum. Et item. Meliora sunt vulne-
Psal. 40. ra diligentis, quam fraudulenta oscula odientis. Et Dauid
Ibid 10. Qui edebat panes me, magnificauit super me supplan Et alibi, Et persecutus est hominem mendicum & in opem, & compunctum corde mortificare. Et dilexit maledictionē & veniet ei, & noluit benedictionē, & elōgabitur ab eo

Tunc accesserunt & manus iniecerūt in Iesum, & tente. eū. Hactenus non est agnitus ab eis, mox vero vbi voluit, vbi eos surgere e terra permisit postea quam amici nomine discipulum proprium compellauit, osculoque amicitiæ veteris symbolo dignat⁹ est, agnouerūt christum, manusque iniecerūt, ligauerūt quoque ne eorum manus, vt hactenus, euaderet. Mire hoc loci, Christi animus excarnificatus est ex iudæ proditione. Cessit enim in maximam optimi magistri ignominiam, a proprio discipulo quem tantis beneficiis affecerat, tradi.

Videntes autem ii qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei. Domine si percuti-

mus in gladio? Vnus autem ex circunstantibus ex iis, qui erant cũ Iesu. Simon Petrus, habens gladiũ, & ecce extendens manum, eduxit eum, & percutiens seruum principis sacerdotũ, ãputauit illi auriculã eius dexterã, Erat aũt nomen seruo Malchus. Dixit ergo Iesus Petro, Conuerte gladiũ in locũ suũ, hoc est, in vaginã. Oĩs enim qui accipit gladiũ gladio peribit. An putas quia nõ pñ rogare patrẽ meũ, & exhibebit mihi plusquã .xii. legiões angelorũ? Calicẽ quẽ dedit mihi pater, nõ vis vt bibã illũ? Qñõ ergo implebuntur scripturæ, quia sic oportet fieri? Et cũ tetigisset auriculã eius sanauit eũ Hoc autẽ totum factum est, vt implerentur script. prophetarum.

Multis hæc historia referta est doctrinis, & iis quidẽ saluberrimis: quas nos breui epilogo recẽsebimus. Primo quod discipuli quærunt, num liceat cruẽto se gladio defendere, animoque vindicandi retaliare iniuriam, indicant se immemores verborũ Christi, quibus p̃cipit. Si quis te percusserit in vllã maxillã, præbe ei & alterã. Et, orate pro calũniantibus vos, Alibi etiã obiugat eosdẽ, dũ peterent sibi potestatẽ fieri, vt ignis descenderet e cœlo, & consumeret eos qui se repudiarunt Mauult enĩ Christus nos ferre, nõ inferre iniuriã bene mereri de omnibus, bene precari omnibus. Id quod Paulus apertius disserit. Nõ vos defẽdentes charissimi, sed date locũ iræ. Et noli vinci a malo, sed vince in bonũ malũ. Id veri Christiani pectoris simulachrum est, pati omnia propter Euangelium, exiliũ, damna, scomata, conuitia, enses, ignes denique mortem. Secundo, quod obiurgatur Petrus qui, non expectata Christi sententia, confugit ad arma, notantur seditiosi & sectarii, qui suapte temeritate gladium arripiunt, quum is nõn omnibus, sed solis magistratibus conueniat. Conuerte gladium in vaginam. Et, Omnis qui accipit gladium, huc tendunt, vt e manibus nostris enses excutiant, & sinamus eos bel-

Mat. 5.
Lucæ. 9.
Rom. 12

Rom.13. la gerere, de quibus Paulus. Nō sine caussa gladiū portat
Dei enī minister est, vindex in iram ei qui male agit. Qui
cunq; igitur seditiones in regnis adeoq; in ciuitatibus ex-
Deut.16 citant, eo ipso gladio subiiciuntur, etiamsi iustā caussā præ
seferant. Quod enim iustū est, iuste exequere. Constituti o-
lim sunt reges, & iudices, & tribuni quorum authoritate
mali, ne remp. interturbarent publicis criminibus reprimé-
di sunt, habeant ii carceres, habeant gladios, & cruces vt ma
los e medio, ne moltos contaminent, tollant. Caue ne ex eo-
rum manibus gladium eripias, si in dei legem non vis esse
iniurius, imo si non vis gladio perire. Non te liberat Chri-
sti Euangeliū a magistratibus, sed iustis sublimitatibus iu-
stissimas ob caussas subiicit hos tu, vt dei ministros agno-
sce, his vectigal, tributum pende i. germanum cœlestis phi-
losophiæ indicium. Tertio quod Christus de angelorū au-
xilio dicit, hunc habet sensum. Non mihi opus angelorum
copiis, multo minus hominū, qui imbelles porro eunt, si ad
angelorū robur conferas exemplo isto de eo angelo qui in
4 Reg. 19 libro Reg. 4. noctu castra Assyriorum intrauit, & percussit
cētum octogintaquinq; milia hoīm. Id si vnus potuit mul
to maxime duodecim legiones, in quibus sunt. 72000 qui-
bus omnium gentiū linguæ exprimuntur, hos mihi velim
Psal.90 in auxiliū facile mittet pater. Atqui nolo, neq; enim iā pu-
gnandi tēpus, sed patiendi. Ita enim a patre decretum est, vt
hinc fatis cedā, quod dum lubens & alacri animo facio, tu
ne pugnes, neq; defendas me. Nostin scripturā. Cadent a la
tere tuo mille, & decem milia a dextris tuis? Id quod facile
impetratē, si nō secus, atq; tu existimas, decretū esset. Atq;
ob id subdit Mar. Hoc totū factū est, vt impleretur scriptu-
ræ. Prophetarū i. ex hoc facto consequens erit impleri scri-
pturas & prophetarū oracula. quæ meā mortē iam infalli-
biliter pdixerunt futurā. Neq; enī par est, vt hos arguant
falsitatis impii hoīes, quarum per ora pater locutus est Id
tamen certo erit futurum, si non capiar, si non moriar, si
ipse æs alienum non redimam. Vbiq; enim promptum ani-
mum ad patiendum ostendam oportet, vt mea passione as-
seram prophetarum dicta, Esaias enim dixit: Tanquam
Esa.53. ouis ad occisionem ductus est, & non aperuit os suum.

Cohors ergo & tribunus, & ministri Iudæorũ, cõprehenderũt Iesum & ligauerũt eũ, & duxerunt, Tunc discipuli relinquentes eũ, oẽs fugerunt. Adolescens, autẽ quidã sequebatur eum amictus sindone, super nudo. & tenuerunt eũ. At ille reiecta sindone nudus profugit ab eis.

Hoc facto gladius anceps transuerberat pectus Christi. Alter ex oĩm discipulorũ defectione oritur, & is quidẽ est acutissimus pertingitq; ad medulas spiritus. Aegerrime enim tulit, quod vidit hos infugam verti, qui paulo ante ab eo non tam verbo, quã cibo propriæ carnis & sanguinis pasti erant, quo fortiores in bello essent futuri. Alter ensis ex pusillorũ scandalo cuditur, quorũ alii ex discipulorũ casu gloriabantur, alii vt seductoré ab omnibus expungendum rodebant postremo apud oẽs male audiebant hac ratione Christus, id quod martyrũ hystoriis docemur, quibus, cum nihil haberent, quod tyranni oprobarent, hoc solum obstrepuere, magistrũ a proprio discipulo proditũ, deinde ab omnibus desertum. & instanre morte derelictum Quis vero adolescens ille fugiens fuerit: cum ex textu colligi non possit non ita magni refert. Satis tamen constat hunc christi disciplinis institutum, alumnũq; fuisse alioqui nõ corripuisset fugam. Verum hic expostulare liceret cum Apostolis, qui antea se gladiis munierant duobus, ante tam cõstanti animo pollicebantur auxilio se futuros Christo, se & in carcerem & mortem ituros, tantum abfuit, vt fugam meditarentur Sed in experti erant ibecillitatis propriẹ nõdum enim induti erant virtute ex alto. Sunt qui hic digrediuntur, ad nescio quas nænias de Ioanne & petro, deque aliorum migratione, quas ego non magnopere pendo. Liceat pictoribus atque poetis quidlibet, mihi ad scripturæ canonem quo ad possum loquendum est. Probabilius tamen est quosdam ad Bethaniã, quosdam ad propria concessisse Haud enim procul erat Bethania a Hierusalem, & Christus dum eorum fugam prædiceret, dixit vnumquemque reuersurum ad propria Solus Petrus & Ioannes leguntur secuti, & alter quidem eminus alter cominus

At illi tenentes Iesum, adduxerunt eum ad Annam primum, Erat enim socer Caiphæ qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphas qui consiliũ dederat Iudæis, quia expedit vnum hominẽ mori pro populo. Mos erat iudæis, vt quẽ morte dignum iudicarent, vincirent, præsidiq; vinctũ præsentarent. Id quod & in Christo obseruare visum est cõmodum, deinde, ne elaberetur, eum vinciunt. sed opinor satis atrociter. Neq; enim abs re Iuda dixit, Ducite eum caute, ne frustra Christus, Tanquã ad latronẽ existis, cum gladiis & fustibus. neq; igitur vt vulgarem latronem aut sicarium hunc adligant, & vinculis stringunt, sed ferreis catenulis, quorum alias collo, alias manibus, alias corpori toto iniiciunt. Strãgulant interim alii guttur, alii digitos, vt afflicto corpore & iam cruore obsperso offlictionẽ maiorem addant. Redeuntq; per torrentem cedron, atq; trahũt per vadũ, cœnoq; inmergũt, ne qd desit incrudelitatis. Quis vero fuerit hic Caiphas euangelista exposuit. Nempe qui consiliũ in atrio ꝓprio dedit, expedire reipub. vnum homuntionem e medio tolli, ne gẽs tota periclitaretur, ne veperiret, ac Romanis in predẽ cæderet. Hũc Caiphã scribit Iosephus sibi pontificiũ cõparasse a principe Romano, sed ita vt mõ hic, modo Annas in munus Pontificium succederet, id qd palam legem
Nu. 20 subuertebat: Ea enim præcipit, vt vnus sit pontifex, suoque æuo sacra administret, quo abcedente, alius secũdum legem surrogaretur. Idẽ malũ quod in Christi tẽpora incidit, & in Machabæorũ tẽpus, Multi enim tamẽ cõtẽdebãt mercede sibi põtificis dignitatẽ cœmere. Faxit deus opt. max. ne & nostros põtifices occupauerit. Væ no enĩ oĩa exposita sunt & sacerdotia, & sacra quoq; & nihil est, quod nõ pecuniæ obædiat. Quid Romæ faciam, inquit poeta, mentiri nescio. Largitionibus, ꝑcio præcario animo aguntur, scilicet hoc est gratis accipere, & gratis dare. Verum hos numularios vendentes & ementes, e suo templo eiecit Christus.
Mat. 16. Ibidẽ. 21

Sequebatur autẽ Iesum Simon Petrus & alius discipulus a longe. Discipulus aũt ille erat no-

tus pontifici,& introiuit cum Iesu in atriū pontificis Petrus aūt stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ,& introduxit petrum, & cum esset Petrus intro, sedebat foras in atrio deorsum,& venit ancilla hostiaria, & vna ex ancillis summi sacerdotis. Et cū vidisset Petrū sedētē ad lumē,& se calefacientē, & eū fuisset intuita, dixit, Et hic cū illo erat. Accessit ergo ad eū & & aspiciens eū dixit, Nūquid & tu ex discipulis es hoīs isti⁹? Nā & tu cū Iesu nazareno eras. At ille negauit eū coram omnibus dicens, Mulier, nō sum neq; scio, neq; noui quid dicas, non noui illū. Stabāt aūt serui & ministri ad prunas, quia frigus erat & calefaciebant se, Erat autem cum eis & Petrus, stans & calefaciens se, & exiens foras ante atrium, & gallus cantauit.

Obseruandum hoc loci, quam feruens fuerit piscator ille Petrus, quod Christum secutus est, etiamnum in atriū vsq; sacerdotis corruptissimi, nihil veritus potentiā, nihil pertæsus enses, minas, opprobria. Fortis enim est vt mors dilectio, inquit in canti sponsa. Quāquā illi non vsqueadeo fœliciter cesserit. Quod vero Ioānes audentius Petro intrauit eo factū est, si Hiero. ad Principiā credimus, quia nobilis erat, & pontifici notus eoq; ob rē minus curabat Iudæorum sæuitiam, ac tyrannidem. Cæterū est, quiddam obseruandū in negatione. Petri Nempe hunc minus prudenter minusq; caute cōmixtū malorū cotubernio, vtpote qui necdum gratia obfirmatus erat, & in se sociauit malis & perditissimis hominibus. Contra quod Dauid: cum sancto sanctus eris,& cū peruerso peruerteris. Vos itaq; iuuenes moneo, ne facile cum quibuslibet fœdus, ne familiaritatem ineatis. Qui enim tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Cauisset Petrū prauorum consuetudinem, cauisset pontificis

Can. 8.

Petrus im prudētér se miscuit malis hominibus nōdū gratia confirmatus.

Psal. 17.

atrium,& reliqua vitasset,quæ illi scandalo esse potuerint.
Eccle.13. Multi se torquent cum Petri negationibus. Sunt quidã qui in domo Annæ oẽs volũt esse factas alii contra, in domo Caiphæ. Itẽ sunt, qui tribus vicibus negasse Petrũ autumãt Ego vero, vbicũq; tãde cõsummatæ fuerint, cũquidem id certo nõ cõstet, quoad negandi modũ & vices, opinor Petrũ multis modis negasse Christum, & in qualibet negatione multas personas (perinde atq; fit in tumultu) locutas Petrũq; modo intrasse modo exisse, nunc se in atrium, nũc ad igne recepisse Forsam nõ tã ante primã noctis vigiliam, & galli cantatione, quã post secundam & tertiam multis vicibus negasse. At qui de iis satis. Solum id te Petri negatio
1. Cor.10. doceat, vt si stas, videas ne cadas. Tu enim fide stas, vbi existimas te firmiter stare, vna te mulieris vox deiiciet.
2. Cor.

Pontifex ergo interrogauit Iesum, de discipulis, & de doctrina eius, Respondit ei Iesus. Ego palam locus sum mundo. Ego semper docui in synagoga, & in tẽplo, quo oẽs iudęi cõueniunt & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas, interroga eos qui audierũt quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt quæ dixerim ego.

De duobus examinatur Christus: sed calumniose, ea propter de altero solum respondet. Quo doceremus, si de absentibus nihil boni, taceamus & errata. Nõ arrodamus eorum
Psal.100. vitam, qui se defendere nequeunt Detrahentem secreto proximo suo, cum hoc non edebam. Siluit de apostolis Christus, ne eorum lapsum obiiceret sceleratus pontifex, ne carperet, neue roderet. Doctrinã suam ita indicat, vt palã eam cam aserat Ego, inquit, palã locutus sum mundo nõ quæsiui diuerticula, nõ angulos suspectos, sed modo in templo, modo in vestris ipsorum scholis, adeoq; in ipsis triuiis, ea vera sunt: docui admodũ pauca clam, & in sinum præcipuis quibusdam amicis communicaui. In Prouerb. ait Salomon
Prou.1. Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam. In capite turbarum prædicat, in foribus portarum vrbis profert verba sua dicens. Vsquequo paruuli diligitis infantiam? Quod vero addit, Quod me interrogas, quin ex iis sciscite

ris,qui audierunt. Hanc habet sensum: Quod si tuā ipsius, aliorūq; cōscientiam sciscitatus fueris, intelliges vera me dicere,& velitis nolitisq; propria extimulati cōscientia, veritati testimonium ferre cogimini, quod paratus sum subire. modo absit maleuolentia, absit, odium & liuor. Quid enim si ipse ego mihi patrociner, fatearq; quod verū est dū vos interim spernitis, ac meum testimonium perinde atque suspectum contemnitis? Vestrum ego & iudicium, & testimoniū,& sententiā quoq; paratus sum subire, saltem corruptus liuore & odio animus, quo erga me estis affecti, absit.

Hęc aut cum dixisset vnus assistens ministrorū, dedit alapā Iesu dicēs: Sic respondes pontifici?

Cædit dominum seruus, imo figmentum plastem suum, & rerum omnium opificem, vilissimum mancipium, seruus inquam peccati, dignus, non tam qui flagris, sed etiamnum scorpionibus cædatur, qui in crucem agatur, qui igne, ensque exanimetur. Indignitatis plena fuit hæc alapa, solaque in redimendo humano generi suffecisset, nisi ingens & inexhausta erga nos dilectio Christi, se etiamnum in mortem impulisset. Voluit enim totum sese nostri caussa ī mortem dare, quanquam interim cædentem satis modeste, ne sibi adblandiretur de sua malitia, argueret, dicens.

Respōdit ei Ies⁹. Si male locut⁹ sum testimoniū perhibe de malo, si autem bene, quid me cędis.

Non est cōtrariū quod alibi p̄cipit, Si quis te percusserit in vnā maxillā, p̄be ei & alterā. Quādoquidē paratus erat & corpus totū & aīam ipsā pro nobis exponere. Profuerit eī aliquoties impiis & sceleratis in faciem resistere, ne se impune existiment peccare, aliena rapere, iniuria afficere oēs. Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur. Ita repetere sua licet, ne male fidei possessor, sibi iuste, aliena bona se possidere & occupare existimet. Nisi enim in faciem malos obiurges existimabūt se porro sine crimine esse Et misit eum Annas ligatum ad Caiphā Pontificem, principem sacerdotum. Et conuenerunt omnes sacerdotes & scribæ, & seniores,

Mat. 5

Prou. 26

Petrus autem ſequebatur eum a longe, vſque in atrium principis ſacerdotum & ingreſſus intro ſedebat cũ miniſtris vt videret finem. Accenſo autem igne in medio atrij, & circunſedẽtib⁹ illis. Erat autem Petrus in medio eorum, & ſedebat cũ miniſtris & calefaciebat ſe ad ignem. Et poſt puſillũ exeũte illo ianuã, rurſus vidit eum alia ancilla, quę cum vidiſſet illum cæpit dicere circũſtantibus, Hic ex illis eſt. Et quia hic erat cũ Ieſu Nazareno, erat aũt Simõ Petrus ſtans & calefaciẽs ſe. Dixerũt ei, Nũquid & tu ex diſcipulis eius es? Et alius vidit eum & dixit. Et tu ex illis es, Petrus vero iterum negauit cum iuramento, & dixit. O homo non ſum, quia non noui eum. Et interuallo facto quaſi horæ vnius, alius quidã affirmabat dicens, Verę & hic cum illo erat, nã & Galilęus eſt. Et acceſſerunt qui aſtabant & dixerunt, Verę & tu ex illis es. Dixit ei vnus ex ſeruis pontificis, cognatus eius, cuius abſcidit Petrus auriculam, Non ego te vidi in horto cum illo? Tunc iterum negauit Petrus, & ait, Homo neſcio quid dicis, & cæpit deteſtari & anathematizare & iurare, quia neſcio hoĩem iſtum quẽ dicitis. Et continuo adhuc illo loquẽte gallus cantauit, & cõuerſus dominus reſpexit Petrum, Et recordat⁹ eſt Petrus verbi, qd̃ dixerat ei Ieſus, Priuſquam gallus cantet bis, ter me negabis, & egreſſus foras fleuit amare.

Miſſus eſt Chriſtus de iudice ad iudicẽ, perinde atq; reus eſſet, cũ omnium eſſet innocentiſſimus. Sequitur flagranti deſiderio Petrus, ſpectator poti⁹, quã actor. Agit tñ iterum ſed ſuo malo, ignauiaq; vincitur. Confugit enim ad huma-

na præsidia verbum Christi non magnopere pendit, eoque sibi ipsi permittitur, negat se Christũ agnouisse, addit periurio execrationẽ, ac sui ipsius anathema. Vides quib' gradibus ad extremũ malorũ prolapsus sit, principio, contubernio se iungit malorum, nempe ministris pontificis, deinde Christi verbũ, quo ait, antequam gallus cãtet a tergo relinquit Hoc enĩ illi ob oculos perpetuo fuisset ponẽdũ, ex hoc illi pẽdẽdũ, tũ etiã, vitãda malorũ cõsotia. Corrũpũt enim bonos mores colloquia praua. Postremum sibiipsi precatur ominaturq; malum. Quasi non corã paucis, sed multis presentibus, multisq; sciscitãtibus, nõ vllam cum Iesu consuetudinem haberet, inficiatur quod fatendũ erat. Non sic docuit Christus, Qui me cõfessus fuerit coram hominibus, & filius hominis confitebitur illũ corã angelis dei, Qui vero me negauerit &c Cæterũ omnia hæc mala sola pœnitudine diluit Petrus, idq;, dum hunc cõtuitus esset oculis misericordiæ piissimus Iesus, mox enim diuertit a Iudæorũ contubernio, infamemq; fęcem deseruit, & fleuit amare, fudit lachrymas, sed non nisi admonente domino. Nobis eodem quo Petro itinere incedendum, si quando Christum malefactis negamus, si nostris votis promissisq; nõ respondemus, tum lachrymæ. tũ singultus sunt ædẽdi Exitus aquarũ deduxerũt oculi mei, inqt Dauid, quia nõ custodietũr legẽ tu. Et iterũ Lauabo per singulas noctes lectũ meum lachrymis meis stratũ meũ riga. Lauit Petrus atq; expiauit pectorũ labeculas lachrymis. Si tibi vis cõdonari noxã, imitare Petrũ, imitare & peccatricẽ, & cæteros quos turpitudinis factorũq; pœnituit. Audiũt enim, remittũtur tibi pctã tua Et idẽ. Noli flere Ob hoc autẽ permissus est Apostolorũ princeps labi, vt oĩbus cõdolere posset, vt sciat & se infirmitate circundatũ, neue de sua virtute psumeret, sed solo Dei psidio penderet. Nõ enĩ sumus sufficiẽtes cogitare aliquid ex nobis, sed sufficiẽtia nostra ex deo est, Et Paul Qui stat videat ne cadat. Tu autẽ fide stas, noli altũ sapere, sed time. Si enĩ de naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat.

Princeps autem sacerdotum & omne consilium quærebant falsum testimonium contra Iesum vt eum morti traderent, & non inuenerunt

Quibus gradibus ad extremum malorum Petrus prolapsus sit.
1. Cor. 15
Matt. 10.
Psal 118
Ibidem. 6.
Matt 6.
Luce. 9.
Cur Apostolorũ princeps Petrus labi permissus sit
1. Cor. 3.
1. Cor 12.
Rom 11

quia testimonia conuenientia non erant. Quasi diceret, quia inter se non consentiebant, hoc enim iudicio
Danie. 13 primum arguuntur falsa testimonia, si diuersa & pugnantia dicant. Quo modo Daniel deprehendit senes populi calumniam Susannæ imposuisse, cum alius sub schino, alius sub pi-
Quæ res discutienda sit. no eam deprehensam testaretur. Verũ enim vero, si testes adducere voles, fac vt sint incorrupti, vt idẽ, eodẽ modo referãt, deinde vt alii sint qui agãt alii qui testẽtur, vtrũq; destituit Iudæos. Bene igitur Dauid, Astiterũt reges terræ, & prĩ-
Psal. 2. cipes cõuenerũt in vnũ, aduersus dominũ. Et item, Sermoni-
Ibid. 108 bus odii circũdederũt me. Et rursus Sapiẽs, Opprimamus vi-
Sapiẽ. 2. rum iustũ, & circũueniamus eũ quoniã inutilis est nobis, & cõtrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ. Eadẽ
Hiere. 18 fere Hiere. Venite & cogitemus cõtra Hiere. cogitationes. nõ enim peribit lex a sacerdote, neq; consiliũ a sapiẽte, nec sermo a propheta. Venite & percutiamus eum lingua, & non attendamus ad vniuersos sermones eius.

Nouissime veniunt & duo falsi testes, & falsum testimonium ferebãt aduersus eum dicẽtes, Hic dixit, quoniam nos audiuimus eum dicentem, Ego dissoluam templum hoc manufactum, & post tridum aliud non manufactum, ædificabo. & non erat conueniens testimoniũ eorum.

Falsi testes secundum Hierony. sunt, quia & verba CHRISTI, & sensum inuenerunt. CHRISTVS de corpore
Ioan. 2 suo dixit, id quod verbum excitabo illud, palam indicat, illi testabantur de templo Iudaico, quod per Esdram, seu Machabæos instauratum fuit, Itaque CHRISTVS dixit, excitabo, illi (quod solent Sycophantæ) dicunt, aliud non manufactum ædificabo. Totis enim phalangis horum; testimonium a CHRISTI verbis differt. Atqui hic vide, quam nihil faciant suam legem Iudæi, vt innocentem e me-
Exod. 23 dio tollant. Lex prohibet. Non dices falsum testimonium
Exo. 20 Et idem in Exod. Non suscipias vocem mendacii, vt pro
Ibidẽ, 23 impio dicas falsum testimonium. Testis enim falsus
Proue. 19 non erit impunitus, vt habet Salomon. Illi vero, vt furia

percutit, hinc inde sibi suffragia comparant, vt innocentem CHRISTVM, mortis reum faciant, sed competentia minime sunt, quæ hactenus audiuimus.

Et exurgens summus sacerdos in mediũ interrogauit Iesũ dicens. Non respondes quicquã ad ea quę tibi obiiciuntur ab ijs? & quę isti aduersus te testificantur Iesus autẽ tacebat & nihil respondit. Et rursum summus sacerdos interrogauit eum, & dixit ei. Adiuro te per Deum viuũ, vt dicas nobis, si tu es Christus filius Dei viui.

Hucusq; siluit piissimus Iesus indignos eos reputãs sua responsione, tũ etiã, quia Sapiẽs, Noli respondere stulto iuxta stultitiã suã, ne sibi sapiens videatur, deinde quia non sunt margaritæ porcis obspergendæ, ne cõuersi dilacerẽt nos. Lętatur enim homo in sentẽtia oris sui, & sermo opportunus est optimus. Id obseruare studuit Christus, vbi nomen audiuit, hocq; adiuratus esset, ob huius honorem adeoq; reuerentiam, deinde vt veritatem asserat, respondit. Prouer. 26 Matt. 7. Prouer. 15

Iesus autem dixit illi, Tu dixisti, Ego sum. Verũ tamẽ dico vobis a mõ videbitis filiũ hoĩs sedentẽ a dextris virtutis dei, & veniẽtẽ ĩ nubib⁹ cęli.

Fatetur qđ est, quodq; requirunt, eosque ꝓpria ipsorũ sententia conuincit. Tu inquit, dixisti, quia ego sum, ille videlicet de quo DAVID. Et ego primogenitum ponam illum, excel. præ regibus terræ. Et iterum, Ex vtero ante luciferum genui te: Et alibi, Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. Quæ omnia ad verbum in CHRISTVM competere probat PAVLVS, & ante hunc apud Matthæum, Christus. Quid inquit, vobis videtur de Christo? Cuius filius est, &c. Hunc videbunt futurum non ea quidẽ forma qua coram stetit, sed dotibus gloriæ potentiaq; Dei adornatum. Sedentem inquit, a dextris virtutis seu potentiæ DEI Ego inquam iam vestro iudicio sistor vt reus. verum erit, quando videbitis me sedentẽ Ibid 109. Ibidem. a

in throno patris, adeoq; parentem in nubibus cœli, ſtipatum milibus cœleſtibus: Tum agnoſcetis, velitis nolitis.

Tunc princeps ſacerdotum ſcidit veſtimenta ſua, dicens, Quid adhuc deſideramus teſtes? blaſphemauit, quid vobis videtur? At illi reſpondentes dixerunt, Reus eſt mortis, Et omnes condemnauerunt eum reum eſſe mortis.

Conſueuerunt viri ſancti ob intolerabile malum, non ſemel ſcindere veſtes, quo declararēt animi dolorē, & ægri-
Gene.44. tudinē quoq; ac commiſerationem erga alios, vt fratres Io-
Nume.14. ſeph. vbi cyphum in ore ſacci Beniamin deprætendit OE-
Iudic 11 conomius familiæ Ioſippi, ſciderunt veſtimenta. Ita Ioſue, Iepte, Dauid, & Ezechias, & aliorum cópluſculi Iudæi vero non eodē animo ferebantur, quo reges ac principes illi religioſiſſimi. Siquidem illi fingebant zelū legis, ac Dei honorē, ii vero pectore pio dolēt dehoneſtari diuinā maieſtatem aut certe diſcrimē in quod coniectū ſe videbāt, grauiter ſe ferre oſtendebāt, prætexūt Iudæi zelū, quē non habent, vt videātur legis obſeruatores & alumni, cum tamē legē ipſi lacerent, peſſundent, contēnant. Imponunt Chriſto blaſphemiam, dānant hunc morte proſcribunt, id quod vere eſt eſſe blaſphemū & impium in Deum. Nō ergo Chriſtus, ſed qui Chriſtū dei negāt eſſe filium, blaſphemiæ nota aduſti ſunt. Hoc enī eſt negare, Deum eſſe Deum, quod impiorum eſt.

Tūc expuerūt in faciē eius, & cęperūt quidā conſpuere eum, & colaphis cædere, & viri qui tenebāt illū. illudebāt ei, cædentes, & velauerunt faciē eius, & percutiebant faciē eius & interrogabāt eum dicētes, Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt, qui te percuſsit: Alij autem palmas in faciem eius dederunt, & miniſtri alapis eum cędebant. Et alia multa blaſphemantes dicebant in eum.

Si quem non mouent hæc vſqueadeo horrenda in Chriſtum iactata conuitia ac maledicta, is porro ſaxeus eſt, non homo, ſed quauis rupe durior. Arrige itaq; aures, adhibe aīm

ſingulaque tecũ reputa, q̃ tã diligenter narrant Euãgeliſtæ. Neque enĩ fruſtra, necque ſine cauſſa tã graphice oĩa ob oculos ponũt, alii enĩ expuũt, alii conſpuũt, alii alapas, nonnulli colaphos plerique pugnos impingũt, multi illudũt ſũt qui facié pulcherrimam inſtar ſtolidi hominis velãt. Vellicat hic barbã, ille capillũ, oés cõuitiis, opprobris, ſcómatis maledictis, blaſphemis inceſſunt, ſilet vero ac omnia patitur excelſo animo chriſtus. Prædixit hanc ignominioſam contumeliam futuram Eſa. Ego auté non cótradico inquit, retrorſum non abii: Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellétibus, faciem meam nõ auerti ab increpãtibus & conſpuẽtibus me Septuaginta legerũt. Dorſum meum dedi ad flagella, & genas meas ad alapas. Flagellant Chriſtum ſputiis & excrementis Iudæi, flagellant cõtumelioſis obprobriis afficiũt maledictis. Ipſe vero fert toleratque ac durat obfirmans faciem ſuam perinde atque nihil horum ad ſe pertinet. Obſeruandum quod ait, Et alia multa blaſphemantes dicebãt. Ea nimirũ que ſpiritus ſanctus, ob immanitaté, per eos Euangeliſt. perq; calamũ noluit effũdere neq; chartis cõmiteret, ſuo vero tempore oĩa retegentur, ne dabuntur, ac palam fient. Flagellant ac conuitiantur Chriſto, qui iiſce diebus malis, tot maledictis inceſſunt, Euchariſtiam, rodunt ſanctorum cultum, ſacramenta omnia profanant, blaſphemi videlicet & digni morte, pœna enim blaſphemantiũ eſt, ne patiamur eos viuere. Atque iis ludibriis tota nocte excarnificatur dulciſſimus ieſus ille nẽpe qui candidus eſt, & electus ex milibus, in cuius vultũ angeli deſiderant proſpicere, Velatur nempe, quam tãtis ſuſpiriis videre flagitabat Dauid, Oſtende inquit, mihi faciem tuam, & ſalutare tuum da nobis Et item, Vultus tuum deprecabũtur oẽs diuites plebis, Nemo hoc illuſtrior ne tuo elegantior, ſeu corpus, ſeu animã ſpectes, Conſpuitur, qui ſputo illeuit oculos cæci, qui omne hominem illuminat venientem in hunc mundum, qui oculo ſuo contemplatur bonos & malos. Reliqua quiſque per ſe colligat, maxime vero caueat, ne proximum ſuum conuitiis, ſcomatibuſque afficiat. Qui enim dixerit fratri ſuo Rhaca, quod vanum ſignificat, & abſque cerebro, is reus erit concilio,

Eſa. 50. Leui. 24 Cant. 5 1. Pet. 1 Psal. 76. Ibid. 44 Ioan. 9. Ibidé. 1. Prouer. 15 Matth. 5

qui fatue, gehennæ ignis. Proh miseros nos, quoties in fra trē nostrū (qui Christi sanguine seruatus) non tā has igno miniæ plenas voces euomimus, quā multa eū iactura & fa mæ & honoris, mendaciis, obtrectatione, maledicentia af ficimus. Et mane vt factus est dies cōuenerunt seniores plæbis, & oēs principes sacerdotū, & scribæ, & cōsiliū inierūt aduersus Iesū, vt eū morti traderent. dicentes, Si tu es Christus dic nobis Et ait illis, Si vobis dixero, non credetis mihi si autem interrogauero nō respondebitis, neq; dimittetis. Ex hoc autem erit filius hoīs, sedens a dexteris virtutis Dei Dixerunt aūt oēs, Tu ergo es filius Dei? Qui ait, Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt, quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim audiuimus de ore eius,

Concedunt domum Iudæorū principes, lictoribus quibusdam ac perditissimis heluonibus Christum committētes, vt tota nocte illū cōuitiis incessant, illi obprobrēt quod aușus fuerit obiurgare Scribas & Pharisæos homines alioq; & sanctimonia, & eruditione celebres, deinde & præbeorū primores, quos oportuit reuereri, non arguere, neq; e tēplo flagellis eiicere, neq; traducere apē inertē plæben. Quod ma-

Matt. 21 Ion, 2 lum cū nō cauerit, eū multa manere tormenta, enses ignes, cruces Atqui hæc sub noctē & in tenebris agūtur, vt probe dixit Christ°, Hæc est hora vestra, qua furere permittimini & potestas tenebrarū, q̄ vos exagitat, inq; meū caput extimulat Bene huic calamitosæ nocti, qua valde diuexatur christus, cōgruit, quod ait Dauid, Probasti cor meū & visi

Psal. 16 tasti nocte, igne me examinasti, & nō est inuēta in me iniq tas, deo enī permittente visitatus ac examinatus est Christ' perinde atq; solēt malorū patratores, quæstionibus examinari atq; arceri, vt cooperatores suos atq; cōplices fateātur criminū, qui fuerint. Verū nulla in eo inuenta est iniquitas. Solus enī hic peccatū nesciuit. Plorat tū in nocte, & lachry-

Tte i mæ eius in maxillis eius, nemo est qui cōsoletur eū ex oib' charis eius Impletur dolore, & angustia, atque parturiens

mulier solet, vt habet Esa. Ideo subdit, Corrui cũ audirem, cõturbatus sũ cũ viderem, emarcuit cor meũ, tenebræ stupe fecerũt me. Et mox, Custos quid de noctecustos qd de nocte. Quæ oĩa si expẽdas, facile in Christũ congruent. Vbi igitur tota nocte obprobriis ac cõtumeliis saturat' est vixq; spirare & paululũ quiescere concessum, rursus a matutino tempore educitur, sistiturq; iudicio eorum qui illũ authoritate ac tyrannide opprime, nõ liberare contendunt, Sciscitãtur calũniose, an Dei fili' sit, fatetur ingenue hocq; perpetuo inculcat. se Dei filiũ eẽ. seq; olim pœna sumpturũ de malis, cõsessurũq; ad patris dexterã, qd tã anxie quærãt ait, cũ neq; fide tamẽ bonũ arripere, neq; se vt innocẽtẽ ab soluere velit, Hic rursus piaculũ admittit Christus qd veri tatem fatetur. Siccine impii Iudæi, magis atq; magis cæci duratis? Et surgẽs oĩs multitudo eorum vincientes Iesum, & vinctum duxerunt eum a Caipha & adduxerunt illum ad Pilatum. Vincitur vt Ioseph ac Sanson Christus, vt nostra vulcanea vincula rũpat, Dirupisti inquit Dauid, vĩcula mea, tibi sacrificabo hostiã laudis, Et itẽ, Domin' soluit cõpeditos, dñs il luminat cæcos. Victos nos tenuit Satanas, pedesq; nostros ĩcippũ cõstrinxit, vt habet Iob. Sed rupit vĩcula nostra Christus, eduxitq; vinctos suos, in sanguine testamenti, de lacu in quo non erat aqua, & trãstulit in regnum filiorum Dei. Tunc videns Iudas: qui eum tradidit, quod damnatus esset, pœnitẽtia ductus, rettulit triginta argenteos, principibus sacerdotum & senioribus dicens, Peccaui tradens sanguinem iustum, At illi dixerunt, Quid ad nos, tu videris, & proiectis argenteis in templum recessit, & abiẽs laqueo se suspendit. Principes aũt sacerdotum, accepitis argenteis dixerunt, Non licet eos mittere in corbonam, quia preciũ sanguinis est. Consilio aũt inito, emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum,

Psal 115.
1. Iib 45.
Zach 9.

propter hoc vocatus est ager ille Acheldemach hoc est ager sanguinis, vsq; in hodiernū diem: Tunc impletum est, quod dictum est per Hieremiam Prophetam dicentem. Et accæperunt triginta argenteos, precium appreciati quem ap-
Matt.7, preciauerunt a filiis Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus.

De Iudæ pœnitentia, quæ sine spe veniæ fuit, solus Matthæus scribit, dicens hunc pœnitudine ductum, pecuniam reddidisse. Et vide inquit Chryso. veritatē vndique fulgentē, proditor aduersus seipsum testatur, & eorū qui dānauerunt opilat ora. Peccaui inquit, tradens sanguinem iustum, multo vero magis peccauerunt, qui emerunt, si Hilario c[illegible]
Ezec.18: dimus. Tu siquidē confiteri vis peccata, ne animū despondeas, sed oēm fiduciā in verbū promissionis reponas. Non te in barathrū inferni tua crimina deiiciant, sed spē concipito de immensa dei misericordia, qua pronior est ad con-
Act.i. donnandū peccata, quā ad puniendū, si resipiscas. Nolo enim mortē peccatoris, sed magis, vt cōuertatur, & viuat, ait per Ezechielē dominus. Secundo, quod laqueo se suspendit, ita diducit Petrus in actis. Et quidē s. Iudas possedit agrum de
Psal.108. mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius, & notū factū est oībus habitantibus in Hierusalem, ita vt appellaretur ager ille lingua eorū alchedemach, hoc est, ager sanguinis. Lege Psalm 108. maxime eū locū diabolus stet a dextris eius Et oratio eius fiat in peccatū. Fiant filii eius orphani Non sunt ista optantis. sed prædicentis, quæ certo euenient, quæq; olim futura sunt, oracula. Neq; enī precatur Dauid, vt desperet Iudas, vt seipsum iugulet vt exulent filii, vt alii cedat ministerium Apostolatus sed id cernit futurū, atq; a deo ita decretū, quo circa se diuinæ accōmodat voluntati. Quo vero tēpore sese Iudas suspēderit varie, loquūtur docti & eruditi viri, quam quā id me nō torqueat, cū scriptum nō sit. Siue igitur mox vbi Pilato traditus esset. Christus seipsū suspēderit, id quod multis probatur. siue vbi aiaduertit hunc mortis subiisse sententiā, id quod vero affinius est, cū Mat. dicat. Tunc vi-

dens Iudas quod dãnatus esset, nimirũ Pontio Pilato pronunciante sententiam, & insanis ministris multo crudelius exequentibus, quod iniquisse præceptũ erat atq; a deo christo mortuo, pœnitudine ductus cum cæteris, qui percutiebant pectora sua, quanquã eo infœlicior cæteris, quod animum despondit, retulitque preciũ sanguinis, dicens. Peccaui, neque enim opinor, tam facile induratum animum potuisse, ad saltem ad traditionem resipuerit, nisi tot signis & portentis (quæ tum in morte, tum post funesta fata, ædita sunt) coactus fuisset. Ita fere & Pharao & Achab, & Niniuite resipuisse dicuntur, quanquam nihil eis ipsa profuerit resipiscentia Ad eundem album & Cain refertur Tertio, quoad testimonium Hierem Et accæperunt triginta argen. id in Hebræo non haberi testatur diuus Hieronym in eo libro cui titulus est de op. ge. interpre sed in Zacharia 11. aliis multo atque aliis verbis & ordine quoque inuerso. Id quo cum ex vulgata, tum ex Septua. ædítione licet animaduertere. Vbi enim Hieron legit proiice illos ad statuarium decorum precium, quo appreciatus sum ab eis, pro quo in Hebræo habetur ad plasten seu fictorem, seu figulum vt nostræ ædítioni respondeat. Septua. legerunt conflatorium. Sunt qui dicunt, vt Orig. culpam scribarum cõmutatum nomen. Verum id Hieron non probat, aut certe, vt alii volunt ex apoctyphis Hierem. seu occultes Cabale decerpta, id quod non vsque a deo cordatioribus arridet, vt Euangelista in citando serio oraculo, vsus sit Apocryphis. Potuit tamen esse vt Zacha. binomius fuerit, sicuti Barachias Matthæus. Simon. Istael, & aliorum complusculi. Glos. refert aliquos codices non habere, nisi per Prophetam, vnde secreto dei consilio factum putant, vt Matthæo nomen Hiere. pro Zacharia occurreret, vt discamus, omnes Prophetas vno ore locutos, atque tantam inter eos concordiam vt vni deputetur congrue, quod ab alio dicitur, vt singula sint omnium & omnia singulorum. Est enim vnus totius scripturæ sacræ author, qui modo per hunc, modo per istum eandem pronunciat sententiam eademque prædicit oracula. Respondent ii denarii ad precium, quo Iosippus a fratribus suis. Hismaelitis venditus est, si eidem Hierony.

credimus, in quæs. super Genesim. Quarto, quod Pharisæi noluerunt illud proiicere seu reponere in Gazophylacium, quia precium sanguinis declarat eorum hypocrysim & simulatam sanctitatem, quam vbique prætexunt, vt suum virus eo commodius insinuent, vt recte eis Christus op-
Mat.23. probrat, Væ vobis Scribæ & Pharis. qui decimatis mentum & anethum, & relinquitis maiora legis, iustitiã, misericordiam. Pluris enim faciebãt traditiones hominum, quam dei mandata, proinde in solis externis rebus fœlicitatem constituebant, intus sepulchris dealbatis adsimiles.

Erat autẽ mane adducunt ergo Iesum vt pretorium, & ipsi non introierunt pretoriũ vt non contaminarentur, sed vt manducarent pascha.

Mat.9. Eadem ratione qua nolebant æs cruentũ mittere in publicum ærariũ, nolunt commerciũ habere cum ethnico hoïe .i. vt suas traditiones, diuinæ legi pferant suãq; vbiq; ostentent sanctimoniã, iactent iustitiam, interius tamen vocaui,

Exiuit ergo ad eos Pilatus foras, & dixit, Quam accusationẽ affertis aduersus hoïem hunc? Responderunt & dixerunt ei, Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Dixit eis Pilatus, Accipite eũ vos, & secundũ legem vestrã iudicate est. Ironia est, q. d. Si sufficit vestra examinatio, sufficiat & sñia, Ego vero iudex cõstitut' sũ a Ro. vt singulorũ cãs diligẽtissime ĩqrã, testes, acta meritaq; dispiciã nec ãtea pnũciẽ, quã satis supq; instruct' fuerĩ de veritate.

Dixerunt ergo Iudei, Nobis non licet interficere quẽquam, vt sermo Iesu impleretur, quem dixit, significans qua morte esset moriturus.

Gen.40. Benequidem. Nam ablatum erat Iudæis sceptrũ regni, &
Mat.20 iudiciaria potestas, iuxta illud, Non auferetur sceptrum
Psal.50. de Iuda, & dux de femore eius, Deinde vt verax inueniretur,
Ro.3. qui se tradendũ gentibus prædixerat. Matt.20. vt enim iustificetur in sermonibus suis deus, suis non deest promissis, etiamsi nos nõ tam deo, quã nobis ipsis desimus sæpe.

Iesus autē stetit ante præsidē, & accusabant eū summi sacerdotes in multis dicentes, Hunc inuenimus subuertentē gentē nostram & prohibentē tributa dari Cæsari, & dicētē se Christum regē esse Et cū accusaretur a principibus sacerdotū & senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi pilat9, Nō respōdes quicquā? Vides ī quātis te accusant, Non audis quanta aduersū te dicūt testīonia? Iesus aūt non respondebat ei ad vllū verbū, ita vt miraretur Pilat9 præses vehemēter Introiuit igitur iterū Pilatus in pretoriū & vocauit Iesum, & dixit ei, Tu es rex Iudæorum?

Satis se æquiter & prudenter in initio gessit Pilatus, id quod palam historia ipsa testatur quanquam enim a Primoribus accusaretur Christus, non tamen subitam euestigio tulit sententiam, sed clanculum accersito iesu, examinat eum de intentato crimine. Publicitus noluit, ob furorem Iudæorum, clam licuit, & interius, Examinatur, autem de vno quasi crimine. Nempe quod se regem iactauerit, id crimen ob id non erat ferendum, quod Cæsaris læderet maiestatem quandoquidem a tempore Pompei, regium diadema ablatum erat Iudæis, quod si Christus sibi arrogasset, iustam videbantur ansam habere accusandi. Verum, quanquā Christus rex fuerit, cauit tamen vsque adeo suspicionem etiamnum, regii nominis & dignitatis, vt dum omnibus suffragiis hunc in regem deligere vellent, in desertum concederet. Porro quod de aliis nihil sciscitatur Pilatus, eo factū est quod sciuerit vtrunque esse calumniosum mendacium, potissimū vero secūdū quod īponūt, ex suis ministris didicit esse adfictū mendacium. Ita enim non tam pro deo, sed etiam pro Cæsare respondit Christus quando sciscitabātur Si licet tributum dare Cæsari vel non. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari & quæ sunt Dei Deo. Primum vero ob id non magnopere pendit, quod esse de legi cærimoniis, de quibus nihil ad Pilatum, nisi hinc rebellio aduersus Cæsarem molitus fuisse. Ioan. 6

Respondit Iesus, A temetipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? Respondit Pilatus, Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi, Quid fecisti?

Sensa sunt, a meipso hæc internoscere non possum. Nempe qui Ethnicus sum, neq; in lege, neq; in prophetis exercitatus, Iudæi vtrũq; callent, quorũ ex genere te ferũt prognatum, te accusant temeritatis, tibique lesæ maiestatis crimen imponunt. Quod piaculum si abstergere potes, nos æquo animo audiemus. Quid igitur malorum designasti?

Respondit ei Iesus, Regnum meum non est de hoc mundo, Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtiq; decertarent, vt non traderet Iudæis, nunc autem regnum meum non est, hinc, Dicit itaque Pilatus. Ergo rex es tu? Respondit Iesus. Tu dicis, quia rex sum ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum vt testimonium perhibeam veritati, Omnis qui est ex veritate audit vocem meam. Dicit ei Pilatus, Quid est veritas? Duplex hoc loco regnum indicat Christus. Alterum prophanum, de quo est illud Reges gentium dominantur eorum. Et item Regnum meũ non est de hoc mundo, id quod sua sponte constat, nam nullo stipatus milite Christus venit, totus obscurus & humilis, atque iuxta externam laruem inglorius. Alterum est spiritus, quo ipse sua gratia in nobis regnat, nostrasque vires suo imperio subiicit de quo est illud Regnũ dei est intra vos Et, regnum dei non est esca & potus, sed gaudium, pax, iustitia. Nemo in huius regni militiam inscribi potest, nisi credat in Christum, fide enim inserimur Christo, adeoque in authoramur Qui sub huius regni imperatore Christo militat, nullam Cæsari Romano iniuriam facit, non aufert illi deadema, non sceptrum tollit. nõ vetat pendere tributa atque vectigal Quin lubes subest, nõ tam propter pacem Reipublic. quã propter conscientiam, de qua

¶ duplex regnum.
Matt.10
Luc.17
Rom.14

multa Paulus ad Ro.13. Et Petrus, quod itaq; Christus ait, se ad hoc missum, vt veritati testimonium perhibeat, & qui Ro.13
veritatem amplecti velit, eum Christi vocē amplecti, ita intelligēdum, quod veritas ipsa quæ multis modis obscurata fuit, a tenebris vindicetur, prodeatq; in lucē Ea vero est, vt oīs qui credit ī illū nō pereat, sed habeat vitā æter. Pilatus vero īterrogās, nō satis idoneus fuit discipul⁹, neq; igitur Ioan.3.
illi innotuit, neq; illuxit veritas, Oportet eī accedētē cred. Heb.11.

Et cū hoc dixisset, iterum exiuit ad Iudęos, & ait ad principes sacerdotum & turbas. Ego nihil inuenio caussę in hoc hoīe. At illi inualescebant dicentes. Commouit populum, docens per vniuersam Iudęam, incipiens a Galilęa vsq; huc. Pilatus autem audiens Galilęam interrogauit si homo Galilęus esset. Et vt cognouit quod de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodē. qui & ipse Hierosolymis erat ijs diebus

Id minime oportuit, nam si nihil noxæ, neq; criminis animaduertit in Christo, absoluendus porro erat. non ad alterum iudicem multo crudeliorem & inquiorem mittendus. Quanquam eo excusari possit, quod existimabat Herodem facile propensum, ad liberandum hominem innocentem a calumniis, qui suæ ditionis esset. Erat enim Xp̄s in Galilæa nutritus ac bonam ætatis suæ partem in ea transægerat.

Herodes autem viso Iesu gauisus est valde. Erat enim cupiens ex multo tempore eum videre, eo quod audierat multa de eo, & sperabat signum aliquod ex eo fieri. Interrogabat autem illum multis sermonibus, & ipse nihil illi respondit. Stabant autem principes sacerdotum & Scribæ constanter accusantes illum. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illusit, indutum veste alba, & remisit ad Pilatum.

Ducebatur Herodes curiositate, non veritatis zelo, ob id in

dignus cui Christus responderet, indignus etiamnum vllo præclaro facto, atq; insigni aliquo portento. Noluit enim Christus regibus applaudere, vt nostratium multi faciunt, qui vix interrogati de rebus arcanis, eueſtigio sese produ[n]t & quicquid in buccã venerit ineptissime effundunt. Palpant interim, & vitia non corrigunt, sed augent & nutriunt. Cõtra Xp̃s maluit tacere, maluit rideri, quam sine fructu & vtilitate loqui. Induitur igitur perinde atq; fatuus esset veste non qua dignus erat, sed qua ab omnibus luderetur.

Cõtra magnatũ palpatores.

Et facti sunt amici Herodes & pilatus ipsa die: Nam antea erant inimici adinuicem.

Iungũt fœdera amicitiæ iniquissimi iudices, vt ĩnoxiũ effundãt sanguinẽ, sed frustra. Breui enim postrupta sunt. Non enim est pax impiis dicit dominus. Caue ne vnquam auxiliares copias iũgas cũ improbis, alioqui audies, quod Propheta obprobrauit Iosaphat. Impio præbes auxilium, & iis qui oderunt dominum, amicitia iungeris, & idcirco iram quidem domini merebaris, sed bona opera inuenta sunt in te. Monet Salomon filiũ suũ ne cum iis copias iungat, qui insidiantur sanguini, qui abscondunt aduersus insontẽ tẽdiculas, qui dicunt: deglutiamus eũ, sicuti infernus viuentẽ, Fili, inquit, mi ne ambules cũ eis, pꝛhibe pedẽ tuũ.

Esa.57

2.Par.19

Prouer.1

Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum & magistr. & plæbe, dixit ad illos, Obtulisti mihi hunc hominem quasi auertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogãs nullam caussam inuenio in homine isto, ex iis in quibus eum accusatis, sed neq; Herodes. Nam remisi vos ad illũ, & ecce nihil dignum morte actum est ei emendatum ergo dimittam illum.

Velint nolint impii cogũtur pro veritate pronunciare aliquoties, id quod & Pilato vsu venit Ingenue eĩ fatetur, neq; se, neq; Herodẽ, vllam mortis caussam in Christo repperisse, palãq; pronũciat Nihil dignũ morte inuenio. Cur igitur emẽdari voluit? Cur accusatores pœna talionis non affecit? Ipsius enĩ erat administrare iustitiã, iustitiæ vero est

insontē liberare, parcere subiectis, debellare superbos, in eos gladiū exercere, qui facinorosis factionibus omnia turbant. Id quod Christum non fecisse, vel ipse iudex testatur.

Per diē autem festū seu solennē? necesse habebat preses dimittere illis vnum ex vinctis, quencunque petissent. Habebat tunc vinctū insignē qui dicebatur Barrabas latro, qui cum seditiosis erat vinctus, propter seditionem quandam factam in ciuitate, & in seditinne fecerat homicidiam. Cōgregatis autem illis dixit Pilatus. Est autem vobis consuetudo, vt vnum dimittam vobis in pascha, Quem vultis ergo dimittam vobis? Barrabam an Iesum regem Iudæorum, qui dicitur CHRISVVS? Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes.

Innoluisse hanc consuetudinē ferunt hac ratione, qđ angelus dñi, inrerfectis Aegyptiorū primogenitis. Israelitis pepereit. Hinc & Pilatus vulgari hac cōsuetudine duct⁹ populi beneuolētiā captare voluit. Duos diuersæ sortis hoīes in mediū statuit, alterū innocentē, vitæ seruatorē, & inter deū hoīesq; satis omniū caduceatorē. Alterū cōtra sicariū, seditiosum, homicidā, totiq;, populo inuisum, indigna certe cōparatio. Quæ enim cōparatio Christi ad Belial? luci ad tenebras? vitæ ad mortē? Auget vero peccati crimē, quod non ignoratione, sed sciētia deliquit. Christūq; morti adiudicauit. Sciebat eñ quod per inuidiā tradidissent eū. Id si vero est consonū nō tulisset in quam contra Christū sentētiam.

Principes autē sacerdotū, & seniores, persuaserunt populus, vt peterēt Barrabam, Iesum vero perderent, & vt magis Barrabam, dimitteret eis.

Hoc morbo pleriq; laborant, quorum suffragiis constituūtur publicarum rerum administratores. Præferunt enim indignum plerumq; optimo & honestissimo viro modo talē rebus præficiāt publicis, qui eorum seruiat libidini, qui in

Osee.8 nocenter dänet, noxios absoluat. Corrūpnut electores miti:
Esa,1. imposturis modo numis, modo præcibus, deinde etiam va-
Nu.25. nis pollicitationib⁹, aduersus quos in Osee clamat. Princi-
pes extiterūt, & nō ex me. Et item principes tui infideles, so
cii furum ac digni videlicet, quos Moses orientem solē su-
spenderet, quo omnibus eorum nequitia esset spectaticr.

Et cum ascendisset turba, cępit rogare sicut sem per faciebat eis. Pilatus autem respondit eis & dixit. Quem vultis vobis de duobus dimitti? Exclamauit autem simul vniuersa turba dicens, Non hunc sed tolle hunc, & dimitte nobis Barrabam, Pilatus autem iterum respondens volens dimittere Iesum, ait illis, Quid ergo vultis faciam de iesu Regi iudæorum, qui dicitur Christus? At illi succlamabant omnes dicentes, Crucifige, cruci fige eum Pilatus vero pręses tertio dixit ad illos. Quid enim male fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo.

Quod hoc loci dicitur. Cum ascendisset, intellige cū acclamasset insana turba, simul cū principibus, in necē Iesu pedibus ac manibus conspirans. Malens filium Belial, Christi loco deligere, præferre mortem vitæ, bono malum tenebras luci. Sed væ illis, qui dicunt bonum malum, &c. ait Esaias. Id
Esa 5. est, quod Hie. prædixit futurum, Eligent magis mortē quam
Hiere.8 vitam, omnes qui residui fuerint, de generatione hac pessi-
Ibidem.12 ma. Et alibi Facta est mihi hæreditas mea, quasi leo in sylua, dederunt super me vocem suam. Rursusque Esa. Filios e-
Esai.1. nutriui & educaui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me Væ genti peccatrici populo graui in iniquitate, semini nequam filiis sceleratis. Dereliquerunt dominum. Obserua hoc loci, quam anxie tulit CHRISTVS hasce sceleratissimas voces. Nempe quod se, vitæ & omnis boni largitorem vidit, æquari homicidæ insigni ac infami.

Tūc ergo apprehēdit Pilatus iesum, & flagellauit. Tūc milites pręsidis suscipientes iesum, du-

xerunt eum in atrium prætorii, Et congregauerunt ad eum vniuersam cohortem, & exuentes eũ, induũt eũ purpura seu chlamidem coccineã circundederunt ei & plectentes coronam de spinis. imponentes capiti eius, & posuerunt arundinem in dextera eius? & veniebant ad eum, & genu flexo ante eũ illudebant ei, & cęperũt salutare eũ dicentes, Aue rex Iudæorũ. Et dabant ei alapas, & expuentes cõspuebãt eũ & acceperunt arundinem, & percutiebãt caput eius arundine.
In canticis Sponsa ait, Egredimini filiæ Hierusalem, & videte regem Salomonis in diademate quo coronauit eũ mater sua, non vtique virgo illa semper incorrupta Maria, sed crudelis illa nouerca Synagoga quæ huic nõ gemmeum, nõ aureum, neq; argenteũ diadema. sed spineũ imposuit. Egrediamur mei optimi & nobilissimi auditores, & horrendum hoc spectaculũ, cruẽtãq; hãc scœnã ob oculos subiiciamus Subiicitur huic scœnæ hircus quidã emissarius, subitur, pelle detrahitur, spoliatur veste cãdida, qua rexit eũ Deipara virgo, turpiter cõspuitur, speciosus forma præ filiis hoĩm. Huc huc intẽdite aĩm, intẽdite omnia cõsilia vestra studia quoq; cõuertite, & seu præsentes & spectatores scænæ fueritis, ludũ ipsum intus ac in cute introspicite. Silenus enim est Christus, egregiã hactenus formã præ se tulit, & homine quidẽ dignã, quãquã suæ dignitati imparẽ, verum diducite atque explicate silenum hunc, id dum facitis, nihil offendens quod hominẽ spiret. Vidimus inquit Esa eum & non erat ei aspectus, & reputauimus eum nouissimum virorum. Absconditus erat vultus eius & despectus, & reputauimus eum quasi leprosum & percussum a Deo, & humiliatum. Siquidem singula tecum reputes, nisi saxæus sis, misereri necessum est Christo ac compati. Spoliatur primum veste alba, seu chlamyde, vt Ioseph, deinde propriis exuitur, id quod pudet, non tam videre quam dicere, ad hæc adligatur columnæ, astant impietatis ministri, cohors tribunus plebis, subinde flagellant vepribus, flagris quoque ac cate

Canti. 3.
Psal. 44.
Esa. 53.

nulis cutis ipsa discerpitur, laniatur, sanguineque ac cruore
Esa 1. re ospergitur, totus in corpore mādet toto, nihil est in pulcherrimo corpore, non saucium. nihil non verberibus, plagis, liuore obsitum, vt bene prædixit Esa. A planta pedis vsque ad verticem capitis non est in eo sanitas. Sed nec eo crudelitatis coutenti fanatici homines addunt & capiti diadema, non gemmeum vt dixi, sed durissimis ex vepribus contextum, id tremendo ac venerabili capiti imprimunt. Et milites inquit Ioannes, plectentes coronam de spinis im posuerunt capiti eius, vulneratur hinc facies tota aures quoque ac lacerti, deinde eousque pertingit, vt cerebrum cum sanguine eiiciat. Sensit olim hanc miserandam Christi lanienam Dauid, eoque exclamat, Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutino. Et Esa Corpus meū dedi percutientibus & ge. me. vel. Itemq; Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, cuius liuore sanati sumus. Addunt & regii sceptri loco, arundinem in manu, quo declarare volunt regni inanitatē, quod sibi arrogauerat CRISTVS, ne quid videlicet deesset ignominiarum & contumeliarum, Postremo conuitiantur, ludunt, rident, spuunt, expuunt, exerant, in gloriosam illam faciem de qua legis, Candor est lucis æternæ, & speculum sine macula. Et facies tua decora, Et item dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus. Petit alicubi propheta, Ostende nobis domine faciem tuam & salui erimus Alibi etiam ait, Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Contra in hac laniena vides, nemo est hic hunc agnoscat, nemo qui reuereatur, tantum abest honore, gloria, & reuerentia, vt per erat afficiant. Quin si pio viro Bernardo credimus, Caput angelicis tremendum spiritibus, densitare spinarum pungitur. Facies, præ filiis hominum elegans, sputis Iudæorum deturpatur, oculi sole lucidiores, caligant morte, aures quæ angelicos cantus audiunt, peccatorum adsultibus iritantur & reliqua q̄ ipse tu facile animaduertere potes, si singula q̄q; introspicias, potissimum vero si habitum obserues dignitatemque personne, quæ ad oēs voces, adeoq; ad omnia tormēta excipienda, seipsā offert, exponit Si causam quoque

Margin notes: Psal. 72 — Esa. 50 — Ibid. 53 — Sapien. 7 — Canti. 5. — Psal. 79 — Psal. 44

vulneratus enim est, sed propter delicta nostra, imo nostra delicta hunc flagellant, hunc coronant, conspuunt, rident, subsannant. Iã & ministrorũ perpendæ vtilitatẽ cõparanda sunt inuicem hæc vniuersa, & ita demum colligendus est fasciculus myrrhæ, quã intra, vbera tua reponas. Neq; enĩ vllo pacto guttulæ illæ sacerrimæ frustra sinendæ sunt vt defluant vt pereant, sed religiose sed multo studio comparãdæ, vt terram cordis tui irrigent, vt hanc germinare faciant. Id est quod ait Dauid, ĩ stillicidiis eius lætabitur germinãs p̃s.64
Hoc est vnguentũ illud propemodũ præciosum & elegans descendẽs a capite in barbam Aaron, ac deinde oram, vestimenti eius influens. p̃s.132
Hoc malagmate sanantur vulnera nostra, plagæ quoq; ac quicquid in nobis fuerit sauciũ. Quo verum textum apertius ĩtelligas, obserua cohortem rusticanam militum manum significare, quam plerique cohortem ob id vocitant, quod se ad bella gerenda cohortari soleant, deinde etiamnum cohereant, & manus citro vltroque conferant. Coccus vero granum est, hinc coccinea, quasi variæ tincta maxime rubea, quæ lucem quandam addunt colori, Chlamys pallium est militare quo significatur, & vestem ipsam & colorem quoque, ac formam plurimum facere ad ludibrium, & ignominiam. vt pote, quod vir pius iuxta & illustris, impiorum vestem gestaret, eoque magis ludibrio haberetur.

Et postquã illuserunt ei, exiuit iterũ Pilatus foras & dicit eis. Ecce adduco eum vobis foras, vt cognoscatis, quia in eo, nullam inuenio caussam. Exiuit ergo Iesus, portans spineam coronam, & purpureum vestimentum & dicit eis, ECCE HOMO. Audis perpetuo inculcari innocentiam Iesu, Non inquit, inuenio in eo caussam, etiamsi crimen verberibus elicere, ac tortura cõmederim. Quin etiã si quid deliquit, satis superq; examinatus est suopteq; sãguine expiatus. Cæterũ nõ obiter tibi hæc tractãda est scæna. Adducit Christũ foras, exhibet hunc omnibus spectandũ fatetur quoq; innocentiam, absoluit a crimine intentato. Egreditur vero Christus non clarus imperio, neq; milite sti

patus, neq; diademate regia maiestate digno illustris, sed porro abiectus, contemptus, ac omniũ infirm⁹. Quod vero addit Ecce homo, ad multos referri potest, Ad iudeos insanientes ac porro furiẽtes, iis enĩ Christus vt homo id est vt fœnum exhibitus & obiectus est. Oĩs enim caro fœnum Christ⁹ autem carne indut⁹ est Fœnũ igitur ipẽ erat, & stipula quauis vilior. Vt igitur aĩos iudeorũ sædaret Pilatus, Ecce, inquit, homo. Id est, ecce quã viliter & ignominiose eũ (qui sibi imperii gubernacula vestro iudicio arrogauit) ex animatus est, adeoq; vobis obiectus. Quid in eo dignũ rege? Plane nihil. Videtis quã sit flagris cæs⁹, pĩde atq; seru⁹ esset, vt bene antea locutus est, qui dixit Dauid, Supra dorsum meum fabricauerunt pctõres. Secundo, Vox hæc in totum humanum genus pertinet q.d En quanta pro te homo patior, quã variis examinor periculis, quã multis subiicior incommodis, huc animos vestros, huc studia omnia cõuertite, vt vel sic tandẽ resipiscatis, & veterem hoĩem exuatis. Ego me exui, ego nudum corpus pœnis ac suppliciis obieci, nihilq; nõ perpessus sum, vt vos sanaré, vosq; noua immortalitatis stola induerem. Vos hæc vulnera mea permoueant, vos aberratis corona capiti implexa, vos arundo calamusq; inanis, corrigat, emendet, deniq; vos flagella cohibeant Oĩa enim hæc vestro noĩe subii, paratus ad sæuiora crucis supplicia. Tertio, si quis velit torquere possunt esse ad virginẽ Dei parã (quam tum spectasse primum suum dulcissimum natum, probabile multis videtur) ea verba directa. En, inquit Pilatus, mulier homo ille, quem te ferunt genuisse, vide num filius tuus sit. Horrenda spectatu res, & alta mente reponenda, virginem porro teneram non concidisse, & prorsus exanimatam, alludit hoc miserẽdũ & cruentum spectaculum ad id, quod in Genesi de Ioseph fratribus dicitur, qui potest intinctam tunicam in hœdi sanguine, nũciauerũt patri seni. Hãc inuenimus, vide vtrũ tunica filii tui sit, an non. At ille, Tunica filii mei est, fera pessima deuorauit filiũ meũ, scissisque vestibus indutus est cilicio. lugẽs filiũ suum multo tẽpore, Quanquã aũt nihil horũ de virgine legamus, pie tñ & religiose credi potest, eã non vestes quidẽ, sed cor virgineũ scidisse, luxisse filii miserã vicẽ,

Qđ hæc vox, Ecce Homo ad multos referẽda sit.

Esa. 40.

ps. 128

Gene. 37

qué nouerat innoxiũ,& porro pctis expertẽ, vacantenque oĩbus criminibus. Huc pertinet & illud Hiero. Plorãs plorauit ĩ nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius, nó est qui consoletur eã, ex oĩbus charis eius. Et mox, Virgines eius squalidæ, & ipsa oppressa amaritudine. Et itẽ, Ideirco ego plorans & oculus meus deducens aquas, quia longe factus est a me consolator meus, conuertens animam meam. Ad idẽ & illud, Deducant oculi mei lachrimam per noctem & diem & non taceant, quoniam contritione magna contrita est, virgo filia populi mei, plaga pessima vehementer. Tota igitur doloribus tota amaritudine, ex filio spectato, impleta est Maria, flet, lacrimatur incẽdite itaq; vniuersi & videte virginis cor, quã anxiũ sit, qué plenũ tristitia, & cõmiseratiõe in ꝓpriũ filiũ. Verũ de hac re, fusius alias, apud alios Thre.1 Thre.2

Cum ergo vidissent eum pontifices, & minstri, clamabant dicentes, Crucifige crucifige eum Dicit eis Pilatus, Accipite eum vos & crucifigite ego enim non inuenio in eo caussam.

Non satiantur sanguine Iesu, qui totũ necare, ac mactare volũt, Crucifige inquiũt, id vnũ est quod expetimus. id oĩbus votis nostris ante ferimus, vt in crucẽ adigatur Nobis quidẽ hæc pœna non fuerit satis, aliis volumus vt supplicíis afficiatur, alio genere mortis intereat necessum est. Grauis enim est nobis ad videndũ. Neq; suæ matri, neque discipulis, neque Apostolis restituatur viuus. Eandẽ fere vocem & meretrix illa, in æmulam suã euomuit, de qua in.3. Regũ libro legimus, quod posteaquã rex Salomon, pronũciauit Diuidite infantẽ viuũ in duas partes, moxq; quæ naturali fuit infantuli mater, Obsecro dñe date huic infantẽ viuum & nolite interficere eũ, commota sunt quippe vescere ei⁹ super filio suo. Cõtra, alter contendit, nec mihi nec tibi sed diuidatur Ad hunc modũ licet in præsenti spectaculo cernere Mallent Apostoli, qui corã erãt, mallet & pia mater & cæteri quoq; fideles seruatum malẽt Christũ quã occidi & in crucẽ adigi, siquidẽ ea cõmodũ gñi hũano esset. Cõtra, vtcũq; res cedat, mẽbratim diuidi malint Iudæi Neq;, inquiunt, vobis viuat, neq; nobis quoq; semel in crucẽ Sapien .2. 3, Reg.3.

adigatur, mortem obiturus, turpissimã, id est, quod longe ante prædixit Here. Inuenta est coniuratio in viris Iuda & in habitatoribus Hierusalem, moxq; aliquanto post Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eũ de terra viuẽtium, & nomen eius non memoretur amplius. Lignũ significat crucẽ, quæ in panẽ, hoc est ĩ corpus Christi missa est qua contendebant hunc porro eradicare, ne vel nominis vlla in posteros memoria deriuaretur. Quod rursus Pilatus respõdit, vt ipsi eum iudicent, qui accusarunt Ironia est. Ablatum enim erat Iudæis imperium, & sceptrũ, adeoq; in Ro. trãslatum, qui illis varios iudices, & magistratus præfecerunt, quorum subinde authoritate & iussu. renutu ac nutu omnes Iudæorum causæ ac controuersiæ agebantur, solis illis crassissimis cæremoniarum negotiis relictis.

Hiere. 11.

Responderunt ei Iudæi. Nos legem habemus & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. Accusant IESVM violatæ legis, vt eo facilius animum iudicis inclinent, imponunt illi, quod Dei filium se fecerit, qui non factus Dei est filius, sed æternum genitus a patre, multisque portentis declaratus, id quod Rom. scribit Pau Qui destinatus est filiis Dei in virtute secũdum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum. Et item ad Philip. Non rapinam arbitratus est esse se æqualem DEO. Et apertissimis verbis insit Dauid Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ergo hodie genui te, hoc est, ante omnem creaturam, te meum filium genui. Quod alicubi itaque se Dei filium prædicat, non arrogantiæ adscribendum, sed veritati, quæ omnibus ante ponenda est. Veritatem vero dicens non est lapidibus, quemadmodum blasphemi, obruendus, sed sequendus, sed amplectendus, sed reuerendus, & ab omnibus suspiciendus, Secus Iudæi qui etsi internoscerent, sibi ablatum regium sceptrum, nihilo tamen secus, audenter simul & impudenter pronunciant se legem habere, & secundum hanc debere, mori. Id sententiæ, non Iudæorũ principes, sed in Ro competit magistratus. Horũ enim erat dicere ius, non ferociũ Iudæorum

Rom. 1.

philip. 2.

Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem

magis timuit, Et ingressus est prętorium iterū, & dicit ad Iesum vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei, Dicit ergo ei Pilatus. Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatē habeo dimittere te?

Timor qui Pilatum inuaserat, non erat filialis sed seruus porro, ac pœnarum metu extortus. Metuebat eum ne forsam vel Iouis vel Martis, vel cæterorum deorum filium, durius attrociusque quem oportuit, tractasset: se spoliandum & imperio priuandum, exilioque damnandum. Summa enim fuit Ro. deorum cultura, licet superstitiosa prorsus execeranda hinc pontifices, hinc aræ, foci, sacra orgia, & reliquæ quoque dæmonum mille imposturæ. Temeritatis vero fuit, quod subdit. Nescis, quia potestatem habeo crucifigere te, & pote. habeo dimittere te? Volebat hoc temere dicto, extorquere responsum CHRISTI. Existimabat enim hunc animi elatione silere, nec se dignum habere, cui responderetur, quod silentinm maiore impietate rumpere studebat adeoq; instabat Pilatus. Mihi, inquit, non loqueris, in cuius manus incidisti, cuius iudicio exhibitus es, penes quem summa salutis tuæ consistit? In me enim sitū est, vt te absolutū, abire sanum sinam, Verum noluit Christus mox respōdere, sed ad cōmodius opportuniusque tempus, verā responsionem distulit, id quod olim præuiderat. Esa. Sicut ouis ad occi. adduc. est, & sicut agnus coram tōdente se obmutuit, sic non aperuit os suū, in humilitate iudicium eius sublatum est. Et Psalmogra Posui ori meo custodiam cū consisteret peccator aduersum me, obsurdui & hūiliatus sum, & silui a bonis. Sileamus & nos, si quando incessimur calumniosis fanaticorum hominum dicteriis. Silendo enim, ni veritas periclitetur, victores persæpe euadimus, cōfunduntur hostes, & in furorem vertuntur. Esa. 53.

Respondit Iesus: Non haberes potestatē vllam aduersus me, nisi tibi esset datum desuper. Propterea qui me tradidit tibi maius peccatū habet Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum.

Corrigitur hac ſententia Pilati temeritas, qua dixit penes ſe
eſſe occidendi & ſeruandi poteſtatem, id quod ita corrigit
Chriſtus dicens, eum quidē eſſe iudicē, ſed aliena legatio-
ne defungi. Porro & eos quorū legatione fungeretur, non
Ro 13. a ſe, ſed aliunde imperii gubernacula tenere. ſēpe a Deo.
Non eſt enim magiſtratus, niſi a deo ipſum ſortiatur. Qui
Deut 16 vero a deo op. max. magiſtratū gerunt, niſi ſuo malo peri-
Sapien. 6 re velint, quod iuſtū eſt, iuſte vt exequantur oportet. Alio-
qui audient: Potentes potenter tormenta patientur. Et hor-
rendū iudiciū in eos qui præſunt, potiſſimū ſi male præſint
ſi in ſubditos tyrannidē exerceant, ſi reos abſoluant, dam-
nent vero inſontes, id quod oportuit Pilatum obſeruaſſe &
animaduertiſſe. Non enī debui iniquā ferre ſententiā, quū
iudex non a tyrannide, ſed iuſtitia nomen vſurpet. Porro
quanquā peccauerit Pilatus, & innoxiū ſuppliciis afficiens
& calumniatores iuſtis pœnis non afficiens, multo tamen
maxime peccauerunt Iudæi & Iudas, & quotquot erant in
Thren 1. mortem Chriſti coniurati hoſtes Peccatum inquit Hiere.
Hier. 17. peccauit Hieruſalē, propterea inſtabilis facta eſt, ipſa autem
gemens, & conuerſa eſt retrorſum. Alibi etiam teſtatur Pec-
catū Iuda ſcriptū ſtylo ferreo in vngue adamantino, exara-
tum ſuper latitudinē cordis eorū, qui ſignificatur Iudæorū
pertinax duricies, & veritatis agnitæ contumax animus,
quo noluerunt bene merentem agnoſcere, nec Chriſti verbis
credere ſed porro repulerunt & agnitam veritatem repudia
runt. Igitur inſtabilis facta eſt, retrorſumq; conuerſa idcir-
co & calamo ferreo inſculptum eſt, vngue adamātino, id eſt
propriis ipſorum cordibus, id quod vel hoc loco animaduer
tere licet. Pilatus omnibus quibus potuit contendit modis
abſoluere CHRISTVM, Contra ſcribæ & legiſperiti, prin
cipes ſacerdotum modo ad hæc modo ad illa cōfugiunt præ
ſidia, clamantes. **Iudæi autem clamabant. Si hunc
dimittis, non es amicus Cęſaris: Omnis enim
qui ſe regem facit: contradicit Cæſari.**

Rurſus IESV crimen leſæ maieſtatis imponunt, quod ta-
men paulo ante ſatis ſuperq; exploſit Chriſtus dicens: Re-
gnum ſuum non eſſe de hoc mundo, neque hac lege ſe ve-
niſſe vt cum armorum ſtrepitu Iudæos in libertatem aſſe-

rat expulsis Ro. sed vt spiritualissimo quodam & inuisibili modo in penetralibus cordis nostri regnet. Cæterum, Pharisæi id ex Zach. discere potuerunt, quem ita citat Matth. Discite filiæ Sion. Ecce rex tuus veniet tibi iustus & saluator ipse pauper Poterant & exemplo Christi discere, qui dum suffragiis turbæ in regem designaretur, in desertum concessit. Deinde nihil præ se tulit eximium & regio stemmate dignum præter solum verbum cœlestis philosophiæ quo omnibus etiam Mosi & Dauidi & omnibus item prophetis præstabat. Reliqua omnis eius vita erat porro humilis & abiecta & homine inferior, ne dicam, rege. Zach.9. Ioan.1.

Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, & sedit pro tribunali in loco, qui dicitur lichostratos, Hæbraice autem Gabbata. Erat autem parasceue paschæ hora tertia vel quasi sexta.

Locus lapide stratus erat, & æditior, quo esset iudicio commodior Quod vero Marcus ait fuisse tertiam horam alii fere sextam, in se continet pugnantiæ Neque enim audita erat sexta, sed iamiam instabat, deinde quod mediũ, vtriusque extremi nomine aliquoties censeatur. Postremo, vt ostenderent Iudæos multis vicibus deteriores & sceleratiores militibus Ro, vt pote quod lingua antea dãnarent, quã milites hũc cruci affigerent, ve3 terq3 quarterq3 homicidæ.

Sedente aũt illo pro tribunali misit ad eũ vxor eius dicens, Nihil tibi & iusto illi, Multa enim passa sum hodie, per visum propter eum.

Confugit ad antiqua vascula, ad fraudis suæ imposturarũq; organa diabolus, vbi animaduertit partũ in lymbo lætitiam, qua gestiebant de iamiam imminente liberatione, contendens, vt quẽadmodum terrenũ Adamũ e paradiso eiecit, ita secundi Adami, quo exulandus erat, mortem impediret, ne videlicet mortis imperium amitteret quod iniuste multis sæculis occupauerat. Atqui vbiq3 audis Christi innocentiã, omnium iudicio iustus probatur, Iudæ Pilati huius vxoris, testium, Cẽturionis. Verum hoc vni illi cõtigit, quo certius foret, totum quod ille passus est, nõ sibi Gene 3.

sed nobis impensum. Territa fuit vxor in somniis cacodæmonis, qui variis spectris muliebri sexui imponere voluit verum sero sapiũt Phryges, serius venit quã oportuit, Destinatã a patre cælesti horã cõprendinare non potuit, suoq; ipsius gladio periit. Quadrat huic historiæ (qua malis suis
Psal, 34. artibus, malus ille dæmon captus est) quod Dauid ei. Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui superuacue exprobrauerũt animã meam. Veniat illi laqueus qué ignorat, & captio, quam abscondit appræhendat eum, & in laqueum cadat in idipsum, Et item, Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius. Id quod vsu venit hodie Satanæ.

Ibidem. 7. Et dicit Iudæis Pilatus. Ecce rex vester. At illi magis clamabant dicentes, Crucifigatur, & instabant vocibus magnis, vt crucifigeretur, at clamabant, Tolle tolle, crucifige eum, & inualescebant voces eorum. Dicit eis Pilatus, Regem vestrum crucifigam? Responderunt ei pontifices. Non habemus regem nisi Cæsarem.

Omnia hæc ingeminant vt iudicis animũ alioqui in Christi innocentiam satis propensum, eoq; ad absoluendũ procliuem, in suam sententiam inclinent. Non habemus, inquiunt, regem nisi cesarem. Agnoscimus Rom. imperium, tributa illi pendimus, quod nisi in nostram tuum calculum adieceris sententiam, tibi rebellionis crimen contra Cæsarem impingemus. Senties, senties tuo malo quam male tuis rebus consuleris, nisi hunc tot modis nobis damnatum semel e medio tollas, semelq; crucis supplicio dãnes. Quadrat in hunc locum quod Dauid ait. Quare fremuerunt
Psalm, 2 gentes, & itẽ. Astiterunt reges terræ. & reliqua quæ sequuntur, quæ vniuersa Petrus in Apostolicis Actis in Christum
Actuũ. 4. refert. Ita & illud, Surgentes testes iniqui quæ ignorabam
Psal 34. interrogabant me. Dissipati sunt nec compuncti corde. Sequitur, Frenduerunt super me dentibus suis. Moxque, Dilatauerunt super me os suum, dixerunt euge euge viderũt oculi nostri, paucisque interpositis, deuorabimus, nimirum Christum, non contenti suppliciis, flagris, conuitiis, & id

genus mile scōmatū: quibus hactenus affectus est. Qui occidatur, deuoretur, nec nomē clatura eius neq; mēoria vlla supersit Non secus contigit Hiere. & plerisq; aliis Proph.

Videns autem Pilatus quod nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua lauit man⁹ suas coram populo, dicens, Innocens ego sum a sanguine iusti huius, vos videritis.

Perinde atq; iuxta Hiero diceret, Ego quidem innocentem liberare volui, verum, quia seditio oritur, & rebellionis crimen contra Cæsarē mihi impingitur, vt lauo manus, ita & conscientiam Vox vera sanguinē fundit, & quod deus ad Cain ait, Vox sanguinis fratris vestri e terra aduersus paricidas clamitat, vosq; crimīs reos arguit. Ego legis mīster sū, quātū ad me attinet, nō dāno innocentē, testes estis vos testis est hoc tribunal & quotquot a consiliis præsto sunt, postremo & manus eæ aqua expiate & lotæ, testatur me nolle cruentis vestris conatibus, morē gerere: Quod si morem gessero inuitus, nolens in vestram concedo sententiam. Gene. 4

Et respondens vniuersus populus dixit Sanguis eius super nos, & super filios nostros.

Horrenda profecto est hæc cæcitas, sibi ipsi malū præcari. Quis enim tā sibi ipsi malus vnquā, vt aliorū errata, in se corrigi cupiat? Atqui plebs hæc insana ac varia, (quæ paulo ante Iesu encomiū salutis occinuit) in seditionē versa, in se suosq; filios vindicē dei iram exeri cupit, modo pronūciet pro se Pilatus, Sanguis. inquit, eius super nos seu noxius seu innocens fuerit, nihil ita magni refert, modo effundatur nostrisq; voluntatibus satisfiat. Siccine miseri estis cæci vt impēdas malū nō cernatis? Quin expletis mensurā patrūvestrorū, vt non tā huius innocētissimi agni sanguis quam & Abelis & omnium Prophetarū a vobis re quiratur vosque accuset, vosq; iusto dei iudicio damnatos cōuīcat. Matt 23

Et tūc Pilat⁹ volēs satisfacere populo adiudicauit fieri petitionē eorū. Dimisit aut illis Barrabā, eū qui propter seditionē & homicidiū miss⁹ fuerat in carcerē, quē petebant, Iesum flagellis

cęſum tradidit voluntati eorũ vt crucifigeretur
Sunt qui huc multa corradũt, de ſetẽtiæ forma, quæ ergo vt non damno, ita nec probare poſſum, quandoquidẽ ſcripturæ authoritatem non habeo Si tamen vlla forma ex tabella pronũciata eſt existimo eandẽ fuiſſe quæ titulo crucis inſcripta fuit: Nempe talem Ieſum Nazarenum regem Iudæorum, iubemus principio, flagris cædi, ad vltimum (quod iudæis accuſatoribus probatur) crucis ſubire ſupplicium. Adſis Chriſte zelotypos, adſis huic tribunali, tecunq; alta mente reputa, iniquam ſententiam animaduertito qui ſint iudices, qui accuſatores, qui teſtes, quæ acta, vt vocant & merita cauſarum. Iudicatur vt homicida, qui e faucibus mortis nos eripuit interim tamen vt agnus corã
Eſa. 53 tundente ſe, ſilet. Excipit truculentam ſententiam, demittit atq; in terram defigit inclytam faciem Abſoluitur quoque reus, & ſeditioſus homicida, ipſi innocẽtiæ præfertur, multoq; iuſtior a tota multitudine ſẽſetur. Hinc voces illæ truculẽtæ, non hunc volumus, non hunc eligimus, ſed tolle hunc, inq; crucem hunc fugito. Hic habes verum dixiſſe Eſa. Filios enutriui & æducaui, ipſi autem ſpreuerunt me.
Eſa 1. Dereliquerunt dominum, blaſphemauerunt ſanctum Iſrael abalienati ſunt retrorſum Et mox de ciuitate. Iuſtitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Sunt qui huc adnotãt tres coronationes Chriſti, quarum prima adhibita eſt, vt Iudæis ſatiſfieret: altera, poſt latem ſententiam, cum propriis indueretur, quo melius ab omnibus cognoſceretur, veſtibus, tertia: cum iam in lanienã adeoq; caluariã duct᾿, cruci affigeretur. Sunt & alii qui hunc bis flagris cæſum autumant, ſemel, qua Iudæorum fædare voluit irritatos, & veluti œſtro percitos in Xpm aĩos, q̃ oĩm fuit acerbiſſima & ſæuiſſima. Poſt quoq; iuxta Ro leges, q̃ dãnatos vltimo ſupplicio virgis cædere iubẽt Quorũ pietati nõ facile refragor, imo ꝓbo virorũ ſãctorũ tã ſedulũ ſtudiũ erga ſupplicia & mortẽ Chriſti. Oẽm enĩ lapidẽ mouere videntur, vt hic Xpo gratẽtur, tãtũq; beneficiũ ferant acceptũ patri quod vero dici Mar Ieſũ volũtati eorũ tradiũ poteſt mõ in Iudæos, quorũ prauis conatib᾿ ſatiſfactũ erat iniqua ſẽtẽtia, mõ ĩ miiſtros iudicii cõpetere. Nõ enĩ licuit Iudæis

exequi latá sententiã, sed Pilati ministris id delegatũ erat.

Tunc milites pręsidis suscipientes IESVM in prętorium, & postquam illuserunt ei, exuerunt eum purpura, & induerunt eum vestimentis suis, & educunt illum vt crucifigerent eum.

Illuditur rursus piissim⁹ Iesus, & probris afficitur, & quod Dauid ait Dolor meus renouat⁹ est. Exuitur purpura, qua nuper ludibrio habitus est, induitur ꝓpriis vt ab oĩb⁹ agnoscatur. Nihil nõ excogitant malorũ scelerum ministri, quo Xp̃m porro extinguãt, porroq; doloribus afficiãt. Obtinet vbiq; sæua tyrannis imperiũ, suãq; vim in Christũ exerit. p̃s.38

Ducebantur autem & alii duo nequam cum eo, vt interficerentur, & baiulans sibi crucem, exiuit in eum qui dicitur caluariæ locum.

Multo est hæc põpa ab ea diuersa, qua excipiebatur a turba occinẽte osanna. Benedictus qui venit in noĩe domini. Historiã nouimus, & paucos ante dies ob oculos positã vidimus. Ducitur hic ĩnocẽs agn⁹ ad victimã, ducitur ad laniũ, antiquã repete figurã. qua hircus emissari⁹ mactatur, ĩ quã oĩa nostra recidũt p̃ctã. Comitãtur duo sceleratissimi homicidæ, mortis mancipia, innoxium agnum. Comitemur & nos, egrediamurq; extra castra, vt præcipit Paulus. Improperiũ eius portantes, locum adeamus Caluariæ, nõ iam religiorũ, neq; sũmo sacerdote dignũ, sed prophanũ, execrandumq;. Baiulat ipse sibi crucem. i. nostra peccata, nostrãq; mortẽ, vt sua morte tollat, euincat, atq; in seipso triumphet Quis hic suspitia, quis lachrymas cohibere põt? Aĩaduertat qui volet, secũq; ipse reputet, quãti hic est, qui ingreditur, quo milite stipatus, quo diademate insignis, potissimũ caussa tibi interius versanda. Et quidem si caussam nosse velis, audi plenis verbis Petrum intonantem. Tradebat autem iudicanti se iniuste, qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui iustitiæ viuamus. Lege Euangelium pastorem, qui humeris propriis errãtẽ ouẽ reduxit in proprias caulas, & satis intelligere poteris, te hãc ipsam esse quæ errauit, quæ in fauces luporum incidit. Ipse ego inquit per Ezechielẽ, reducam oues m as, Mat.21. Leui.16. Heb.13 1.Pet.2. Luc.15. Ezec 34.

& quod infirmum cõſolidabo. Ipſe paſcã in locis virẽtib'.

Sequebatur autem illum multa turba populi & mulierũ, quę plãgebãt & lamẽtabãtur eum. Cõuerſus aũt ad illas Ieſus dixit, Filiæ Hieruſalem nolite flere ſuper me, ſed ſuper voſipſas flete, & ſuper filios veſtros. Quoniam ecce venient dies in quibus dicent. Beatę ſteriles, & ventres qui non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt, Tunc incipient dicere de montibus, Cadite ſuper nos, & collibus operite nos, Quia ſi in viridi ligno hęc faciunt, in arido quid fiet?

Ad eum fere modũ habet Lucas, quo ſignificare vult multos quidẽ fuiſſe, qui Chriſtũ ſequuti ſunt, ſed alio atq; longe diuerſo aĩo. Nã ſicut bene dixit Beda, alia mente mulieres religioſæ flent, ac innocentem lugent, alia Phariſæi & Scribæ obſtrepera ſtentoriaq; voce exclamant. Crucifige. Et, Tolle, tolle eum. Illæ commiſeratione, ii vero inſano furore ducuntur, ſanguinemq; Chriſti ſitiunt. Quanquam interim Chriſtus has mulieres ad ſeipſas deplorandas reuocet. Nolite, ĩquit, flere ſuper me, ſed ſuper voſipſas Vos veſtrique principes dignas res lachrymis admittitis, eoq; vos, ædes veſtras, templũ quoq; hoc celeberrimũ, deniq; dulciſſimas proles longe grauiora manent ſupplicia. Quod malũ, neq; lachrymis vllis expiabitis, quãlibet inexhauſtis & multis. Quin venient dies, quibus dabitis pœnas alioqui grauiſſimas. Auferetur enim a vobis regnum, & dabitur gẽti facienti fructus, ſedebitiſq; ſine rege, ſine lege, ſine Ephot, ſine Theraphin, ſine vllis diuinis præſidiis, venient enim Romani principes velitis nolitis, voſque in nihilũ porro redigẽt. multoq; magis deplorãdi eritis, quã olim veſtros miſerãdos caſus veſtrãq; ſubuerſionem, in ſuo Cinoth deplorauit Hieremias, dicens, Quomodo ſedet ſola, ciuitas plena populo, ſequitur. Omnes portæ eius deſtructæ, ſacerdotes eius gemẽtes, virgines eius ſqualidæ. Paruuli eius ducti ſunt in captiuitatẽ, eritq; ea parabola veriſſi-

Mat. 21. Thre. 1. Ezec. 18.

ma, qua dicitur, patres vestri comederunt vuam acerbam, Tre.5.
& dentes filiorum obstupuerunt. Patres, inquient filii ve- Matt.23.
stri peccauerunt, & non sunt, & nos iniquitates eorũ portauimus, nos pœnas damus, eo quod non cognouimus tempus visitationis nostræ, quod verũ hæredẽ e vinea domini eiecimus, electũq; in crucẽ ægimus. Sẽtietis, sentietis credite mihi, diuinæ iræ vim ac pœnitentiã, quãdoquidẽ eo crudelitatis euasura est obsidio, deinde & captiuitas ipsa, vt vos in extremã, quã semper horruistis seruitutem detrudat. Nec id existimetis facile futurum, atque sine multo incommodo vestro euenturum, antea enim desperabitis, vosmetipsos, antea ad montes, ad petrarum latebras confugientis, antea filios vestros quanlibet adamatos, non iam dæmonibus, sed vobisipsis sacrificabitis, vestrisque dentibus præ famis magnitudine lacerabitis. Id qui nolit credere Iosephũ legat. Quandoquidem si ego, qui vitis fructifera sum in domo domini, qui nũquã emarcui, qui optimos fructus nunquam nõ produco, tã attrociter vobis iudicor, examinor, quid vobis qui aridi estis iamq; radicitus euulsi e naturali olea, putatis futurũ? Certe in opprobriũ eritis & derisionem vicinis vestris. quod induraueritis ceruicem vestram, quod vos multis nominibus reos apud patrem arguere possum, meq; Psal.78.
nemo est, qui peccatorũ arguere possit. Contra ego omnes.

Exeuntes autẽ inuenerũt hoĩem quẽdã Cyrenæum noĩe Simonẽ, patrẽ Alexãdri Ruffi, prętereuntẽ, & venientẽ de villa, hũc apprehenderũt, & angariauerunt vt tolleret crucem eius, & imposuerunt illi crucẽ portare post Iesum. Obseruandum Christũ propriis humeris, id quod Esa. & Ioannes narrant, suã ipsius crucem baiulasse aliquandiu. Vbi vero animaduertunt hũc e sascina grauari, vtpote qui iam ferme exhaustus erat, vt mortẽ accelerarent, iungunt illi baiulandæ sociũ, quãquã renitẽtẽ, id qđ peregrina voce significãt angariarunt. Quam Suidas Persicã existimat, translata autem ad quosuis qui seruorũ aut iumentorum ritu, baiularent onera vt multi solent clitellarii, qui mallent, si liceret excutere onera & sarcinas impositas clitellis, quã ferre quo fit vt flagris

& fustibus cogantur. Ita hic Simon Cyrenensis (quæ Lybiæ est vrbs) ad ferendam crucem post Iesum, adactus est. Metuo multi hunc sequantur, qui propriam quam imposuit Christus nobis crucem, non nisi flagris coacti, portare volunt. Quales plerosque inuenies, qui Monasticem ad parétum amicorumque importunitatem sunt professi. Quibus satius multo fuisset veritatem non agnouisse, quam necessitati vsqueadeo seruire, vt vix vnquam liberam habeant conscientiam. Contra quos Paulus, Non ex tristitia neque ex necessitate. **Et perducunt illum, & peruenerunt ad locum qui dicitur Golgatha Hebraice, quod est interpretatum Caluariæ locus.** Golgatha Hierony. teste Sirum est, no. Hebræum, sonat locum caluariæ, id est, quod in eo iacerent capita dannatornm, non ob caluitium Adæ quem mentiuntur ibi sepultam, quum iuxta Ebron in libro Iosue legatur sepultus. **Et dabant bibere myrrhatum vinum cum felle mixtum. Et cum gustasset, noluit bibere.** Opinor vinum quoddam elegans apparasse mulieres quasdam, quæ hunc sequebantur, & ministrabant, vt eo refocillaretur, & quantulascunque sumeret vires. Verum perditissimi homines, quo eius mortem qualicumq; occasione accellerarent. vinum acidum, aloe myrrhaq; corruptum dare malum. Hilarius enim legit vinũ. Chrysosto. acetum, quia acidũ erat. & vel felle vel myrrha corruptũ. Ipsi vero fanatici homines, quod optimũ
Amos. 2 erat, petissabant, vt bene ocaculo Amos prædictum erat, Vinum damnatorum bibebant, id est, Christi, qui pluratiuo numero damnatorum dicitur, quod in hunc omnes damnati impegerint, omnesque liberandi ac in libertatem spiritus asserendi sint. Multo aliter a Salomone decretum erat, in
Proue. 1. Prouerb. Date siceram mœrentibus, & vinum qui amaro sunt animo, vt bibant & obliuiscantur ægestatis suæ & dolores non recordentur amplius. Contra sceleratissimi milites ægerunt, addentes afflistionem afflicto.

Et ibi crucifixerunt eum, & cum illo alios duos latrones, alium a dextris, & alterum a sinistris eius, medium autem Iesum, Et adimpleta

est scriptura quę dicit, Et cũ iniquis reputat⁹ ē.
Adeste adeste mei auditores, hucque omnes vestros cogitatus omnes amici vires conuertite. Grande imo & horrẽdum spectaculum, ob oculos nostros paucis verbis Euangelistæ omnes ponunt. Duobus enim verbis se absoluunt, Et ibi crucifixerunt eum. Nolo existimes, tam cito factum. quam citu dicto, imo fusius ibi omnia & exactius dispicienda sunt. Principio igitur obserua, rursus exui Christum corona, vestibusque omnibus, hinc stillicidium toto corpore ebullit, hinc cruore omnia consperguntur, imo cicatrices omnes, plagæ quoq; ac vulnera flagris spinisq; ac vepribus irrogata nouantur & in iustum riuulum exuberant. Notauit hoc duobus verbis in Threnis suis Hiere. Multi enim sunt gemitus mei, & cor meum mœrens. Et item. Effusum est in terra iecur meum, super contritione filii populi mei. Et Dauid, Quoniã quẽ tu permisisti, persecuti sunt, & super dolorẽ vulnerum meorum addiderunt. Et illud, Vt intingatur pes tuus in sanguine. Quibus colligimus toto in corpore Christi, sanguinẽ spersum, adeo vt etiã propriũ ĩ sanguinẽ pedes suos tĩxerit, ita manus, ita caput, sic faciẽ, sic oculos, deniq; & oĩa membra sanguine lita erãt. Secũdo dũ ita nudatur Christus, interĩ crux aptatur. paratur locus figendæ cruci, scalæ, claui, & quicquid erat laniando corpori accommodum. Sedet ipse interim solitarius defixis humi oculis, cernitur ab omnib⁹, ridetur, hic frontem exporrigit, ille frendet dentibus, alius intẽtat minas, enses, lanceasq; vibrat. Idem fore in Iob licet animaduertere, quẽ diabolus tã sæuo vlcere percussit, vt a planta pedis vsq; ad verticem capitis, nihil esset reliqui. Qui testa saniẽ radebat, sedens in sterquilinio. Dixit autẽ illi vxor sua, Adhuc tu permanes in innocentia tua? Verba sunt adúlteræ Synagogæ aduersus innoxium Christum. Verum quid ille? Nudus egressus sum de vtero matris meę, nudus reuertar illuc. Tertio, subeat in animum, & misera illa conditio, quod tot⁹ spoliatur vestib⁹, nõ quilibet, neq; obscuro loco nat⁹ quispiã, sed æterni ætern⁹ patris filius, in quo nõ modo sunt oẽs thesauri sapientiæ & scientiæ Dei repositi, sed ipsa etiamnum plenitudo in hoc corporaliter deitatis

Esa. 53
Thre 1.
Ibid. 2.
Ps. 68
Ibid. 87
Iob 2.
Colo. 2

residet. Is is est, qui nudus hic ingloriusque moritur, nec
qualitet morte, sed turpissima, sed ignominia plenissima,
nec ob propria flagitia, sed ob aliena, adeoque ob nostram
nequitiam, impietatem . Is is est quam coram cernis ege-
num, ac omnibus rebus destitutum, de quo legis, Domini
Ps. 23. est terra & plenitudo eius. Et item, Pulchritudo agri me-
Ibid. 49 cum est. Et item, Bonorum nostrorum non indiges. Atqui
& item. 15. hic tantus, egestate fame, siti, nuditate premitur, Eo perti-
net quod Hiere ait Recordare paupertatis meæ, absynthii
Thre. 3 & fellis. Paul⁹ suis Corinthiis, Cũ diues esset propter nos,
2 Cor. 8 factus est egenus, vt illius inopia diuites essemus. Quarto
reuocanda est historia de serpente, quem palo affixit Mo-
Nume. 21 ses, de quo habes & in Nume. & in Ioanne ad hunc mo-
Ioan. 3 dum, Sicut Moses exaltauit serpentem in eremo, ita exalta-
ri oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipsum nõ
Ioan. 12. pereat, sed habeat vitam æternam. Itemq; Cum exaltat⁹ fue-
ro a terra omnia traham ad meipsum. Non ergo te tua vo-
luptas ad quiduis, sed Christi crux ad crucem adeoque ad
Christum ipsissimum trahat. Ipse enim est penes quem vita
nostra, spes quoque ac salus pendet. Ad hũc igitur mũdi nu-
dus confugias oportet si modo sanitatẽ cõsequi, si vitæ in-
Gene. 22. tegritati restitui velis. Habes hic multa de Isaac immolatio-
Ibidem 3 ne, multa de sanguine hirci, de cineribus vituli, de ligno vi-
tæ quod in medio paradisi positum, vitã præstabat, quæ om-
nia si ad viuum expendere pergã, non mõ dies hæc sed an-
nus hic deficiet. Missa quocirca hæc facienda nobis sunt &
suis tẽporibus reseruãda. Tuum est igitur optime auditor,
ac Christianæ frater, vt huc omnia studia tua cõferas, ne au-
Prouer. 1 dias obiurgantem Christum, Vocaui & renuistis. extendi
manũ meã & non erat qui aspiceret: Despexistis omne con-
silium meum. Adito igitur misericordiæ hunc thronum cũ
fiducia, vt auxilium opportuno tẽpore assequare. Haurietis
inquit Esa. aquas de fontib⁹ saluatoris, & diceris in illa die,
Esa. 12 Confitemini domino Cur ita? Quia operatus est salutem in
medio terræ, quia sustulit chirographum damnationis no-
Colo. 2. stræ factus pro nobis maledictũ, vt nos maledicto & ana-
Gala. 3. themate liberaret Imo fact⁹ est redẽptio, pax cõcordia. Hæc
1. Cor. 1. enim bona sunt, quæ crux ipsa continet, hæc bona a Chri-

sti vulneribus ceu viuo latice scatent, hinc est illud, Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & a generationibus meis adimplemini. Et illud, Domine apud te est fons vitæ. Ad ignominiam vero pertinet, quod ait Lucas, duos latrones simul cruci affixos, Marcus addit, medium autem Iesum, vt videlicet & famam (quæ hactenus fuit inculpata) ex sociis scelerum complicibus, inquinarent, perinde atque ipse dux & antesignanus omnium esset. Aitem Esai. Et cum sceleratis reputatus est. Igitur enim formam serui accepit, vt non secus quam seruus iudicari & damnari, vel ad flagra, vel ad mortẽ posset. Sunt qui aiũt, dum in altum crucem erigerent suppliciorum ministri, hanc rursus terræ allisam vel forte, vel opera data ne se sanguine vndiq; effluẽte fœderent, eoq; casu oẽs neruos, venas, & vulnera simul inundasse, rupta, & conquassata, id quod cœlestem patrem adeo offenderat vt iam destinaret totum humanum genus stirpitus delere ac euellere porro. Quã iram deprecaturus optimus filius, qui se caduceatorẽ, sequestrũque inter Deum hominesque suapte voluntate constituerat, ita infit, vt habet Lucas. **Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.** Hac oratione tum rotunda tamque lugubri commeruit Christus condonationem eorum criminum, quæ omnes mortales mortis æternæ reos arguebant, potissimum vero adiratum numen aduersus eos qui suppliciis iam sæuis & atrocibus innocentem Dei filius affecerunt, placebat & reconciliabat quoque. Nullũ enim flagitium, nullum piaculũ quãlibet impium, quãlibet æternis flãmis expiendũ, huic vel æquare potest, si Anselmo pio alioqui iuxta & erudito viro credendũ est, quo impii homines Dei & virginis filiũ cruci affixerunt. Id quod satis erat Christo cognitũ, eoq; pro suis crucifixoribus exorauit, &, vt Paulus ait, exauditus est pro sua reuerentia. Non enĩ potuit hunc pater cœlestis non exaudire, qui perpetuo se diuinæ voluntati accommodauit, ac subiecit. Ignis ille diuini amoris Christi pectus adeo sibi mancipauerat vt nihil nisi clæmentiã; nihil nisi fauorem erga nos & cõmiseratioñe spiraret. Quo magis nostra crimina contulit cum patris offensa, eo magis ardore flagrabat, magisq; compre-

Eccle. 24.
Psal. 35.
Esa. 53.
Heb. 5.

Exod.32. cabatur patrē, vt ignosceret, vt iratū animū, vindicteq; po-
neret irā. Non multo secus ægit Moses, quando proiectis
fœderis tabulis, cōfractisq;, ac deinde e medio sublatis sce-
Rom.3. lerum patratoribus, se vel e libro vitæ deleri petiit, vel no-
xam remitti ac cōdonari. Ita & Paulus optabat anathema
esse a Christo pro fratrib' suis Iudæis, & alii itē innumeri
itidē fecere, qui maluerunt tēporaneas subire pœnas, quam
aliorum interire animas, periclitari salutem. Sic Christus
maluit animā suā in manus tradere inimicorū suorū, quā
perire nos, qui mortis ipsius caussa extitimus. Quāquā hoc
dolendū sit, hac precatione paucos admodū permotos &
cōuersos, neq; eni se Pharisæi, neq; milites, imo ne vulgus
quidē, id qđ mox audiem', ad fidē cōuerterūt. Solus vnus
extitit latro qui a perfidia resipuit, cæteri oēs sub incredul-
tate conclusi sunt. Nō hos innocētia (quæ principē cōmise-
randi locū tenet) ab incredulitate reuocauit, neq; conuertit
supplex Christi oratio. Pergunt, vt sunt furore perciti oēs,
& exclamāt, Vah qui destruis templum Dei Hoc exemplo
tā insigni discimus, magnā nobis cōdonandi errata proxi-
Heb.5. mis necessitatem impositā. Qñdoquidē Christus tā anxie
pro suorū exorauit crucifixorū delictis. Verū Pōtifex erat
Pōtificis aūt est (si Paulo credimus) nō tā ꝑ se, sed etiā ꝓ
suis sacras litare hostias, proq; populo toto Itaq; si cū &
nos vel sacrā hostiā litare, vel ꝑces fūdere, vel corpa nostra
in arā crucis offerre volumus, reddereq; vitulos labiorum
nostrorū id curemus oportet, vt anteaquā adeam' sacra, me
tē ab oī liuore, ac maleuolentia purgemus, quin reconcilie-
Rom 12. mur fratri nostro, ponam' irā, ponamus latēs odiū, linqua-
Matth.5 mus Deo vindictam. Nolite, inquit Paulus, reddere malum
Ibidē.18. pro malo. Et Christus Si offers munus tuū ad altare, & ibi
recor. &c. sequitur: recōsiliare fratri tuo prius. Et itē. Ita &
pater vester cœlestis faciet vobis, si non rem. vnusq. Heu
nos perditos hoīes, qui nō antea remittimus fraternā offē-
sam, quā mors miserā animā ad Barathrum mittat. Nīa in-
ira, odiūque nostrū, vsq; adeo inueteratū est, vt ne forcipe
neq; bipēni elicere ex multorū cordib' possis. Interim tñ
gloriamur Christū nos īdutos, Xp̄o inauthoratos, Chri-
stiq; sanguine in libertatē filiorū Dei assertos, quāquā l-

go interuallo absumus a Christo. Addimus mala magis, impietatē impietati, dū nō sat s existimamus odisse fratrē, nisi etiānū illi, nihil nō moli, ominemur, ac precemur etiā Cadat inimicus me⁹ hodie in man⁹ hostiles, male pereat corripiatur furore, nunq̄ fœliciter illi cedat. Siccine est p̄fiteri Euāgelium? Siccine est imitari Christū Hoccine est exequi q̄ Christus? orare pro inimicis, bene mereri de oībus, officio atq; bñficio afficere ét eos, q vitā eripere q mortem intentare volunt. Scripsit autem & titulum Pilatus & imposuerunt super crucem, supra caput eius caussam ipsius scriptam, Hic est Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Hinc ergo titulum multi legerunt Iudæorum, quia prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus est IESVS & erat scriptum literis Græcis, Latinis, & Hebraicis. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum, Noli scribere rex Iudæorum, sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum. Respondit Pilatus. Quod scripsi, scripsi. Ad notandum hoc loci, Pilatū, virū alioqui prudētē & peritum clanculū a se scrimen depellere, & in Iudæos reiicere, atq; ideo dicitur q̄d accusationē seu crimē inscripserit tabellæ, id eīn notat vox illa caussam Græcæ, aitiam, Addit autem & titulum, seu inscriptionē, seu epigraphe, ne existimes facile eā inscriptionē eē raddā, id q̄d subinde & ea verba indicāt, quibus, dū vrgerēt Iudæorū cōplusculi vt epigraphin mutaret Pilatus, constanti animo respondit, Quod scripsi, scripsi. Non ita facit Principū nostratiū vulgus, apud quos est, māda remanda, modicū ibi, modicū ibi, expecta, reexpecta. Ipsis ethnicis videlicet peiores, eoque grauius subituri supplicium. Quodq; sceleſtius multo est nō solum fœdera pactaq; ritæ inita rescindūt, si vel in minimo se lædi itelligāt Verūetiam scribunt ac finguntleges, Singraphaq; iniusta, vt pecuniam emulgeant, vt sua marsupia repleant. Principes inquit Esa. tui infideles, socii furum, omnes diligūt munera, sequntur retribu. Quotus enim ex eis non mu-

Nostratiū prīcipū ex lucri odore incōnstantia

Esa. 1.

tat sententiam, quamlibet iustam, quotus non reuocat, non abrogat, non rescribit, non cancella (agnoscis enim technas, & araneorum telas, quibus deuorant pauperem in absconditol) si modo suis censibus aliquid accumulare possit, si augere patrimoniũ possit? Quod vero titulus, Græce, Latine & Hebraice scriptus est, non eo pertinet quo multi torquent. Nempe vt is linguis solus nobis internoscatur CHRISTVS, sed quo declaretur, has linguas maximũ præstare commodũ, expedire iter iis, qui scripturas interpretari pergunt, Deinde ꝙ Romanis & Latina & Græca lingua sub id temporis esset familiarissima. Erat enim Roma quasi altera Græcia, id quod Latium totum imo & Gallia testatur. Quæ suo vulgari idiomati, multa cum Græce tum Latinæ miscent. Quanquam ad has lingnas se non ita deuinxerit Deus, vt ne aliis quidem intelligeretur. Quando & barbara natio, & Scytha & indus quoque ac Germanus, suo idiomate hunc discant, & cognoscant cognitum que & ament & collaudent. Omnis enim lingua confiteatur &c. Quo tamen non consequitur sacrum celebrandi ritum, in quamlibet linguam vulgarem permutemus, sacraque profanis misceamus. Neq; enim sunt arcana mysteria, maxime quæ ad sacrũ illũ & mysticũ canonẽ spectant, ita traducenda, vt omnibus ludibrio habeantur. Atqui de hac re in locis nostris communibus pleraque multa.

Triũ linguarum Græcæ & Latinę Hebræque vtilitas.

Philip 2.

Non cuiuis lingue sacrũ celebrãdi ritũ permittẽdum.

Poquam autem crucifixerunt eum, milites acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor parte vnicuique militi partem, & tunicam, mittentes sortẽ super eis, quod quis tolleret, Erat autẽ tunica inconsutilis, desuper contexta per totũ. Dixerunt ergo adinuicem Non scindamus eam sed sortiamur de illa cuius sit, vt scriptura impleretur dicens. Partiti sunt sibi vestimenta mea & in vestem meam miserunt sortem. Et milites quidẽ hæc fecerunt & sedentes seruabant eum. Quæ ad literã attinent, nulla interpretatione quũ sint satis obuia & oĩbus exposita, indigent Nemo enim non intel-

ligit quatuor fuisse suppliciorũ ministros, hoĩes alioqui perditissimos & amarissimos. Vtpote qui Christi vestes perditi sint, & sorte inter se distribuerint, id quod oraculo pdictũ fuit a Dauide res id vate. Horũ eni erat voluntati Xp̃s traditus. Significatũ est id piaculi in Canti. qũ Spõsa in se sponsi trãsfert verba Percusserũt me & vulnerauerunt me, tulerũt palliũ meũ custodes murorum. Quo nomine ii designantur, de quibus hoc loci. Et sedẽtes seruabant eũ, ne videlicet vel suapte virtute e manibus eorum elaberetur vel alieno præsidio, id est populũ expectantis, raperetur Stabat enĩ populus expectãs inquit Lucas nimirum vt videret finem, & si res male cederet, ipse manus iniiceret in scelerũ patratores potissimũ vero in Pharisæos, qui Christi sermonibus erãt notati. Allegoriam vero pertinet, quod incõsutilẽ tunicã diuidere ac scindere noluerũt, quo facto ecclesiã nescii significarẽ. Neq; enĩ vllis sectis, vel scismatis ecclesia Christi scindẽda est, nisi ethnicis sceleratiores esse velimus. At vero quot sunt qui hoc seculo calamitoso hanc scindũt, arrodũt, lacerãt, patiuntur? Domine, ĩquit Dauid, Ecclesiæ nomine, quid multiplicati sunt qui tribulant me, multi insurgũt aduersum me? Rapit ad se aliquotã partẽ ecclesiæ Lutherus, nonnullam Oecolampadius & Zuinglius, maximã Erasmus, quẽ ego eo inter hos milites Pilati reiicio, quod eodem Marte, eodẽq; ariete & ipse ecclesiæ cærimonias impetit, quo Lutherani, nisi quod hic locatur perpetuo, illi vero seriorẽ tractant, quasi vero has strophas nemo intelligat, ac fides nostra ludum patiatur, Id quod tamẽ hic Pilati miles ĩ familiarib9 illis colloquis palã facit Sed væ homini illi, per quẽ scãdalon venit. Ipse oua nidulo imposuit alii excludunt, ipse arma suppeditauit, alii iis in perniciẽ ouiũ Christi abutũtur, ipse frigidam suffudit hostib9 ecclesiæ, interĩ tamẽ suã innocẽtiã (si Deus velit) oĩbus inculcat, Sed nõ secus innocens, quã is qui dixit. Innocẽs ego sum a sanguine iusti huius. Dei eiuscemodi sectariis Christus, Qui non est mecum, contra me est. Et Petrus. Erunt in vobis magistri mendaces, qui introducẽt sectas perditionis, sequitur. Et multi sequẽtur eorũ luxurias, per quos via veritatis blasphematur. Sed mittam9

Psal. 21. Can. 5.

Fides ludũ nõ patitur.

Matt. 12. 2. Pet. 2.

has vipereas soboles, quæ matrē ī ipso partu euiscerātiu gulant, occidūt, dabunt suo iudici pœnas, nisi palinodiā olim cecinerit. Non ego traduco hos tabulas, ipsi sese traducunt & scriptis & calamo, satisq; declarāt se ad vnam ecclesiā non pertinere, qui misere huius pios alioqui & religiosos ritus conuitiis, scommatis, maledictis incessunt.

Prætereuntes autē blasphemabant eū, mouentes capita sua & dicentes. Vah qui destruis templum dei, & in triduo illud reædificas, salua temetipsū, si filius dei es descende de cruce. Similiter & principes sacerdotū deridebāt eum illudentes eū ad alterutrum cū scribis & senioribus dicebant. Alios saluos fecit, seipsum nō potest saluum facere. Si Christus rex Israel est dei electus descendat nunc de cruce, videamus & credamus ei, confidit in deo, liberet eum nunc si vult. Dixit enim, quia dei filius sum.

Ridetur Christus & a vulgaribus, qui paulo ante obuiis hunc exceperunt vlnis, & a principibus scribisq;, vt intelligamus oēs in Christi mortem coniurasse, eo oēs nasum suspendere & dicteriis afficere, aliis aliud obstreperat voce obiicientibus. Animo tamen semper eodem .i. male sano & furenti. Exigunt rursum signa, sed generationi huic pessimæ, aliud nullum dabitur portentum nisi Ionæ Prophetæ. Neq; enim eo animo crucem conscendit, vt ad insanas voces descenderet, inquit Bernard. sed ad finē vsq; in cruce duraret. Factus enim est obædiēs patri, non modo vsque ac conuitia, nec solum ad verbera sed ad crucem, imo ad mortem vsque turpissimam. Ac dedit multa hactenus & præclara signa Christus, ad quæ confugere debuerant. Opera, ait, quæ ego facio in nomine patris mei, ipsa sunt, quæ pōt perhibent de me. Et, si mihi non vultis credere operibus credite. Et rursus. Vos non creditis. quia non estis de ouibus meis. Imo sermo meus, quo interpellaui pro volente patrem, non capit in vobis. duriores enim estis saxis. Adde ob id non descendisse Christum, ne patientiæ virtutem

Cur christ⁹ de cruce nō descenderit.

Philip. 2.

Ioan. 5.

ibidem. 10

Ioan. 10.

perdidisse diceretur, neue offendiculo nobis esset, si quan do vrgent mali si discrimina instant. Crux enim semper nobis ferenda. Qui non accipit crucem suam quotidie & se quitur me, non est me dignus. Moriendum igitur in cruce nec nisi alienis manibus, alienaque & opera & ope deponendi sumus, vt benedixit Bernard. Sunt multi loci, qui ad hoc factum adduci possunt, ex Psal. quos ipse tu lector videas, si libet, non enim omnia chartis committi possunt. Huc enim pertinet quod Dauid ait. Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapi. & rugiens. Item. Circundederunt me ca. Foderunt manus & ped. Et item in alio, factus sum sicut vas perditum, quoniam audiui vituperationem multorum commo. in delictis suis ignosce. Eadem & Hiere. in Thren. Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viam sibillauerunt & mouerunt capita sua. Moxque. Aperuerunt super te os suum oẽs inimici tui sibillauerunt & fremuerunt dentibus suis. Et dixerunt deuorabimus, En ista dies quam expectabamus, inuenimus vidimus, &c. Luc. 9. Psal 21. Ibidé. 30. Thre. 2.

Idipsum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo improperabant ei, & conuitiabantur ei.

Hieron. existimat, prius vtrunque blasphemasse Christum deinde visis portentis vnum credidisse, ita & vterq; populus antea deum & verbis & factis conuitiis affecit. Verum gentilis, visis portentis, manus Euangelio dedit, factusque est diuinæ promissionis particeps.

Vnus autẽ de iis qui pendebant latronibus blasphemauit eũ dicẽs. Si tu es Christus saluum fac teipsũ & nos. Respondẽs aũt alter, increpabat eũ dicens. Neq; tu times deũ, quod in eadẽ damnatiõe es? Et nos quidem iuste, nam digna factis recipimus, hic vero nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum, Domine memento mei dum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus. Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.

Atqui hic multo fuit peruicacior, alteroq; insolẽtior, ideo inquit vnus ex eorũ numero qui pendebat, conuitiabatur,

Si tu, inquit, es Christus ille, potens in opere & sermone; adeoq; verbo instaurans vniuersa, ipsum te serua, liberûq; iubeas abire. Quin & nos experiamur potentiã tuam, qua hactenus multis opē tulisti. Interī dū hic dicteriis icetur, dum scommatis lacerat mira dei clementia & benignitate alter resipiscit, agnoscit errata, constantiq; animo consortē obiurgat, dicens, Neq; tu times deum, Et nos quidē iuste, nam digna factis recipimus, hic vero nihil mali fecit nihil designauit criminū Obseruanda hoc loci duplex latronis confessio, altera erratore & scelerum, Digna inquit factis supplicia nos manent, nosq; examinant, hic vero & innocens est, & delictorū expers, quæ illi falso imponuntur. Agnoscit bonus hic & nobilis latro noxam propriã, vt iustitiæ iter expediat, id quod iussit Propheta iustus prior est accusator sui. Et item. Qui abscondit scelera sua nō dirigetur, qui vero ea cōfessus fuerit, misericordia consequetur. Reuocat in animum propriam turpitudinē, vt gratiæ aditus pateat. Egressus enim malitiæ. inquit Ambrosius, virtutis ingressum operatur. Cæterum profuerit hanc confessionem, extremo supplicio damnatis, ob oculos ponere ne desperent, sed lubentes, siquidem rei sint mortē subeãt. Fateantur quod verum, palamq; admissum est, non quærant perisomata. Hac ratione facile expiabunt crimina, si seipsos accusēte, si cōplices crudelitatis ac malitiæ arguãt Altera confessio multo est salubrior. Nam si solum peccata tua ob oculos ponas nihil magni fecisti, imo proximus desperationi es, animumque despondebis, nisi omnem fiduciam in Christum reponas. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem Vt vero salutem consequaris, adito plena fiducia thronum misericordiæ.i. Christi crucē, insta, vrge, vt memor sit clementiæ, immemor iniuriæ, vt miseram animam seruet, vt eripiat e mortis æternæ faucib⁹, vt cœlestis gratiæ participem faciat, id quod Euangelicus hic latro fecit, Domine memento mei dum veneris in regnum tuum. Agnosce te quouis latrone sceletatiorem, indignumque porro quem terra ferat, imo dignum quem dehiscat, quem cum Chore. Dathan & Abiron absorbeat. Ad eum modum resipuit Manasses, Dauid

Gemina latronis confessio.

Prou.18. Ibid. 28.

Rom.10

Peccatrix, filius perditionis, de quo ita habes, Peccaui pater, in cœlũ & corã te iã non sum dignus vocari filius tu⁹ Luc. 15
Magna fuit huius latronis fides, magna animi constantia, maior tormentis, seipsoq; excelsior. Non populi rabiẽ, non principũ authoritatẽ veritus ingenue clamitat Iesum innocẽtẽ, subindicat & regnũ quoddã, non iã humile vt hactenus sed augustissimũ, sed perpetuũ Regnũ, inquit Dauid, tuũ, regnũ oĩm sæculorũ, & dominatio tua in oĩ generatiõe & generetionẽ. Hoc regno in authorari voluit & inferi per Christũ, etiãsi idipsũ grauissime & inuidiosissime tulerint. Iudæi. Paulo enim ante dixerunt se non habere regẽ nisi Cæsarem. Contra latro regnũ quoddam Christi constanter asserit in regnum inquit tuũ me iubeas inscribi Roma. 5
Verũ quid ad tã liberã confessionẽ Christus Hodie mecũ eris in paradiso. Alludit ad veterã voluptatis hortũ, quem alii gan, alii æden .i. deliciæ interpretantur, in quẽ primus ille Adamus positus erat, sed non proinde diu perstitit, breui enim lapsus, perpetuæ seruituti subiecit & sese, & totam posteritatẽ a se propagatã. Verum non sicut delictũ, ita & gratia, imo abundantior gratia, Christo authore in nos propagata est Id, quod Latro, sensit, qui tum primum resipuit, Christiq; fauorẽ ac donũ sensit, quando viuere desiit quando iamiam obeundum erat Nemo itaq; desperandus cuius incertus est exitus, nemo quãlibet inueteratus despõdeat animum, quin resipiscat imitetur Latronem, agnoscat errata, adeat medicũ, & vitæ largitorẽ Oret, vrgeat, instet Domine memento mei, quum iam sis in regno tuo. Te regem adoro te prona mente, vultuq; demisso colo. Solũ id vnũ precibus meis omnibus antepono, vt mei memineris nõ dico vt ad dextram vel sinistrã colloces, sed memineris. Nam meminisse tuum adiuuisse est, Simulatque enim mei memineris, iam opem iam auxilium præstitisti. Id quod promissionis verbo significatur, Hodie mecũ eris in paradiso. Atuero, quẽ putamus paradisum possessurus est Latro? Eũ nimirũ quẽ Xp̃i aĩa, vbicũque (id quod pollicitus erat) hæc fuit seu in limbo (vt vocant) patrũ seu in loco cui olim præerat Adamas, protoplastus, adfuit latro, & comes Colo. 2
& collega, & beatitudinis particeps, Si eñ in Christo est

plenitudo diuinitatis, id quod Paul⁹ testatur, cõsequẽs erit qui Christũ inhabitat, qui hũc agnoscit, qui hũc hospitẽ
Ioan.17 habet, eũ & diuinitatẽ agnoscere, agnitamq; amplecti animo, huicq; initi prorsus Hæc enim est vita æterna, vt cognoscãt te solũ deũ, & quẽ misisti Iesum Christũ. Fuit igitur cũ anima Christi latro, particeps redemptionis Christi, particeps gratiæ & cœlestis regni, vt verũ sit qđ alicubi
Matt.21 obiicitur pharisæis, Publicani & meretrices præcedent vos in regnum dei. Nemo principũ cognouit qđ latro accepit,

Stabãt autem iuxta cruce Iesum mater eius, & soror matris eius Maria Cleophe & Maria Magdalene. Cũ vidisset ergo Iesus matrẽ & discipulũ stãtẽ quẽ diligebat Iesus, dicit matri suæ Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam. Si quæ Bern. Anselm. Beda, & aliorũ cõplures viri nõ minus pii, quã eruditi ad hũc locũ corradunt, de Mariæ cõmiseratione erga filiũ adducere velim, rursus mihi horarũ quatuor interuallo opus esset. Id si tentarem, & me inani labore conficerẽ, & vestras (auditores præclari) mundissimas aures tædio atq; nausea quoq; afficerem Simpliciter igitur & paucis admodum agam, & hanc tragœdiam Christi & Mariæ ipse tragœdus. Adstat cruci mater fide, adstat & morũ integritate & animi, non iam muliebri, sed virili imbuta constantia. Alioqui qui stare posset, ad tot conuitia, ad tot cruciatus, ad tam inexhau-
Lu.1. sta supplicia, quibus filius vnice adamatus afficiebatur ab improbis, si nõ animus seipso esset fortior? In lib. Macha. legimus matrẽ astitisse filiorũ nec, aĩmq; plusquã virilẽ corripuisse, ac filios ꝓprios ad fortiter tolerandũ tormenta cohortatã. Sed nihil ad hãc delicatã virginẽ, nihil ad hoc virgineũ, pectus. Itidẽ de nobili illa vidua fœlicitate, item de Simphorosa legimus. Verũ longo interuallo absunt a virginea constantia Sola hæc erat inter mulieres benedicta, etiã si in loco damnatorũ steterit, si caluariæ adfuerit, si in publicũ prodierit, seq; non iam absconderit, sed ab omni-
Gen.34 bus viderit voluerit. Adægit aũt hanc, non libido, nõ curio-

ſitas, qua dina foris prodit, & ſtuprum admiſit, ſed in filiũ commiſeratio, ſed ardẽs in filiũ propriũ dilectio. Fortis inquit eadem virgo, eſt vt mors dilectio. Nõ cedã nec gladiis, nec ſcõmatis, nec blaſphemiis, deterrebor, adero etiãnum morienti, quę hoc illi præſtiti quo mori poſsit. i. ſerui formã. Sed inquies, num ſpargebat crines? num vocibus implebat theatra, plateas, vicos, & compita? Ego, vtcũque alii ſentiant, nihil horũ tribuo. Mariæ. Stabat enim, & corpore, & aĩo infracto, & moribus quoq; honeſtiſsimis adornata, quãquã interĩ mœrore cõfecta, & amaritudine oppleta, adeo vt non iam Noemi. i. pulchra ſed amara dicenda ſit, quãdoquidem amaritudine repleuit eam dominus. i. quod futurũ prædixit Symeon. Tuam ipſius animam pertrãſibit gladius doloris. Nõ inhæſit, ſed pertrãſiit gladius anceps pertingens ad diuiſionẽ animę & corporis. Mariæ. Etenim quod Chriſtus foris in corpore ipſa interius ſenſit, interius alta mẽte repoſuit, & cauſam mortis, & corporis quoque ſupplicia, denique & ingratitudinem noſtram. Bene ait Hieron. & aliorum compluſculi, in partu quidem non ſenſiſſe dolorem virginem, ſed in morte filii, dolore, ac cõpaſſione abſorptam. Commota enim ſum viſcera eius ſuper filio, quem ſic lacerum, ſic conſputum, adeo dilaniatum, porroque in nihilum redactum vidit. Stabat tamen interim fide, ac plena in deum fiducia, qua ſciebat futurum, vt hac crudeli morte ſeruandi eſſent omnes, qui crederent in filium. Id ob oculos poſuit virgo hoc ſolatii habuit, hac anchora nitebatur, alioquiiam actum fuiſſet, iamque animum virgineum deſpondiſſet. Fides itaq; in hac ſola virgine, ſub triduum hoc durauit, ſi modo Eſa. credimus. Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum. Solus mortem oppetiit Chriſtus, ſolus inter conuitia, flagra, perſtitit immobilis, nemo illi ſuppetias tulit virorũ, nemo ex oĩbus charis eius adfuit. Sola mater perſtitit in fide, nihil addubitãs olim futurã redẽptionẽ generis humani, ſi modo æs alienum exolueret filius vnice illi charus. Non, inquit, eſt vir mecũ, id quod nobis (qui barbati ſumus) probro, non fœmininis vitio datur, adfuit enim illi virgo, parata non tam miniſtrare, vt hactenus, quã ſeipſam filii loco impen-

Can. 8.

Luc. 2.

Eſa. 63.

dere, si a patre destinatum esset. Fuit igitur Maria & virgo, & mater, & martyr quoq;, quandoquidem eo loco passa fuit, quo interius sensit, quoq; indoluit filii vicem. Cæteræ quæ adsunt spectaculo mulieres, & si Christi vicem indoleant, vt erant & piæ, & illi deuotæ reuerentiaq; coniunctissimæ, nihil tamen est, quod dolent, si ad virginis cõmiserantem animũ cõferas. Sentiunt aliud disdiapason diuersum materna vbera ac viscera, eoq́ue amaritudine repleta,
Thren. 3 vt Hiere. habet. Non compellat Christus proprio nomine matrem, ne porro concidat, sed communi vocabulo, dicens Mulier, ecce fili⁹ tu⁹. i. si optas vt alius tibi, mei loco cedat, en is qui a latere astat, tibi filius esto, mihi eñ iã & abeundum, & obeundum. Quandoquidem hæc est hora illa, de
Ioan. 2. qua alias, nondũ venit hora mea. Venit iam hora, quæ nos separabit corpore, quæ necessitudinem nostram aliquandiu disseparabit, itaq; in hac hora te agnosco, idq; in corpore hoc, qđ ex purissimo sanguine tuo sumpsi. Hoc corp⁹ mihi ponendum est, hoc relinquendum est, hoc terræ abditis committendum, donec tertius adhinc dies elucescat. Qui vbi eluxerit, viu⁹ meipsum tibi p̃sentẽ exhibebo. Ad discipulum vero. i. Ioannem, ecce mater tua, En hanc tibi virginẽ cõmendo tu. esto illi filius, tu paracletus, tu tristẽ mœrentemq; deniq; & mortem meã lugentẽ solare. Quinetiã tu illi honorẽ, tu reuerentiã, & quicquid tandem illud fuerit, quod ad vitæ consuetudinem pertinet, suppedita. Sed o inæqualis, imo o Glauci & Diomedis permutatio. Nulla hic permutationis proportio, nulla finiti ad infinitum collatio. Qui in cruce pendet, æternus, innocens, omnium & plastes & dominus est, omnia potest, omnium est speciosissimus. Cõtra qui iuxta crucem astat, homo est, peccator pauloante fuga se præcipiti ab hostib⁹ liberauit, deinde nihil tale vel est, vel præstare potest, quale virginis filius. Sũt qui hunc locum ita exponunt, vt nomine discipuli, quem diligebat Iesus, nõ tã Ioannẽ, quã oẽs fideles ĩtelligãt, quos e cruce commendatos iri voluit Christus matri, & rursus matrem illis, vt videlicet reciproca quædam citro vltroque & matris & filiorum esset dilectio, obseruantia, reueren
Ioan. 1. tia. Perinde atque diceret, En mater tibi hos filios quos

Euangelio genui, quibus potestatẽ feci filios dei fieri, quorum nomine mortem occumbo. Hos inquam mihi adeo adamatos tuæ curæ commendo,, tu esto illis in matrem, vt ego extiti in magistrũ & dominum. Tuum erit, vt illorum vicem, miseriam, calamitatem, in te suscipias, & ita prospicias vt apud patrem meum cœlestem te non duram nouercam, sed dulcissimam interpellatricem, sed piam, sed benignam, sed clementem matrem experiantur. At filios vero, En mater vestra, en patrona, en ad quã confugiatis, si quando bella premunt, si adiratum senseritis numen, ipsa vobis patrem, ipsa me filium facile reconciliabit, siquidẽ ad hanc pio animo, & supplici mente accesseritis. Siquidem dixeritis. Ostende te esse matrem, omnes ex te pendemus. Nec est hic sensus a pietate alienus Quin hũc non vno, sed multis locis amplectitur ecclesiasticus chorus. Atqui satis de hac re. Ego te per hos o diua parens & virgo dolores. Supplice voce precor, scelerum mihi mole grauato. Haud asperneris miserantem reddere natum. Alii te rideant, alii negligant, in te ego virgo quaterq; miserandus, totam meam spem reposui. Tu Nicolai, tui memineris, dum sæua mors instat, adsis vel tu sola victrix, victor & ego abibo. Pia authoris ad virginẽ oró.

Erat autem fere hora sexta, & facta hora sexta. obscuratus est sol & tenebræ factę sunt super vniuersam terram, vsque ad horam nonam.

Nihil est quod non compatiatur Christo morienti. Superiores creaturæ, a quibus omnia ista infernæ mira quodam ordine reguntur, suam plastem agnoscunt, perturbantur, ferre ignominiam nequeunt. Sol, aer, & reliqua perturbantur elementa. Solus homo induresc it faciem suam, non compatitur, non agnoscit, neque sui creatoris vicem indolet. Variæ vero de tenebris sentiunt doctores, sunt qui putant vsqueadeo intensas, vt nemo se loco mouere potuerit, quales erant in Aegypto, de quibus in Exodo habes. Extende manum tuam in cœlum, & sint tenebræ super terram Aegypti tam densæ vt queant palpari, sequiturque quod factæ sũt horribiles tenebræ in vniuersa terra Aegypti, tribus diebus nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de lo- Exo 10.

eo in quo erat Si tales fuissent eę tenebræ, quarum memi-nerunt Euangelistæ hoc loci, neq; milites, neq; etiamnum mulieres, potuissent se loco mouisse, quod palam aduersatur historiæ & veritati. Origenes sentit has non occupasse vniuersum terrarum orbē, sed Iudæā duntaxat Dionysius Areopagites testatur se easdem in Aegypto animaduertisse. Hinc ara illa cui inscriptum ignoto Deo, extructa erat & prodiit. Possibile tamen est eas multo fuisse intensiores & eratiores in Iudæorū solo, quā in circumiacentibus regionibus. Et autem Aegyptus haud procul dissita a Iudæa eoquefacilius istic animaduersæ fuerunt, maxime Athenis quo tum philosephiæ studium floruit. Nota etiam has tenebras, deinde & solis deliquium non naturale fuisse, sed porro naturæ pugnans, id quod Philosophos in admiratio nem duxit, vt testis est locupletiss. Dionisius.

Et circa horam nonam, exclamauit IESVS voce magna. dicens, Eloy. Eloy lamazabathani, quod est interpretatum, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Posteaquam dulcissimus Iesus pro hostibus precatus est, vbi etiam Latroni pollicitus erat regnum, vbi matrem nobis commendauit, iam redit an patrem, seque illi porro effundit. O misericordiarum inquiens, plenissime pater vbinam sunt antique miseticordiæ tuæ, vbi pietatis viscera, vbi fœdera,
Gene.15. pactaque cum Abraham, Isaac, Iacob, inita, olimque sancita, Policitus es enim semen, quo benedicendæ essent oēs gentes putabam hoc semine filium tuum tibi vnice charum
Psal,30. &.68 significatum, Verum vt video, vt sentio, defecit iam virtus mea, defecerunt anni mei a gemitibus, in nihilum enim redactus sum, & nesciui, Raucæ factæ sunt fauces meæ dum oro ad Deum meum, dum expando ad te manus meas. Quin mi obseruandæ pater, cum nemo non exauditus sit, qui ad te prono animo cōfugit. Nemo nō seruatus qui opē tuam implorauit. Exaudisti Dauid post stuprum pœnitentem, Audiui orationē tuam, vidi lachrymas tuas inquiens. Audisti & Salomonem, domum nomini tuo dicantem. Et item alios innumeros. Solum ne filium non exaudies? Nū in hunc solū crudelis eris, qui erga oēs misericors

extitistit? Gloriatur Dauid se exauditum, se de ore leonis ereptum. Liceat & mihi vel paululum gloriari de præsentissima ope tua, pater sancte, Serua me ex hac hora, nũc aĩa mea venter meus, & quicquid in me est viriũ, exhaustum est. Extabuit virtus mea, Tu mihi ne sis formidini, eiusce-modi potuit dicere, cum patrem tam anxie interpellaret. Ferunt multi Psalmum. 21. totum a Christo in cruce decantatum, & lugubri voce dictum. Eadem enim verba, & hoc loci ab Euangelistis, & ibi a Dauide ponuntur paucis admodum variatis, quæ tamen sensum integrum relinquunt. Ita habet Psalm Deus deus meus quare me dereliquisti? Longe a salute mea verba delic. me. Et item, In te sperauerunt patres nostri, & liberasti eos. Rursusque per Tabinosim se porro demittit. Ego autem sum vermis & non homo. op. &. Aruit tanquam te. virtus mea. Ad idem est & Psal. 68 Saluum me fac Deus quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam, Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Moxque, Deus tu scis insipientiam meam, eadem est Tabinosis, qua porro exinaniuit ac exuit se Christus, insipientem se vocitans, vermem, & quiduis aliud quam hominem Addit etiam caussam, Quoniam zelus domus tuæ comedit me. Eripe me de luto, vt non infigar &cæ Ad idẽ est & alius Psal. 87 quo post exordium (quod plane idem est cum præcedentibus) ita insit in persona Christi Propheta, Repleta est malis anima mea, & vita mea infer. appropin. Aest matus sum cum descen. in lacum, factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber Et item Longe fecisti notos meos a me, po. o. suerunt me abominationem sibi, Audis omnia plena esse mœrore plena (si externam faciem inspectes) desperatione, etiamsi neque Prophetæ, neq; Christ⁹ hæc eo aĩo effuderit, vt desperatus porro, & dejectus, Domine inquit in alio Psal in voluntate tua præstitisti decori meo virtutẽ. Cõscidisti saccũ meum & circundedisti me letitia Admittebatur igitur & Xps, diuo promisso, perĩde atq; dixit, vt quod dereliquisti me? Vtrũq; enĩ ad carnis imbecillitatẽ pertineturad quod hic colligere facillimũ erit, si naturã diuinã ab hũana separes si rationẽ vtriusque habeas, nõ quo hæc ab illa deserta sit

Psal. 21.
Psal. 68.
Psal. 87
Psal. 29

vnquam,sed quo alterius potentia,sine alterius imbecillitate,satis intelligi,possit. Neq; enim Deus deũ deseruit,vt
Rom.5 fingunt hæretici neque animum despondit Christus,qui factus est nobis turris fortitudinis. Imo qui est ipsissima spes nostra,quæ nunquam confundit,sed testatur se in medium discrimen vitæ coniectum, adeoque detrusum,vt iã non liceat effugere, Erat enim traditus in manus inimicorum,qui illi nihil aliud quã morté accelerare moliebãtur. Sensit hoc mali animus sensit & caro,& spiritus quoque. Adde & illud, Quanquam ea,quam superiorem portionẽ vocant,æternis oblectaretur rebus non tamẽ hæc oblectatio in vires exuberauit inferiores.Singulæ enim vires sibi ipsis permittebãtur,vt videlicet & supernæ gaudio afficerentur,& infernæ quicquid erat naturæ incõmodum per sentirent, atqui ita demum factum est,vt in vna persona, & gaudium fuerit incredibile,& tristitia summa. Deinde & suppliciorum immanitas,ita sensum affecerat, vt nihil esset reliqui.Id quod Dauid duobus verbis explicat,Infixus sum in limo profundi,& nõ est substãtia,id est defecit caro mea,& cor meum, & anni mei inter medias lachrymas,quas vbertim ad te clæmentissimum patrẽ effundo. Quin vsque adeo sæuiunt in meã animã,quãlibet innoxiã vt vi quandam hanc e corpore pellere conentur.Oĩa enim membra lacerant,si qua in pater hanc delitescentem offen-
Psal.37 dant, Vim faciebant qui querebant animam meam. Flagellat & hoc Xp̃m quod nemo ex oĩbus erat quãlibet familiaritate deuictus,quãlibet magnificiis officiis ab eo affect' qui ĩter tot discrimina solaretur,desert' a patre videbatur, imo,pater illi offẽs' nõ recõciliat' multis judicabatur eoq; sic inter manus ostiles,adeoq; inter tot rerum discrimina, solus certabat,solus illachrimat,solus ipsũ se solatur,tristẽq; animũ alloquitur,vt fortiter agat,vt cõstanter oĩa aggrediatur,maxime & mortẽ ipsam, & aculeum quoq;,deniq;
Psal.87 & authorem ipsum,id certaminis solus fert Christus,id notauit Dauid In me transierunt iræ tuæ,& terrores tui,cõturbauerunt me,Circundederunt me sicut aqua tota die circundederũt me simul,elongasti a me amicũ & proximũ &
Thre.1. notos meos a miseria.Et Hiere Infirmata est virtus mea,

dedit me domin⁹ in manu, de qua non potero surgere. Satis ex iis licet intelligere, quo pacto se deseri queratur Christus a patre. Nimirum vt singulæ animi vires sibi ipsis permitterētur nihil ex superioribus in inferiores redundaret, quo dolor vehemens & tristitia mitigari posset, interim tamen omnia incommoda irrogata clare, aperte, intelligerent, sentirētque sine vllis inuolucris sed præsentissime, sed singula distinctissime, & expressissime Id quod paucis mortalibus vsu venire solet. Non enim appræhenderunt obiecta pericula, perinde atque Christus, Cuius sensus, & intellectus, vt erat integer & sanus, poterat discernere quodlibet, poterat inquam, cuiuslibet vim, ac virtutem introspicere incommodi & disconuenientis, sine vllius commodi & oblectationis permixtu. Legimus martyres quosdam non magnopere fecisse ignes, enses, cruces, deniq; cætera omnia excelso animo superasse, quandoquidem aderat intus numē aderat robur & consolatio diuina, quæ animũ suppliciis abduxerat. In sublimibus, inquit Vincentius, agor Et Tyburtius videor mihi non super carbones incedere, sed super rosas. Multo secus euenit Christo, is enim & si perbeatus secũdũ id quod in eo præcipuum obtinuit locum, esset non tamen ea voluptas quamlibet esset iucunda, in inferiores resultauit vires Deliciabatur igitur pars superior, sed interius flagellabantur reliquæ, perinde atque desertæ essent, spretæ, & contemptæ. Non quo diuinam posuerit naturam, siquidem quod semel assumpsit, inquit Ambro. & Augusti. nunquam deposuit, sed quo diuina potentia humanas vires fineret omnifariam affligi, confici angustia, mœrore, tristitia, &c.

Et quipiam de circunstantibus audientes, dicebant, Ecce Heliã vocat iste. Non omnium erat eadem sentētia, nec eodē modo verba Christi intelligebãtur ab omnib⁹, Romani Hebræi sermonis proprietate ignorãtes, dicere poterãt, En ad Heliç pſidia cõfugit, qui antea gloriat⁹ est Deũ se habere p̄rem. Si vero ex Iudæis prodit, ironia potius est, quã assertio, Ridebãt enim X p̄m quãcunq; tandem seu Deũ, id quod præ se ferebant, seu Heliam interpellaret.

Postea sciens Iesus quoniam omnia consumata sunt, vt consumaretur scriptura dixit, Sitio

Verbum hoc, quod quintum in ordinem reiiciunt sancti, varie quoque tractant. Principio vt ad patrem referas, cuius Christus gloria, cuius vultum, deliciasq; sitiuit. Nihil enim illi tam cordi erat, quam concedere, defuncto opere ac legatione, quam volens acceperat. Eo pertinet quod alibi testatur, Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me. Patris etenim expleta voluntate, quid restabat, quam redire ad patrem, id quod multo desiderio petiit ac ambiit. Proinde hunc sensum indicat Psal. 14. qui totus in Christum quadrat. Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Fuerunt mihi lachryme meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie vbi est Deus tuus. Hæc inquam recordatus sum, & effudi in me animã meã, &c sequitur. Quare tristis es anima mea, quin spera in Deo, qui me afflictum suo vultu gaudio afficiet, suo tempore, nimirum parta victoria? Dum confringũtur ossa mea, exprobra mihi inimici mei, dum dicunt mihi per singulos dies, vbi est Deus tuus. Nũ tibi hæc omnia recta in Christũ tendere, proprieque de eo dici, qui sitit in cruce, videntur? Sitit Christus, anhelat, ac ingenti desiderio reuisendi patrẽ tenetur, eoq; affligitur magis ac magis. Nam spes quæ differtur, affligit animã. Secundo, si qualitatẽ corporis statũq; animaduertas, non abs re potuit exclamare Christus, Sitio, Quandoquidẽ omnes vires erant exhaustæ, humidũ etiã illud radicale, consumpta sicaq; caro accutis ossibus hærebat. Reputa tecũ quantum in horto sanguinis, quantũ inter flagella fuderit, quantum elicuerit corona, quantum claui ipsi, quibus confossus erat. Animaduertit id Dauid, Sicut aqua effusus sum, factum est cor meum quasi cæra liquescens, Aruit tanquam testa virtus mea, laboraui clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ, defecerunt oculi mei. Itemque & Hiere. Defecerunt præ lachrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea. Effusum est in terra iecur meũ, imo non tam iecur, quam cor, quare oĩa interiora effusa & cõmmuta sũt. Natura itaque cogente Christus clamat. Sitio. Quẽadmodũ enim ex itinere fatigatus dixit, Mulier da mihi bibere, ita & hoc loci sitim restringere cupiẽs, ait, Sitio. Adde tertio, magis Christum sitiuisse

Margin notes: Ioan. 4. — Psal 41. — Prouer. 13. — Psal. 21. — Thre 4. — Ioan. 4. — Christi sitis.

nostram iustitiã, nostrã profectũ, adeoq; nostrã salutẽ, quã sitis propriæ restrictionem, Flagrabat piissimus ille Iesus interius, vt nos eriperet, non secus quam vbi dixit, Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum. Idem desiderium, idẽ durauit affectus erga nos liberãdos, donec expleret, qđ illi cõcreditũ erat redẽptionis munus. Hic illi cibus fuit, hæc sitis, hic potus quoq; hæc voluptas summa, nos ĩ libertatẽ asserere, nos redimere, nostrãq; sitim, sua morte, suoq; sanguine restringere, Id est, quod nos blandiuscule inuitat. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Et Esa. Oẽs sitiẽtes venite ad aquas, & cæ. in Ioanne ad Samaritidem, Aqua quam ego dabo, fiet in eo fons salientis in vitam æternam. Sunt qui hæc verba, sed coactius quam oportet, in Mariam dicta volunt, quasi ab hac sibi potũ vel aquæ vel lactis suppeditari petierit Christus, atque hic mire deuoti sunt, pii iuxta ac religiosi. Non damno pietatem, modo absit superstitio, absit & vis, quæ dei verbis infertur. Mauult Dei para illa virgo, se negligi quam hac ratione scripturas sanctas torqueri, & eo rapi, quo non oportuit Multa sunt qui nos ad virginis amorem reuerentiam adeoq; visibilem & inuisibilem cultum inuitant, nihil opus est, vt ea verba torqueamus huc, quæ alio spectant.

Luc. 22.

Mat. 11.
Esa. 55
Ioan 4.

Vas ergo erat positum aceto plenum, & continuo currens vnus ex eis, acceptam spongiã, impleuit aceto, imposuit arundini, dicens, Sinite videamus si veniat Helias ad deponendum illum. Illi aũt spongiam plenã aceto hysopo circũponẽtes obtulerũt ori eius, Illudebãt autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei dicentes. Si tu es rex Iudęorum saluum te fac, & dabant ei bibere. Cæteri vero dicebant, Sine videamus, ad veniat Helias liberans eam.

Audis quo potu refocillat exaustas corporis vires. Nimirum acido, & non modo acido, sed etiam felle corrupto, id quod paulo ante quoq; patrarunt flagitii, & nunc idẽ repetunt, vt eo citius moriatur. Quemadmodum Plutarchus de

Antonio refert, cui acetum administrabāt quo celerius ex vulnere moreretur, ita & milites pecunia Iudæorrum corrupti, nihil non crudelitatis in Christum exercent. Verum longe ante id prædictum fuit, ita olim euenturum, quemadmodum res ipsa euenisse docuit. Nam Dauid sic habet. Et
ps.68. dederunt in escam meam, fel & in siti mea potauerunt me
Thren.3 aceto. Et Hiere. quoque, Vetustam fecit pellem meam & carnem meam, contriuit omnia ossa mea. Aedificauit in gyro meo, & circundedit me felle & labore, moxq;. Repleuit me amaritudinibus inebriauit me absynthio. Confregit ad
Deu :2 numerū dentes meos, cibauit me cinere. Recordare igitur paupertatis meæ, & trāsgressionis, absyntii & fellis. Moises quoq;, Vua eorum vua fellis, & botrus amarissimus. Fel dracorum vinum, & venenum aspidum insanabile. Offertur autem acetum felle permixtum non vt sitim restringant, sed vt affligatur magis atq; magis etiamnum in tenerrimo organo, quo multis hactenus remedia contulit. Nempe cæ-
Ioan. co nato, quando luto oculos obleuit, atq; sputo proprio oculos deliniuit vt visum reciperet, deinde pleraq; multa tā egregie & docuit, & prefatus copiosissime fuit, quæ non illam potionem, sed exquisitam, sed dulcissimam, potissimū vero inter extremos cruciatus, requirebant. Non enim felle potandus erat, qui Iudeos introduxit in terram fluentem lac & melleum liquorem, quæ abundans quoq; erat vini,
Hie.c.2. olei, frumenti, si Mosi, Dauidi credimus. Ob id Hiere obprobrat vineæ domini electæ. Quomodo conuersa es mihi in amaritudinem: Reliqua sua sponte patent.

Cum ergo accepisset Iesus acetū dixit, Consummatū est. Id si ad præcedentia referas, ita forte dicendum. Cōsummata est prophetia, qua prædicitur me aceto potandum. Quoniā ego vires oēs in opus quod a patre demandatū sucæpi, consumpsi, nihilq; est in me reliqui virium, ut
ps.102 lōge ante testat⁹ est Dauid. Ossa mea sicut cremiū aruerunt percussus sū vt fœnū, & aruit cor meū, eo iam libere exclamare potuit, cōsūmatū est Id est operi extrema manus adhibita est, iāq; absoluetur, ita vt nihil ex me desiderari possit. Terretur hac orōne quamlibet mœsta, humani generis hostis, Leuiathan ille, & vaferrimus inimicus, suumque ...

ablatum imperium sensit. Iugulatur, occiditur, explanatur per Christū, id est, quod Paulus ait. Expoliās potestates & Coloss. 2.
principatus, traduxit confidenter palam triumphans illos in semetipso. Eo pertinet quod apud Ioannem gloriatur Christus de victoria. Nunc iudicium est mundi, nunc prin Ioan. 12.
ceps mundi huius eiicietur foras. Eiectus est pulsus e regno Satanas sed in cruce, sed in virga virtutis diuinæ. Pauebit inquit Propheta. Assur virga percussus. Et alius itē, Esa. 30.
Virgam virtutis suæ emittet dominus ex Sion, dominare Psal. 108.
in medio inimicorum suorum. Porro non solū hæc Prophetica oracula, triumphusque quem a malorum omnium incentore, a Satana reportauit Christus, absolutus est Sed quæcunq; ad vitæ ipsius institutum, ad doctrinæ splendorem, deniq; ad Euangelicæ Philosophiæ munus attinent, perfecta absolutaq; euaserunt. Id est, quod ingenue fatetur Christus. Opus quod dedisti mihi, vt faciam consumaui, Ioan 17.
Manifestaui nomē tuum hominibus, id est. Nihil est quod non tentaui, vt & tuam voluntatem (quam omnibus rebus antepono) explerem, & horum, quos dedisti mihi, salutem efficerem. Aggressus sum etiamnum fortissimum illum Goliadum, quinq; lapidibus limpidissimis, quos e torrente tuli, descendi in palæstram, prostraui fudiq; hostem non iam vnius gentis, sed totius, generis humani. Obieci il i corpus, obieci vulnera, flagella coronam, crucem ad extremum subii, vici, victorque euasi. Nihil in me cruentus draco reperit, quod suum esset, eoque facilior de hoste parta est victoria, impleui quod præsago spiritu olim prædictum est, Ipsum conteret caput tuum. Ipsum nimirum semen illud, in quo bene dicentur omnes tribus, & linguæ, & natio nes, hoc caput callidum, caput vafrum, caput vtique vari- Cant. 3.
um, contriuit, iugulauit. Hoc est quod in Psalm. agnoscit David. Super aspidem & basiliscum ambulabis, & con- Psal. 60.
culcabis leonem & Draconem. Iam igitur bellandi finis Io triumphe soli Christo occinēdum est. Vicit, inquit Io- Apoca. 5.
annes, leo de tribu Iuda, radix Dauid, vicit mundum, vicit & huius rectorem & principē, abstulit arma, imo exenterauit Leuiathan, extrauit eum hamo carnis suæ Nihil illi profuit hominem primum decepisse, quando secundus

homo, cum quo nihil commune habuit, hũc expoliauit a superauit, atqui .i. quod Christus encomium canis victoriæ. Consummatum est. Et clamans iterum voce magna Iesus ait. Pater in manus tuas commendo, spiritum meum. Et hæc dicens inclinato capite, tradidit spiritum, seu expirauit. Proinde & hic locus quo christus aĩam efflauit, ad eũ modum a Paulo tractatur, ad Heb. Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesq;, ad eum qui possit eum saluum facere a morte, cum clamore valido & lachrymis offerens exauditus est pro sua reuerentia, sequitur, Didicit ex iis quæ passus est obœdientiã, & consumatus factus est omnibus obtemperantibus sibi caussa salutis æternæ moxq;, Neq; per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per propriũ sanguinem, introiuit semel in sancta æterna redẽptione reperta. Itẽq; Quemadmodũ statutum est hominibus semel mori, sic & Christus semel oblatus est, ad multorum exhauriendapeccata & rursus. Vna oblatione consumauit in sempiternum sanctificatos Hoc est enim tradere spiritum, offerre semet ipsum immaculatum deo, in redemptionẽ earum præuaricationum, quæ erant sub priore testamento, quas nemo expiare quilibet iustus potuit Sustulit hoc sacrificio Christus oẽs veteris testamenti hostias, omnes victimas, omnia holocausta, denique & ipsum Aaronicum (quanquam hactenus & splendidum & magnificum) sacerdotium aliudq; multo præstantius multoque excellentius secundum ordinem Melchisedecum instituit, Id quod multis argumentis non vno loco probat Paulus. Clamat vero Christus vt intelligas, omnium corda permouenda ad huius mortem. Ita dum Lazarum exuscitauit, altius clamauit, Lazare veni foras. Quo significat neminem mortis Tyrannidem euincere, neminem superare posse, nisi vitæ mortisque clauem habet, de quo ita legis, Dominus viuificat & mortificat, deducit ad inferos & reducit. Ero inquit Osee, mors tua o mors, ero morsus tuus inferne, Sua morte Christus mortẽ nostram, imo & infernum destruxit, ita vt iam nihil damnationis sit iis, qui sunt in Christo Iesu. Corpus enim

Heb. 41. Hebræ. 9. Ioan. 2. 1. Reg. 1. Osee 13. Ibidẽ. 6. Roma. 8

peccati mortuũ est, ac cruci affixum, porroque dissipatum & in lignum subactum, vt obesse non possit. Quo simul omnia reconciliauit, & quæ superne & quæ inferne erant dissipata. Factus enim est pax nostra qui fecit vtraque vnũ. Et itẽ alibi Paulus. Qm̃ quidem deus erat in Christo mundũ reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum moxq; Eum qui non nouerat peccatũ, pro nobis peccatũ fecit vt nos efficeremur iustitia dei ĩ ipso. Verũ de iis satis superq; in superioribus. Redeamus iã ad morientem Christũ despiciamus singula. Cõmendat spiritũ suũ patri, non quod metuat Satanæ tyrannidem, quẽ iampridem iugulauit, Venit, inquit, princeps mũdi huius, & in me non habent quicquã, sed nos qui membra eius sumus patri cupit esse cõmendatissimos. Nobis enĩ colluctatio præsto est, aduersus principes & potestates tenebrarũ harum, interdiuq; pugnãdũ cũ hostibus attrocissimis, quos non nostra ope, neq; vllis nostris viribus superare possumus, si desit dei præsidiũ, Orat igitur christus, vt pater misericordiarũ nos inter luctandũ seruet, vt nos tueatur, vt penes nos victoria, penes hostes cõfusio sit. Atq; hũc esse sensum huius sanctissimæ præcationis vel eo Psalmo cõstat, quo hæc verba mutuata sunt, Postea enim quã patri spiritũ cõmẽdauit, postquã se seruatũ gloriatur, animãq; de necessitatibus adeoq; de faucibus mortis erutam lætatur. Ita inquit. Defecit in dolore vita, Infirmata est in paupertate virtus mea, & ossa mea conturbata sunt. Super omnia factus sum obprobriũ vicinis, & timor notis meis. Qui videbant me foras fugerunt a me Et factus sum tanquã vas perditũ Omnia hæc imbecillitatẽ assumptæ naturæ declarãt, qua sibi ipsi cõpatimur Xp̃s Non quo seipsum desperet, aut animum despondeat, quum totam spem suam in patrẽ collocauerit. In te, inquit sperabo domine, Deus meus es tu, in manibus tuis sortes meæ. Et in certo & tutissimo p̃sidii loco collocauit si luciã suã, imo nos suas oues qui sors dñi & funiculus hæreditatis suæ. Qđ vero addit, Eripe me de manu inimicorum meorũ & illustra faciẽ tuam super seruũ tuum, idẽ est cum eo quod in Ioan. præcatur. Et nunc tu clarifica me pater apud temet-

Ephes. 2.
2. Cor. 5.
Ioan. 14.
Ephe. 6.
Psal. 30.
Deut. 3.
Ioan. 17.

ipſum claritate quam habui antequã mundus fieret apud te. Quod proinde ſequitur in Pſal. propriæ declarat Chriſtum noſtra legatione functum apud patrem proq; membris magis quam pro ſe ſolicitum. Perfeciſti eis qui ſperãt
Ioan. 17 in te. Abſcondes eos in tabernaculo tuo, a contradictione linguarum. Viriliter igitur agite & confortetur cor veſtrũ omnes qui ſperatis in domino. Eadem fere in Euangelio p̃catur. Ego pro eis rogo, non pro mũdo, ſed pro iis quos dediſti mihi, quia tui ſunt. Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, vt ſint vnum ſicut & nos. Item ſanctifica eos in veritate Ego pro eis ſanctifico ſeu offero & impendo meipſum, vt & ipſi ſint ſanctificati in veritate. Nõ pro eis rogo tantũ, ſed & pro iis qui credituri ſunt per verbum eorum in me, vt omnes ſint vnum ſicut tu pater in me, & ego in te. Nobis igitur orat, nobis ſupplicat patri, nobis patitur, moritur, nos patri commendat. Nos enim ſumus Chriſti membra, nos ſpiritus, nos oculi, manus, pedes, deniq; vt omnia Chriſti patris ſunt, ita noſtra omnia Chriſto obnoxia ſunt. Nihil noſtrũ Chriſti non eſt Poſtremo hac tam lugubri tamque mœſta oratione Chriſtus non tam id agit vt nos patri commendet, quam vt omnia opera ſua patri ferat, accepta, dedicetq;. Aegit hactenus pleraq; multa in vita, ægit plurima in docendo, perpeſ
Ioan. 8. ſus eſt innumera in paſſione, nihil hinc ſuum quærit nihil ſibi, ſed patri totum dedicat. Ego, inquit, gloriam meam, non quæro, ſed eius qui miſit me patris. Vt igitur ſemel finiam ea, quæ in hunc locum competere volũt, declarat ſe humanam aſſumpſiſſe naturam Chriſtus, quod patrem in ſummo periculo conſtitutus agnoſcit implorat ac veneratur, noſtramque & vitam & ſalutem patri conſecrat totã,
Iaco. 1. omnia deinde fert patri accepta, quæ hactenus ægit, docuit, præclare geſſit, omnia illi deputat a quo omne datum optimum, & donum perfectum deſcendens a patre luminum, ad quem rurſus reuertitur, expleto ſalutis noſtræ munere, in quod deſtinatus erat. Adſis iam o anima mea, & te Chriſto, teq; patri perinde atq; Chriſtus commenda, adſit ille tibi, tueatur, defendat, qui huius mundi principem vicit, ſuperauit. Inſta, vrge, vt maxime adeſſe velit in

mortis congressu, quando iamiam abeundum tibi est, quãdo nihil tecum comitabitur, nisi vel passio Christi, vel misericordiæ opera. Sunt multæ huc preces piæ iuxta & sanctæ cogitatæ, quas oportet sæpius & interdiu, imo horatim in animum reuocare, vt tum sint in prociuctu, quando satis cedendum ineuitabilibus. Quarum in album illa reposita est, Maria mater gratiæ. Et illa quæ D. Gregorio. ascribitur. O domine Iesu Christe, rogo te per amaritudinem passionis tuæ, &c. Sic igitur extrema te dies occupet, si sæua mors immineat, hac prece innitere, ad hanc confugito, sit hæc asylum tuum, Pater in manus tuas commendo spiritum meum. In manus inquam tuas, ego qui ouis sum Ioan. 10.
cui dixisti, Nemo rapiet eas de manu mea, & ego vitam æternam do eis. Nemo rogo pater sancte, pater Infinitæ pietatis, e manu tua me rapiat, non profanus, non hæreticus, non humani generis hostis qui me deuorare quærit. Tu mihi esto præsidii loco. Quiescam sub vmbra manus tuæ, alarum tuarum, ne me in desperationis barathrum demergat, vel hac hora, qua ineuitabili necessitudini mihi cedendum est. Tu me dextera tua protegas, tua me sinistra dirigat, tuæ me manus deducant & reducant.

Et ecce velum templi scissum est in duas partes, a summo vsque deorsum, Et terra mota est & petræ scissę sunt, & monumenta aperta sunt & multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem suam venerunt in sanctam ciuitatem & apparuerunt multis. Hoc loci perturbatio inferiorum creaturarum notatur, Velum templi scinditur quo significatur, omnia veter. testamenti arcana ac mysteria quamlibet abstrusa, morte CHRISTI esse retecta. 2. Cor. 1.
In ipso enim sunt omnes promissiones, omnia inuolucra omnes item cærimoniæ impletæ, id quod paulo ante testatus est. Ideo etiam toties inculcant Euangelistæ, hæc facta ac dicta esse vt implerentur scripturæ. Et Christus in Lucã, Sic scriptum est, & ita oportuit pati Christum, &c. Luc. 24.
Et in alio loco. Nihil opertum est quod non reueletur, & Mat. 10.

2.Cor.4 occultum quod non sciatur. Et Paulus. Quibus opertum est Euangelium nostrum, iis qui pereunt tectum est aliis vero velamen reiectum est. Euangelium enim chorusçat, ac totum per orbem rutilat, fulget, & quod Dauid ait, intellectum dat paruulis. Quod vero terram motam, petrasque scissas testatur Matthæus, nostra saxea corda damnat, qui adclamantis Iesu vocem non resipiscimus qui cum Pharaone indurati simul & occæcati sumus. Aduersus quos Dauid. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Viuus enim est sermo Dei, & efficax, & penetransior omni gladio ancipiti, pertingens vsq; ad diuisionem animæ & spiritus. De corporibus quæ reuixerunt, concors est orthodoxorum sententia, diuos non ante resurrexisse, quam Christus dominus, primogenitus ex mortuis resurgeret. Testes sunt Orige. Hierony. Chrisost. August. Qui subinde credendi sunt, domino ascendente, simul cum corpore ascendisse, vel certe alio modo, citra tamen sensum mortis & aculei, sublatos in cœlum, aut posteaquam Christi triumphum apud inferos testati sunt, mortalibus euanuisse ab hominum aspectibus. Verum nolumus certam de dubiis rebus ferre sententiam, vnusquisque hac in re, in suo sensu abundet.

Psal.118 · ps.94 · Heb.4.

Videns autem Centurio qui ex aduerso stabat quia sic clamans expirasset, & quod factum fuerat, glorificabat Deum dicens: Vere hic homo iustus erat. Et qui cum eo erant custodientes IESVM, viso terręmotu, & ijs quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes. Vere filius Dei erat iste. Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud & videbant quæ fiebãt, percutientes pectora sua reuertebantur.

Cēturio miles, turba agnoscit Christū filiū Dei, confitetur innocentē, tundit pectora. Soli Pharisæi genus alioqui hominibus diisq; inuisum, neq; agnoscit, neq; resipiscit. Admiratur Cēturio sic efflasse aīam, sic tradidisse spiritū, tā stentoria (vt ei dixeri) exclamasse voce, vt cęlū terrāq;, astraq; percelleret, atq; ob id fatetur hūc iustū, fatentur & alii filiū

dei dolent hunc in crucem ſubactum, lugent mortuum.

Stabant autem omnes noti eius a longe hęc videntes. Erant autem ibi mulieres multę, de, longe conſpicientes, inter quas erat Maria Magdalene, & maria Iacobi minoris, & Ioſeph mater, & Salomę mater filiorum Zebedęi, Et cum eſſet in Galilęa ſequebatur eũ, & miniſtrabant ei & alię multę, quæ ſimul cum eo aſcenderant Hieroſolymam. Antea haud procul a cruce erant diſſiti amici. dum affaretur matrem ſuam Chriſtus, deinde aliũ ſe in locum contulerunt, non ita vicinum vt bene prædixit Dauid, Longe feciſti notos meos a me, poſuerunt me abominationem ſibi Et item. Elongaſti a me amicum & proximum, & notos meos a miſeria. Pſal. 87.

Iudęi autem quoniam paraſceue erat, vt non remanerent in cruce corpora ſabbato (erat enim magnus dies ille ſabbati) rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus eſt cum eo. Ad Ieſum aũt cũ veniſſent, vt viderunt eũ mortuũ, nõ fregerũt ei9 crura, ſed vn9 militũ lãcea latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis & aqua.

Sabbati reuerentiam prætexunt impii, cum interim aliud in animo gerant. Metuebant enim ob viſa miracula ſeditionem futuram in populo, & ſe in fama & bonis, adeoque in corpore periclitaturos, ſiquidẽ oẽs reſipiſcerent, vti aliquo ta pars & militum, & plæbeorum reſipiunt, maturãdũ ideo putãt, & ſepeliẽda corpora, Proinde ſanguis exiit & aqua quorũ alterum remiſsionis, alterũ ablutionis & ſymbolũ. Sanguine enim & vetus teſtamentum ſancitum eſt & firmatum, itidem oportuit & nouum ſanguine, non iam vitulorum, & iuuencæ ſanciri, ſed agni immaculati & incontaminati Ieſu Chriſti. Omnia, inquit Paulus, pene in ſan- Heb.

Ezech.36. guine secundum legem mundantur, & sine sanguinis effusione non fit remissio. Et Paulo ante. Et ideo noui testamenti mediator est, & mox. Hic est sanguis testamenti, quod mandauit ad vos deus. Itaque militum vnus aperuit latus Christi, vt sanguis cordi introclusus efflueret, vimq; oīb' sacramentis præstaret. Effluxit & aqua, de qua in Ezech. Effundam super vos aquam mundam, & munda ab omnibus inquinamentis vestris. Id est quod in sua canonica Ioannes testatur, Tres sunt qui testimonium dant in terra spiritus, aqua, & sanguis, & ii tres vnum sunt. Vt igitur ex latere Adami protoplasti nostri eua prodiit, ita ex dormiente in cruce Christo ecclesia sponsa exoritur. Sed multo secus hæc atque illa. Illa mox se per inobedientiam commaculauit, hæc sine ruga præstat, expiata ac purgata Christi cruore. Dilexit enim Christus ecclesiam, non modo dū in cruce ageret animā, sed etiānū post cruēta fata seipsum tradidit ꝓ ea, vt illā sanctificaret, mundans eā lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam, &cæ. Lege Paulum ad ephesios.

1.Ioan.5.

Ephe 5.

Et qui vidit testimoniū ꝑhibuit, & verum est testimoniū eius. Et ille scit q̄a vera dicit, vt & vos credatis. Facta sunt eni hæc vt scriptura impleretur. Os nō cōminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit Videbunt in quem transfixerunt.

Exo.12.

Hiero. legit cōpūxerūt, in Zacha & in lib de op. gen inter. Quo collige, non admodū referre qualibus verbis vtantur prophetæ & Euāgelistæ, modo rē ipsam & sensum explicēt. Deinde obserua non fabulas aniles, sed scripturas docendas pro suggesto. Semper enim euangelistæ se ad scripturas referunt. Multo secus faciunt plærique verbi ministri, qui meras fabulas ipsis etiam gerris siculis inaniores docent.

Zach.12.

Post hęc autē cum iam sero esset factum, quia erat parasceue, quod est ante sabbatum, ecce venit quidam homo nobilis, diues, vir bonus & iustus, qui erat Decurio, nomine Iosep ab arimathia, ciuitate Iudæ, Hic non consenserat

consilio & actibus eorum, qui expectabat & ipse regnum dei, eo quod esset discipulus IESV, occultus autem propter metum Iudæorum Hic audacter introiuit & accessit ad Pylatum, & petiit corpus IESV, vt tolleret.

Decurio erat, quod nomẽ est dignitatis præstãtis, perinde atq; apud nos senatoris & proconsiliis nomina sunt. Multa præclara euangelistæ de hoc viro prædicant, quod fuerit iust', quod nõ obscuro loco nat', quod locuples, quod Christi (quod omniũ maximum erat) discipulus occultus, deinde spem habens diuinæ fœlicitatis, & regni, Erat itaq; authoritatis præcipuæ, eam ob rem audẽter adiit Pilatum.

Pylatus autem mirabatur si iam obiisset, & accersito Centurione, interrogauit eum si iã mortuus esset, & cum cognouisset a Centurione, donauit corpus Ioseph. Tunc Pilatus iustit reddi corpus. Ioseph autem mercatus syndonem, venit, & deponens eum, tulit corpus. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturã myrrhæ, & aloes quasi libras centum. Accæperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt eum lintheis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Et accæpto corpore: Ioseph inuoluit illud in syndone mũda. Erat autem in loco vbi crucifixus est hortus, & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus erat. Ibi ergo propter parasceuẽ Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, posuit illud, in monumẽto suo nouo quod exciderat in petra, & aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti, & abiit.

Multa est in hac historia allegoria, quam in sabbatum malumus reponere diducẽda, quam auditorũ animos diutius

morari. Solum id impræsẽtiarum exigimus, vt quisq; apud se reputet, quantas hic lachrimas, quot singultus, quot suspiria inclita virgo ædiderit, quando cominus latus, pedes, & saucium caput, adeoque totum corpusculum animaduertit, quoties ingemuit, quoties heu mi fili candor lucis æternæ, quam fœde conspurgatus es, quam atrociter confossus, quam immaniter sceleratissimis militum manibus tractatus. Non ego te fili ita salutatũ permisi ire Hierusalem,
Psa.44 neque hæc forma est neque habitus eius, de quo legitur,
Cannti.5 Speciosus forma præ filiis hominum, Et dilectus meus cādidus & rubicũdus, electus ex milibus. Qui, nõ electus, sed contemptus, sed abiectus porro, & proinde atque sicarius, latroque mihi exhibitus, Heu me miseram, heu mærore confectam. O crudelitatem, o immanem sæuitiam, Non iam fuerat iã crucem agere, nisi adderetis supplicia suppliciis, flagris antea cecidistis, addidistis coronam, non quamlibet, sed spineam, ægistis in crucem, & quod omnium atrocissimum est, non mortuo pepercistis. Introspicio enim latus, ingredior cor interius abditum. Atque hæc est petra
Psal.103 refugii erinaciis & miseris peccatoribus vt conquiescant, non alia in re quam in corde Christi. Ad hanc petram allibendi sunt cogitatus nostri, iuxta id quod monet Dauid,
Ibid.136 Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram. Deosculatur virgo filium, infigit oscula, ruit in cruenta vulnera, in lacerum pectus, in saucium caput virgineum os figit, plorans plorat, & nemo est qui consoletur eam ex omni-
Canti.8 bus charis eius. Ardebat enim atque flagrabat, porroque deperibat in dulcissimum filium. Traxit hanc natura. Opinor eam dixisse, Pone me vt signaculum super cor tuum,
Thre.1. vt signaculum super brachium tuum, quia fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio: Lampades eius lampades ignis atque flammarum. Nemo igitur hanc a charitate Christi, qua tota incensa erat, separare potuit. Non
Rom.8. tribulatio, non angustia, non militum truces oculi, non vllæ minæ. imo nec vlla quidem creatura. Tandem potestatem fecit Ioseph vt religiosum cum cæteris sepulturæ officium corpori impenderent. id quod mihi ea verba subindicare videntur, Et accæpto corpore Ioseph, vbi videlicet

satis superque id ipsum cõtemplari fuit mater mœstissima rum inuoluit sindone conditumque aromatibus sepeliuit. Esa 11
Non erat hæc sepultura obscura, sed satis gloriosa, iuxta oraculum Esa Et erit sepulchrum eius gloriosum, quamuis ex imbecillitate fidei proficisceretur. Neque a vermibus potuit & blattis corrumpi, cui vnita mansit diuinitas. Aderat enim non tam animæ quam corpori ipsa diuina natura Id quod ex Dauide constat, Non dabis sanctum tuũ Psal 15
videre corruptionem Et item, Cor meum & caro mea requiescent in spe. Cæterũ sepultura alias fusius tractata est.
Erat autẽ ibi Maria Madalenę, & altera Maria Ioseph, & aspiciebãt vbi poneretur, sedẽtes iuxta sepulchrũ, Et dies erat parasceues, & sabbatum illucescebat. Subsecutæ autem mulieres, quę cum venerunt de Galilæa venerunt, & quẽadmodum positum erat corpus eius, & reuertẽtes parauerũt aromata, & vnguẽta, & sabbato quidem siluerunt, secundum mandatum.
Maxima in iis mulieribus declaratur fuisse constantia, quã quam nondum absoluta fides. Necdum enim intellexerunt scripturas, quæ passim testabantur Christum e mortuis reuicturum Excidit & de Ionę signum, & commonitio Christi, qua dixit se post triduum rediturum, & seipsum resuscitaturum, Igitur parant aroma. Et quidem sabbato deferunt, ne violare legis arguantur. Quo clanculum significant alium quendam esse longe præstantiorem sabbatissimũ, quo Deus ĩ nobis quiescit: cõplecto opere sex dierũ reconciliatio Heb. 4
nis nostræ De qua re multa Paulus ad Hebræos disputat.
Altera autem die quæ est post parasceuẽ, conuenerunt principes sacerdotum & Pharisæi ad Pilatũ, dicentes, Domine recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuens, Post tres dies resurgam, Iube ergo custodire sepulchrum, vsque in diẽ tertium, ne forte veniãt discipuli ei⁹, & furentur eum, & dicant plebi surrexit a mor

tuis, & erit nouissimus error peior priore. Ait
illis pilatus. Habetis custodiam, Ite, custodite
sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt se-
pulchrum signantes lapidem cum custodibus.
Miseri ac fanatici homines, veritate destituti, semper sibi
metuunt, confugiunt ad alia præsidia. Nota in quãtã pro-
ruperunt insaniam, ac prorsus deplorandam cæcitatẽ. Con
sultant rursus, altera die a parasceue, hoc est, quod multis
placet ipso sabbati, quo modo diuinis obnitantur cõsiliis.
Atqui hic neq; honoris, neq; sabbati vlla habetur ratio Ne
scii præ furore, proprie dignitatis, ignari etiamnũ legis, quã
tamen vbique obiiciunt Christo, conducunt milites, obsi-
gnant sarcophagum Num hæc, scælestissimi homines, vo-
bis sabbatum vestrum temerare videntur? Sed pergite vti
cœpistis exorsi estis malis auspiciis truculentã tragœdiam,
vobisque ipsis perpetuam ignominiam inuxistis, quod re-
liquum est malitiæ, expletæ quamquam frustra. Non enim
est consilium contra dominum, si vestris Prophetis vlla fi-
des adhibenda est. Legite. Hierem. Leuate signum, augete
Hiere. 51. custodiam, præparate mundus, quia cogitauit dominus, &
fecit quæcunque locutus est. Adhuc semel & mouebit do
minus terram, lateraque cœli & cardines mundi concutiet,
& pauebitis, stridebitisq; dentibus vestris. Viuificabit eni
Osee. 5. nos post duos dies, & in die tertio suscitabit nos Id si vul-
tis, vel exemplo Sansonis, discere potestis. Quem quam-
Iudi 16. bet custodirent viri Gazæ, nihilo secus ipse nocte tulit &
vectes & hortam quoq;. Id breui futurum, & vobis, nimi-
Ionæ. 2. rũ tertio die prædixit Oseas, & facto ostendit Ionas. Ni-
hil igitur vobis vestra consilia proderunt, nihil munitiones,
nihil præsidia militũ, etiãsi obsignetis lapidẽ cadent enim a
Psal. 90. latere Christi, non modo vnus atq; alter homũtio, sed de-
cem milia, quotquot tandẽ adhibueritis, in vestrã ipsorum
& confusionem & terrorem, id quod vel ex Dauide lice
animaduertere, Terra tremuit & quieuit, fundamenta mõ-
Psal 17. tium conturbata sunt, & commota sunt, quoniam iratus
est eis. Pulchre ad rem facit, quod est in Psal. 75. Factus
Ibid. 75. est in pace locus eius, & habitatio eius in Siõ Id quod cum

ad corpus tum ad aīam (quæ in limbo multo cum gaudio versabatur apud partes) pertinere dignoscitur Quandoquidem iuxta Dauidem Ibi cōfregit potentias, arcum, scutum & bellum quæ omnia ad victoriam pertinent, & triumphum, quo domuit Satanam, illum sæuissimum hostem nostrum, cui & omnia arma, omnem vim, atque adeo omnes inuosturas (quibus mortalium generi callide imposuit) abstulit alligans & ferreis vinculis eundem obstringens, ne post hac vsqueadeo in nos sæuiat, Istud vero, quod subdit, Tu terribilis es, & quis resistet tibi & tunc ira tua, proprissime aduersus principes & Pharisæos dicitur, quos terruit dominus, quibus etiamnum addiratus est, adeo vt confutauerit, & palam traduxerit cum tenebrarum principe, sed & illud, De cælo auditū fecisti iudicium, terra tremuit & quieuit, in resurrectione re ipsa ostendit, quando terræ motus factus est magnus, adeo vt in stuporem versi sint milites. Ad qui ideo reliquiæ cogitationum nostrarum diem festum, sabbatum ex sabbato agent domino, memores videlicet eius diei quo per Christi mortem egressi sumus Aegyptum & in regnum filiorum Dei translati. Id quonam pacto factum sit, satis ex iis quæ dicta sunt, quamquam tumultuarie, constare potest, quæ qualia sint, serto simplici animo & nobis & dicta sunt, & apud fœlicissimam Coloniensam vrbē, ad Christi laudā declamata, Anno domini trigesimo supra sesquimilenum, ac demum ad multorum preces, p me succisiuis operis cōgesta, quæ tibi vt grata accæptaque sint pientissime Iesu, etiam atq; etiā supplex peccator oro, obsecro. Nolo enim in iisce quicquam mihi laudis deputes sed totū Christo. Metth. ii Psal 75

AD LECTOREM.

ROgo te quisquis es optimæ lector, vt laborem
hunc nostrum, quem satis cernis fuisse exte
poraríum, boni consulas, nec antea damnes
quod commiscui Euangelistarum verba, adeo
q; confudi, vt facile depræhendere nequeat
quis, quid dixerit, nolui enim aliter ædere in lucem quam a
me declamata erant. Atqui testis est inclyta illi Agrippina,
me nunquam rarius, nunquam minus quam in exponenda
Christi passione, locorum adduxisse in medium, multo mi-
minus capitum distrinctionem, & numerum citasse. Tuarú
igitur partium erit, vt si curiasius scire velis, cuius tam ver
ba sint euangelistæ, fontes ipsos consulere, adeoque au-
thores ipsos adcedere. Etsi quid est quod suo loco ordine
positum addubites, nihil grauabor, si a mea opinione dis
sentias, quando & ego a multarum dissentiam, etiamsi lici-
am. Porro quo magis sibi singula cohærerent, quæ mihi op
portuna videbantur interseri, nonnunquam atq; interdum
etiamnum textui aliquot coniunctiones quales sunt Et,
Seu, Etiam, etsi quæ aliæ sunt, quas diligens lector adsu-
inos obturus offendet. Neq; id tamen temere feci, neque in-
consulto. Siquidé Augus. Si Hiero. si Origené, Chrysosto.
Cyrillum & alios sacrarum literarum præclaros antistites
versor, si lego, itidé eos fecisse omnino depħendo, cur ve
mihi partes ac maiores non liceat imitari? quin vtinam om
nes pro sua virili æmularentur, tum vitam tum eruditio
tum & iam phrasim & loquendi atque dicendi modum. V-
nam vel semel poneremus supercilium, agnosceremus q;
quo lapide excisi sumus. Intelligis Lector quid velim.
vt tuis præcibus possim quod debeo, & si quid male ve
id sua pro clementia, Deus Opti. Max. antequam exequar
corrigat, emendet, impediat, ne assequar. Vale, Leodii An-
no. 1533. Sexto decimo Kalendas Maii.

Finis adsit per Christum dum
& mihi expedit & il-
li lubet.

ORATIO AD CRISTVM.

NOn moriar vnquam bone Iesu nisi me mihi restituas ipsum. Eia me fœlicem, dum te præsentem perpetuo ob oculos cõtemplatus sum quo nihil vnquã potuit spiritui meo gratius obtingere, te videlicet habere cõsciẽtiæ meæ hospitem. Redeat etiam atq; etiam rogo, oro, obsecro pristina mihi libertas, qua libero alioqui & expedito animo, & libuit & licuit tuum quondam verbũ versare nocturna, versare diurna manu. Non me demergat tempestas adiultuum, non irretiant mundi carnisq; illecebræ, solus tu mihi sis asylũ tutissimum, tu spes fortitudinis meæ Tua ope, mea vita ad regulã legis tuæ, adeoq; cœlestis philosophiæ dirigatur, tua crux mentem meam, voluntatem item, tam longo interuallo a tuo amore dissitã, tibi recõcilier, adeoq; ad te reuocet, tibi me totum crucifigat, nostri quam sim variis & iis quidem grauissimis & molestissimis mancipatus muneribus, quæ vbi mecum reputo nisi te præsentem cernerem, tam meo maximo malo in nihilum porro redactus essem. Atqui in te domine speraui, non confundar ineternũ tuum mihi verbũ sit lucerna, crux tua , vitæ meæ defensio precor, existat. Tu meũ spiritũ, tu animã, vbi hinc abcesserit, iubeas ad te venire, nec ante iubeas quã satis superque quod expiandũ in me nõ est, quod diluendum animaduertis, expiantum atq; deletũ fuerit, Eia suscipe hanc meã precem lugubrem, & lachrymis interlitam clæmentissime Iesu, & tum Nicolai peccatoris memineris, quando apud patrẽ cœlestem tuo officio functus fueris id quod tum agis, si quando te mediatorem nostrum monstraueris.

Fiat fiat, domine IESV.

INDEX SECVNDVM SEriem literarum, quo, quicquid in marginibus adnotandum est, monstratur.

E.

O.

EN alter (optime lector) Catalog9, nihil preter ea que posita sunt, sed omnia compendiosius secundum ordinem Alphabeti continens.

FINIS TABVLAE

p [illegible]
p math. 8.
p math. 26.
p marci. 6.

---

p math. 4
p math. 21.
p math. 12
p math. 12
p ezechi. 18
p ioh. 5.
p math. 17.

---

p math. 11.
p ioh. 8.
p math. 23.
p math. 20
p luc. 16.
p math. 21
p luc.

---

p luc. 11.
p luc. 4.

p marci. 15
p math. 15.
p luc. 4
p ioh. 4.
p ioh. 8.

---

p ioan. 6.
p ioan. 2.
p ioan. 7.
p ioan. [illegible]
p luc. 7.
p ioan. 11.
p ioan. 5.

---

p ioan. 5
p ioh. 6.
p ioan. 7
p ioan. 10.
p luc. 7
p ioa. ~~4~~ 11
p ioa. 12

[illegible]	21
[illegible]	12
[illegible]	15
[illegible]	17
[illegible]	15

25

NICOLA. FRE. SER


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm